# SANCTI THOMAE DE AQUINO

# OPERA OMNIA

IUSSU LEONIS XIII P. M. EDITA

TOMUS XXII

# QUAESTIONES DISPUTATAE DE VERITATE

CURA ET STUDIO
FRATRUM PRAEDICATORUM

VOLUMEN II.
QQ. 13-20

ROMAE AD SANCTAE SABINAE
1972

# QUAESTIO TERTIA DECIMA

# De raptu

1. *Quid sit raptus.*
2. *Utrum Paulus in raptu viderit Deum per essentiam.*
3. *Utrum intellectus alicuius viatoris possit elevari ad videndum Deum per essentiam sine hoc quod a sensibus abstrahatur.*
4. *Quanta abstractio requiratur ad hoc quod intellectus Deum per essentiam videre possit.*
5. *Quid est illud quod Apostolus circa suum raptum scivit et quid nescivit.*

## Articulus primus

*107va* Quaestio est de raptu. Et primo quaeritur quid sit raptus. Describitur autem a magistris sic «Raptus est ab eo quod est secundum naturam in id quod est contra naturam vi superioris naturae elevatio»; et videtur quod inconvenienter quia, ut Augustinus dicit, intelligentia hominis naturaliter cognoscit Deum; sed in raptu elevatur hominis intellectus ad Dei cognitionem; ergo non elevatur in id quod est contra naturam sed quod est secundum naturam.

2. Praeterea, magis dependet spiritus creatus ab increato quam corpus inferius a superiori; sed impressiones superiorum corporum sunt inferioribus corporibus naturales, ut dicit Commentator in III Caeli et mundi; ergo elevatio spiritus humani, quamvis fiat vi superioris naturae, non est nisi naturalis.

3. Praeterea, Rom. XI[24] super illud «contra naturam insertus es in bonam olivam» etc., dicit glosa quod 'Deus auctor naturae nihil contra naturam facit quia hoc est unicuique natura quod ab eo accepit a quo est omnis modus et ordo naturae'; sed elevatio raptus fit a Deo qui est conditor humanae naturae; ergo non est contra naturam sed secundum naturam.

4. Sed dicebat quod dicitur esse contra naturam quia fit divinitus, non per modum spiritus humani. — Sed contra, Dionysius dicit VIII cap. De divinis nominibus quod 'iustitia Dei in hoc attenditur quod omnibus rebus distribuit secundum suum modum et dignitatem'; sed Deus non potest aliquid facere contra suam iustitiam; ergo nulli rei aliquid tribuit quod non sit secundum modum eius.

5. Praeterea, si modus hominis quantum ad aliquid mutetur, non mutatur hoc modo quod hominis bonum auferatur, quia Deus non est causa quare homo sit deterior, ut Augustinus dicit in libro LXXXIII Quaestionum;

A 2 quid sit] utr *praem.* pA 5 vi (*e* uii pA) *em.* A 16 ergo] nec, *casu non del., praem.* A, *et delevimus* (*cf.* non est nisi *lin.* 18) 20 es] est *imp. praem.* pA 28 spiritus humani] creati *praem.* pA

Φ 1 *Eo quod in articulis* 3-5 *huius quaestionis auctoritas codicis* A *adtenuatur, indicium testium seiunctorum* F *et* V *adhibemus ad maiorem litterae traditionis comprobationem.* (*cf. infra* a. 3 *nota ad* verba...loqui *lin.* 32, *appar.* A) 4 contra] supra V Σ 6 Augustinus dicit] ait augustinus P V 7 cognoscit] -scat V recognoscit Σ 16 ergo] nec (*induc.* A) *add.* F P V Φ (-δ[1]) 18 non *om.* V Φ

1 Parall.: *II-II* q. 175 a. 1; *Super II Cor.* cap. 12 lect. 1. 2 magistris: cf. Albertus q. *De raptu* 'Solutio. dicendum videtur secundum magistros qui fuerunt ante nos, quod raptus est ab eo quod est secundum naturam in id quod est praeter naturam elevatio vi superioris naturae, unde elevatio haec est quodam modo praeter naturam, in quodam modo supra et quodam modo contra' (ms. Vat. lat. 781, f. 14[rb]-14[va]). 6 Ps.-August. *De spir. et anima* cap. 11 (PL 40, 787) ut dicitur supra q. 8 a. 3 100 et infra a. 3 60. 16 Comm. 20 (V, 187 F). 21 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1488 B). 30 § 7 (PG 3, 893 D; Dion. 433). 40 Quaestio 3 (PL 40, 11).

sed bonum hominis est secundum rationem vivere et voluntarie operari, ut patet per Dionysium IV cap. De divinis nominibus; cum ergo violentia sit contraria voluntario et bonum rationis evacuet – ex hoc enim ' necessitas est contristans quod est contraria voluntati ', ut dicitur in V Metaphysicae –, videtur quod divinitus non fiat in homine aliqua violenta elevatio contra naturam, quod esse videtur in raptu ut ipsum nomen importat et descriptio praedicta designat in hoc quod dicit ' vi superioris naturae '.

6. Praeterea, secundum Philosophum in III De anima, excellentiae sensibilium corrumpunt sensum, non autem excellentiae intelligibilium intellectum; sed ideo sensus deficit a cognitione excellentium sensibilium quia ab eis corrumpitur; ergo intellectus naturaliter potest quantumcumque excellentia intelligibilia cognoscere; ad quaecumque igitur intelligibilia mens hominis elevetur, non erit elevatio contra naturam.

7. Praeterea, Augustinus dicit in libro De spiritu et anima quod angelus et anima natura sunt pares sed officio dispares; sed non est contra naturam angeli cognoscere ea ad quae homines elevantur in raptu; ergo nec elevatio raptus est homini contra naturam.

8. Praeterea, si aliquis motus sit naturalis et perventio ad terminum motus naturalis erit cum nullus motus sit infinitus; sed mens hominis movetur naturaliter in Deum, quod patet ex hoc quod non quiescit nisi ad eum pervenerit, unde Augustinus in I Confessionum « Fecisti nos, Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum donec quiescat in te »; ergo elevatio illa qua mens pertingit ad Deum ut est in raptu non est contra naturam.

9. Sed dicebat quod ferri in Deum non est naturale humanae menti ex se ipsa sed solum ex praestitutione divina, et sic non est simpliciter naturale. — Sed contra, natura inferior non operatur nec tendit in aliquem finem nisi ex praestitutione divina, ratione cuius dicitur esse opus naturae opus intelligentiae, et tamen rerum naturalium dicimus esse naturales motus simpliciter et operationes; ergo et ferri in Deum, si sit naturale menti ex praestitutione divina, debet iudicari simpliciter naturale.

10. Praeterea, prius est anima in se secundum quod spiritus dicitur quam prout est coniuncta secundum quod dicitur anima; sed animae, in quantum est spiritus quidam, actus est cognoscere Deum et alias substantias separatas, in quantum vero est corpori coniuncta, actus eius est cognoscere res corporales et sensibiles: ergo per prius inest animae cognoscere intelligibilia quam sensibilia; cum igitur sensibilium cognitio sit animae naturalis, et cognitio divinorum intelligibilium erit ei naturalis, et sic idem quod prius.

11. Praeterea, naturalius aliquid ordinatur ad ultimum terminum quam ad medium cum ad medium ordo fit propter ordinem ad ultimum; sed res sensibiles sunt quaedam media quibus pervenitur in Dei cognitionem: Rom $1^{20}$ « Invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta, conspiciuntur »; sed cognitio sensibilium est homini naturalis; ergo et cognitio intelligibilium, et sic idem quod prius.

12. Praeterea, nihil quod fit virtute aliqua naturali potest dici simpliciter esse contra naturam; sed quaedam res habent, ut herbae vel lapides, naturales virtutes evocandi mentem a sensibus ut quaedam mirabilia cernantur, quod videtur esse in raptu; ergo raptus non est elevatio contra naturam.

SED CONTRA, II Cor. $XII^{2}$ super illud « Scio hominem in Christo » etc., dicit glosa « raptum,

A 43 cum ergo] non ergo *praem.* pA 44 contraria *scrips. cum* Φ] contrario A (*cf.* voluntario) 57 quia *scrips.*] quare *casu* A 66 cognoscere] int (*inc.* intelligere *?*) *praem.* pA 68 homini *post* naturam pA 72 movetur] ma *praem.* pA 81 et sic...Sed contra] Set contra *praem.* pA 82 natura] omnia *praem.* pA 93 in quantum] in se *praem.* pA 111 Praeterea] omne *add.* pA 118 contra] est *add.* pA

Φ 43 IV] iii F P (*def.* V) 45 enim (*plene* A)] *om.* F P (*def.* V) 85 esse] *om.* P omne Φ (*def.* V) 104 fit] sit P Φ (*def.* V) 107 per ea...conspiciuntur] etc. Φ

43 § 32 (PG 3, 733 A; Dion. 309). 47 Cap. 5 (1015 a 28) sec. transl. *Novae Metaph.* (ed. Averroes VIII, 109 A-B). 54 *De anima* III 7 (429 a 29). 64 Rectius *De lib. arb.* III c. 11 (PL 32, 1287). 74 Cap. 1 (PL 32, 661). 85 esse...intelligentiae: ut supra q. 3 a. 1 208 in nota. 91 spiritus...anima: cf. ps.-August. *De spir. et anima* cap. 9 (PL 40, 784). 113 herbae vel lapides: papaver ut refert Albertus *De vegetabilibus* VI tr. 2 c. 15 et ceraurum et magnes ut refert idem *Mineralium* II tr. 2 c. 3 et 11. 119 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 80 A).

id est contra naturam elevatum»; ergo raptus est elevatio contra naturam.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut cuiuslibet alterius rei est quaedam operatio talis rei in quantum est haec res, ut ignis aut lapidis, ita etiam et hominis est quaedam operatio in quantum est homo quae est ei naturalis. In rebus autem naturalibus dupliciter contingit transmutari rem aliquam a sua naturali operatione: uno modo ex defectu | propriae virtutis, unde- *107vb*
cumque talis defectus contingat sive ex causa extrinseca sive intrinseca, sicut cum ex defectu virtutis formativae in semine generatur fetus monstruosus; alio modo ex operatione divinae virtutis cui omnis natura ad nutum oboedit, sicut fit in miraculis, ut cum virgo concipit vel caecus illuminatur: et similiter etiam homo a sua naturali et propria operatione dupliciter immutari potest. Est autem hominis propria operatio intelligere mediante imaginatione et sensu: operatio enim eius qua solis intellectualibus inhaeret, omnibus inferioribus praetermissis, non est eius in quantum est homo sed in quantum in eo aliquod divinum existit, ut dicitur in X Ethicorum; operatio vero qua solis sensibilibus inhaeret praeter intellectum et rationem non est eius in quantum est homo sed secundum naturam quam cum brutis habet communem. Tunc igitur a naturali modo suae cognitionis transmutatur quando a sensibus abstractus aliqua praeter sensum inspicit. Haec ergo transmutatio quandoque fit ex defectu propriae virtutis, sicut accidit in phreneticis et aliis mente captis, et haec quidem abstractio a sensibus non est elevatio hominis sed magis depressio; aliquando vero talis abstractio fit virtute divina, et tunc proprie elevatio quaedam est quia, cum agens assimilet sibi patiens, abstractio quae fit a virtute divina, quae est supra hominem, est in aliquid altius quam sit homini naturale. Sic ergo in descriptione praedicta raptus qua diffinitur ut quidam motus, tangitur eius genus in hoc quod dicitur elevatio, causa efficiens in hoc quod dicit vi superioris naturae, duo termini motus a quo et in quem in hoc quod dicit ab eo quod est secundum naturam in id quod est contra naturam.

1. Ad primum igitur dicendum quod cognoscere Deum contingit multipliciter, scilicet per essentiam suam, et per res sensibiles, aut etiam per effectus intelligibiles; similiter etiam distinguendum est de eo quod est homini naturale: uni enim et eidem rei est aliquid secundum naturam et contra naturam secundum eius status diversos eo quod non est eadem natura rei dum est in fieri et dum est in perfecto esse, ut dicit Rabbi Moyses, sicut quantitas completa est naturalis homini cum ad aetatem pervenerit perfectam, et alia huiusmodi, esset autem contra naturam puero si in perfecta quantitate nasceretur. Sic igitur dicendum est quod intelligentiae humanae secundum quemlibet statum est naturale aliquo modo cognoscere Deum, sed in sui principio, scilicet in statu viae, est naturale ei quod cognoscat Deum per creaturas sensibiles; est autem ei naturale quod perveniat ad cognoscendum Deum per se ipsum in sui consummatione, id est in statu patriae. Et sic, si in statu viae elevetur ad hoc quod cognoscat Deum secundum statum patriae, hoc erit contra naturam sicut esset contra naturam quod puer mox natus haberet barbam.

2. Ad secundum dicendum quod duplex est natura, scilicet particularis, quae est propria unicuique rei, et universalis, quae complectitur

A 129 modo] *idem conf. praem.* pA 131 sicut *em.* A] *conf.* pA 140 qua] in *praem.* pA 158 quae est] est *praem.* pA 163 dicit A (*cf.* q. 14 a. 2 *lin.* 236) 165 dicit A 169 suam, et per] et per *praem.* pA 185 est autem...statu patriae] in sui autem consummatione id est in statu patrie est ei naturale quod cognoscat eum per se ipsum *praem.* pA

Φ 120 raptus...naturam] etc. Φ (-γ) *om.* γ 125 et *om.* V Φ 128 naturali operatione *inv.* V Φ 143 aliquod] aliquid V Φ (-α) 145 sensibilibus] sensibus F P 146 est[1]] etiam *add.* V Φ 151 ergo] igitur P Φ (-γ) autem V 158 a] *om.* Φ ex V 163 dicit] dicitur P V Φ 165 in hoc quod dicit] cum dicitur V Φ 166 in id...naturam] etc. V Φ 177 aetatem...perfectam] perfectam etatem pervenerit V perfectam pervenerit etatem Φ 179 puero si] puer si F si puer V 195 unicuique] uniuscuiusque P Φ

132 virtutis formativae: Avicenna [*Canon Medic.* III fen 20 tr. 1 c. 3] et Averroes *Metaph.* VII comm. 31 (VIII, 181 F) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 18 q. 2 a. 3, cf. etiam Albertus *De animal.* III tr. 2 c. 8 n. 155 (St I, 346) et ibid. XVI tr. 1 c. 4 n. 25 et 26 (St II, 1072-1073). 144 *Ethic.* X 11 (1177 b 27). 151 ex defectu...fit virtute divina: cf. August. *De Gen. ad litt.* XII c. 19 (PL 34, 470). 157 agens...patiens: Arist. ut supra q. 2 a. 3 240 in nota. 176 *Dux neutr.* II c. 18.

totum ordinem causarum naturalium; et ex hoc dupliciter dicitur aliquid esse secundum naturam vel contra naturam: uno modo quantum ad naturam particularem, alio quantum ad universalem; sicut omnis corruptio et defectus et senium est contra naturam particularem sed tamen naturale secundum naturam universalem ut omne compositum ex contrariis corrumpatur. Quia igitur ordo universalis causarum hoc habet ut inferiora a suis superioribus moveantur, omnis motus qui fit in inferiori natura ex impressione superioris, sive in corporalibus sive in spiritualibus, est quidem naturalis secundum naturam universalem, non autem semper secundum naturam particularem nisi quando a natura superiori sic imprimitur in naturam inferiorem ut ipsa impressio sit eius natura. Et sic patet quomodo ea quae a Deo in creaturis fiunt, possunt dici secundum naturam vel contra naturam.

3. Unde etiam patet responsio ad tertium. Vel dicendum quod ista elevatio dicitur esse contra naturam quia est contra solitum cursum naturae, sicut glosa exponit Rom. XI[24].

4. Ad quartum dicendum quod Deus, quamvis numquam contra iustitiam faciat, aliquid tamen praeter iustitiam facit: tunc enim est aliquid contra iustitiam cum subtrahitur alicui quod sibi debetur, ut patet in humanis cum quis alteri furatur; si vero ex liberalitate quadam tribuat quod non est debitum, hoc non est contra iustitiam sed praeter iustitiam. Sic igitur cum Deus mentem humanam in statu viae elevat supra modum suum, non facit contra iustitiam sed praeter iustitiam.

5. Ad quintum dicendum quod opus hominis ex hoc quod meriti habet bonitatem exigit ut sit secundum rationem et voluntatem; sed bonum quod ei confertur in raptu non est huiusmodi, unde non oportet quod procedat ex voluntate humana sed ex sola virtute divina. Nec tamen potest dici omnino esse violentia nisi sicut dicitur motus violentus quando lapis deorsum proicitur velocius quam sit dispositio motus naturalis; proprie tamen « violentum est in quo nihil confert vim patiens », ut dicitur in III Ethicorum.

6. Ad sextum dicendum quod hoc est commune sensui et intellectui quod uterque deficit a perfecta acceptione excellentis intelligibilis vel sensibilis etsi uterque de eo aliquid accipiat; sed in hoc est differentia quod per hoc quod sensus movetur ab excellenti sensibili corrumpitur ut non possit postmodum minora sensibilia cognoscere, sed per hoc quod intellectus accipit de intelligibili excellenti confortatur | ut melius postmodum possit minora intelligibilia cognoscere. Unde patet quod auctoritas praedicta Philosophi non est ad propositum. *108ra*

7. Ad septimum dicendum quod angelus et anima non dicuntur esse pares natura nisi quantum ad statum ultimae consummationis in quo homines « erunt sicut angeli in caelo », ut dicitur Matth. XXII[30], vel secundum quod communicant in natura intellectuali, quamvis in angelis perfectior inveniatur.

8. Ad octavum dicendum quod perventio ad terminum motus naturalis est naturalis, non quidem in principio vel medio sed in fine motus, et propter hoc ratio non sequitur.

9. Ad nonum dicendum quod operationes rerum naturalium quae sunt ex praestitutione divina dicuntur naturales quando principia illarum operationum sunt rebus indita sic ut sint earum naturae; non autem sic a Deo praestituitur homini elevatio raptus, unde non est simile.

10. Ad decimum dicendum quod illud quod est prius in intentione naturae quandoque est posterius tempore, sicut se habet actus ad potentiam in eodem susceptibili quia esse in actu est per prius a natura quamvis una et eadem res prius tempore sit in potentia quam in actu; et

A 208 quidem *em.* A] *conf.* pA 213 patet] quod *add.* pA 223 alicui *em.* A] *conf.* pA 229 elevat] l *praem.* pA 232 quod] ex (*?*) *add.* pA meriti *em.* A] *conf.* pA 236 divina] qu *add.* pA 256 septimum] vij A al (*inc.* aliud) *praem.* pA 261 intellectuali] communi *praem.* pA 262 angelis] aliis *praem.* pA 267 nonum] ix A xi *praem.* pA 268 rerum...quae] que *praem.* pA 272 homini] ad *add.* pA

Φ 197 dicitur] *om.* Φ *ante* dupliciter F *post* esse P 199 alio] modo *add.* V Φ (*def.* P) 275 quandoque] *om.* Φ quando F (*def.* V)

219 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1488 B). 242 Cap. 1 (1110 a 1 et b 15) sec. transl. Lincolniensis (ms. Vat. lat. 2171, ff. 37[v] et 38[r]).

similiter operatio animae in quantum est spiritus est prior quantum ad intentionem naturae sed est posterior tempore, unde si una operatio fiat in tempore alterius, hoc erit contra naturam.

11. Ad undecimum dicendum quod, quamvis ordo ad medium sit propter ordinem ad ultimum, tamen ad ultimum non pervenitur naturaliter nisi per medium; et si aliter fiat, erit perventio non naturalis, et sic est in proposito.

12. Ad duodecimum dicendum quod illa abstractio a sensibus quae fit virtute aliquarum rerum naturalium, reducitur in illam abstractionem quae fit ex defectu propriae virtutis: non enim illae res habent naturam a sensibus abstrahendi nisi in quantum obstupefaciunt sensus; unde patet quod talis abstractio a sensu est aliena a raptu.

## Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum Paulus in raptu viderit Deum per essentiam. Et videtur quod non: Eph. IV[18] super illud « tenebris obscuratum habentes intellectum » dicit glosa « Omnis qui intelligit, quadam luce interiori illustratur »; si ergo intellectus elevetur ad videndum Deum, oportet quod illustretur aliqua luce ad huiusmodi visionem proportionata; sed lux talis non est aliud quam lux gloriae de qua in Psal. « In lumine tuo videbimus lumen »; ergo Deus per essentiam videri non potest nisi ab intellectu beato, et sic Paulus in raptu, cum glorificatus non esset, Deum per essentiam videre non potuit.

2. Sed dicebat quod Paulus ut tunc beatus fuit. — Sed contra, perpetuitas est de ratione beatitudinis, ut Augustinus dicit in libro De civitate Dei; sed status ille non mansit in Paulo in perpetuum; ergo in statu illo beatus non fuit.

3. Praeterea, a gloria animae redundat gloria in corpus; sed corpus Pauli non fuit glorificatum; ergo nec mens eius fuit lumine gloriae illustrata, et sic non vidit Deum per essentiam.

4. Sed dicebat quod videndo Deum per essentiam in statu etiam illo non fuit beatus simpliciter sed secundum quid. — Sed contra, ad hoc quod aliquis sit beatus simpliciter non requiritur nisi actus gloriae et dos gloriae quae est principium illius actus, sicut corpus Petri fuisset glorificatum simpliciter si cum hoc quod ferebatur super aquas etiam huius actus in se habuisset principium quod dicitur agilitas; sed claritas, quae est principium divinae visionis quae est actus gloriae, est dos gloriae; si igitur mens Pauli Deum vidit per essentiam et illustrata fuit luce quae est principium huius visionis, fuit simpliciter glorificata.

5. Praeterea, Paulus in raptu habuit fidem et spem; sed ista non possunt simul stare cum visione Dei per essentiam quia fides est « non apparentium », ut dicitur Hebr. XI[1], « et quod videt quis quid sperat? », ut dicitur Rom. VIII[24]; ergo non vidit Deum per essentiam.

6. Praeterea, caritas patriae non est principium merendi; sed Paulus in raptu fuit in statu merendi quia eius anima nondum erat a corpore corruptibili soluta, ut Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram, ergo non habuit caritatem patriae; sed ubi est visio patriae quae est perfecta, etiam est ibi caritas patriae quae est perfecta quia, quantum de Deo quisque cognoscit, tantum diligit; ergo non vidit Deum per essentiam.

7. Praeterea, divina essentia sine gaudio videri non potest, ut patet per Augustinum in I De Trinitate; si igitur vidit Paulus Deum per essentiam, in ipsa visione delectabatur, non ergo volebat ab ea separari nec iterum Deus

A 282 una...fiat] fi *praem.* pA 286 ultimum[1]] utli *praem.* pA ultimum[2]] utl *praem.* pA 3 IV] iijj *forma inconsueta* (*ex* iij sA) *em. tertius* A v *praem.* pA 30 Petri *em.* A] *conf.* pA 40 spem *em.* A] *conf.* pA 44 ergo] set pa (*inc.* paulus) *praem.* pA 49 ergo...sed] set *praem.* pA 52 quia...ergo] g (*inc.* ergo) *praem.* pA

Φ 1 Secundo: *defecit* V *usque ad lin.* 85 *inclusive* 12 et sic] ut sic P sed Σ 13 Deum...potuit] ergo etc. Σ ergo etc. *add.* β 19 beatus] homo P *post* non fuit Φ 32 huius] huiusmodi P Φ 44 non...essentiam] etc. Φ 48 Augustinus dicit *inv.* P Φ (-γ) 56 in *om.* P Φ 57 igitur] ergo F P Φ vidit Paulus *inv.* P Φ

1 Parall.: *II-II* q. 175 a. 3; *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 7 ad 5; *Super II Cor.* cap. 12 lect. 1 et 2. 4 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192 203 C). 10 Ps. XXXV[10]. 18 Cf. XI c. 11 et XIV c. 25 (PL 41, 327 et 433). 32 super aquas: cf. Matth. XIV[29]. 49 Cap. 5 (PL 34, 458). 52 quantum...tantum diligit: Gregor. ut supra q. 8 a. 4 35. 57 Cap. 10 (PL 42, 834).

eum separavit invitum quia, cum ipse sit summe liberalis, sua dona quantum in se est non subtrahit; ergo Paulus ab illo statu numquam separatus fuisset, quod falsum est; non ergo vidit Deum per essentiam.

8. Praeterea, nullus habens aliquod bonum ex merito amittit illud sine peccato; cum igitur videre Deum per essentiam sit quiddam quod habetur ex merito, nullus Deum per essentiam videns potest ab hac visione removeri nisi forte contingeret ipsum peccare, quod de Paulo dici non potest qui de se ipso dicit Rom. VIII[38] « Certus sum quod neque mors neque vita separabit » etc., et sic idem quod prius.

Praeterea quaeritur cum Paulus dicatur raptus in quo differt eius raptus | a sopore Adae *108[rb]* et a raptu Iohannis Evangelistae secundum quem dicit se ' in spiritu fuisse ', Apoc. I[10], et « ab excessu mentis » in quo fuit Petrus, Act. XI[5].

SED CONTRA est quod Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram, et etiam Ad Paulinam de videndo Deum, et quod habetur etiam in glosa II Cor. XII[4]: ex quibus omnibus locis expresse habetur quod Paulus in raptu Deum per essentiam vidit.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hoc quidam dixerunt quod Paulus in raptu non vidit Deum per essentiam sed quadam visione media inter visionem viae et visionem patriae; quae quidem visio media potest intelligi talis qualis est angelo naturalis, ut scilicet videat Deum non quidem per essentiam cognitione naturali sed per aliquas species intelligibiles, utpote considerando essentiam suam quae est quaedam similitudo intelligibilis essentiae increatae, prout dicitur in libro De causis quod « intelligentia scit quod est supra se » in quantum est causata ab eo, ut sic etiam intelligatur Paulus in raptu vidisse Deum per refulgentiam alicuius luminis intellectualis in mentem ipsius; cognitio vero viae quae est per speculum et aenigma sensibilium creaturarum est naturalis homini, sed cognitio patriae qua Deus per essentiam suam videtur est soli Deo naturalis.

Sed haec opinio repugnat dictis Augustini qui expresse in locis supradictis dicit Paulum in raptu Deum per essentiam vidisse. Nec est etiam probabile ut minister Veteris testamenti ad Iudaeos Deum per essentiam viderit, ut habetur ex hoc quod dicitur Num. XII[8] « Palam et non per aenigmata et figuras videt Deum », et ministro Novi testamenti, Doctori gentium, hoc concessum non fuerit, praecipue cum ipse Apostolus sic argumentetur ⟨II⟩ Cor. III[9] « Si ministratio damnationis fuit in gloria, multo ⟨magis abundat⟩ ministerium iustitiae ». Nec tamen beatus fuit simpliciter sed solum secundum quid, quamvis mens eius illustrata fuerit supernaturali lumine ad Deum videndum. Quod quidem apparere potest exemplo luminis corporalis: in quibusdam enim invenitur lumen a sole ut quaedam forma immanens quasi connaturalis effecta, sicut in stellis et in carbunculo et huiusmodi; in quibusdam vero recipitur lumen a sole sicut quaedam passio transiens, sicut in aere: non enim efficitur lumen forma permanens in aere quasi connaturalis sed transit abeunte sole. Similiter etiam et lumen gloriae dupliciter menti infunditur: uno modo per modum formae connaturalis

A 62 non] nulli *praem.* pA 67 per essentiam sit] sit *praem.* pA 70 quod] ergo *casu non del. praem.* A, *et delevimus* 86 circa] iu (*inc.* iuxta *?*) *praem.* pA 98 ut] et *praem.* pA 100 ipsius: *posthac revertitur eadem manus ut supra* q. 12 a. 13 *lin.* 11-249, *quae usque ad finem columnae et articuli permanet* (*infra lin.* 222) 114 ⟨II⟩ *suppl.*] *om.* A 116 ⟨magis abundat⟩ *suppl. cum Vulg.*] *om.* A 122 immanens quasi] quasi *praem.* pA

Φ 63 non ergo *inv.* P Φ 70 quod] ergo(*induc.* A) *praem.* F 72 quod] *om.* F quia P 74 Praeterea] Item P Φ 83 locis *om.* Σ 84 expresse] *om.* Σ *post* habetur P 85 vidit] *post* Deum P *ante* Deum γ δ videret *ante* Deum α β 98 causata] creata F P V Φ 99 refulgentiam] resultantiam Σ vel resultantiam *add.* β 108 etiam] *om.* F *ante* est Φ 111 et figuras *om.* V Φ 114 ⟨II⟩ *suppl.* Φ] *om.* F *lac.* P in prima V 115 multo...iustitiae] etc. F V Φ multo magis iustificationis P

75 sopore Adae: cf. Gen. II[21]. 81 Cap. 28 (PL 34, 478). 82 *Epist. 147* c. 13 (PL 33, 610). 83 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 83 A). 86 quidam: Alex. Halensis *Quaest. disp.* ' antequam esset frater ' q. 48 m. 5 n. 32, Bonaventura q. *De raptu* ' Respondeo dicendum quod haec visio nec simpliciter fuit viatoris nec simpliciter comprehensoris sed mediastina tum a parte videntis tum a parte modi ' (ms. Assisi Bibl. com. Cod. 186, f. 14[va]) — vide etiam Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. 11 q. 2 (ff. 195[vb] et 196[ra]). 96 Prop. 8 (7). 108 minister Veteris testamenti: cf. August. *Enarr. in Ps.* LXXXIX[1] (PL 37, 1141). 110 Num. XII[8]: cf. supra q. 12 a. 14 42 in nota. 112 Doctori gentium: cf. I Tim. II[7].

factae et permanentis, et sic facit mentem simpliciter beatam, et hoc modo infunditur beatis in patria; alio modo contingit lumen gloriae mentem humanam sicut quaedam passio transiens, et sic mens Pauli in raptu fuit lumine gloriae illustrata; ipsum etiam nomen raptim et pertranseundo ostendit hoc esse factum: unde non fuit simpliciter glorificatus nec habuit dotem gloriae cum illa claritas non fuerit effecta proprietas eius, et propter hoc non fuit derivata ab anima in corpus, nec in hoc statu perpetuo mansit.

1-4. Unde patet responsio ad quatuor primas rationes.

5. Ad quintum dicendum quod adveniente plena visione recedit fides, unde secundum hoc quod in Paulo fuit visio Dei per essentiam non fuit ibi fides; fuit autem ibi visio Dei per essentiam secundum actum, non secundum habitum gloriae. Unde e contrario fides fuit ibi secundum habitum, non secundum actum; similiter spes.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis Paulus tunc fuerit in statu merendi, non tamen in actu tunc merebatur quia, sicut habuit actum visionis patriae, ita habuit actum caritatis patriae. Quidam tamen dicunt quod, quamvis habuit actum visionis patriae, non tamen habuit actum caritatis patriae quia, si intellectus fuit raptus, non tamen fuit raptus eius affectus; sed hoc est expresse contra id quod habetur II Cor. XII[4] « Raptus est in paradisum », glosa « id est in eam tranquillitatem qua fruuntur illi qui sunt in caelesti Ierusalem »; fruitio autem est per amorem.

7. Ad septimum dicendum quod hoc fuit ex ipsa condicione luminis mentem illustrantis quod visio illa in Paulo non permansit, ut ex dictis patet.

8. Ad octavum dicendum quod, quamvis visio Dei in beatis sit ex merito, tamen Paulo non est reddita quasi praemium meriti, unde ratio non sequitur.

Tamen sciendum quod hae duae ultimae rationes non magis concludunt contra hoc quod Paulus Deum per essentiam viderit quam contra hoc quod viderit quocumque modo supra modum communem.

Ad id quod ultimo quaerebatur dicendum quod excessus mentis, extasis et raptus, omnia in Scripturis pro eodem accipiuntur et significant elevationem quandam ab exterioribus sensibilibus quibus naturaliter intendimus ad aliqua quae sunt supra hominem. Sed hoc dupliciter contingit: quandoque enim intelligitur abstractio ab exterioribus quantum ad intentionem tantum, ut videlicet cum quis exterioribus sensibus et rebus utitur sed tota sua intentio divinis inspiciendis et diligendis intendit; et sic in excessu mentis sive extasi aut raptu est quilibet divinorum contemplator et amator, unde Dionysius dicit IV cap. De divinis nominibus « Est autem extasim faciens divinus amor », et Gregorius in Moralibus de contemplatore loquens dicit « Qui ad interiora intelligenda rapitur, a rebus visibilibus oculos claudit ». Alio modo, secundum quod in usu praedicta nomina magis habentur, fit extasis aut raptus aut excessus mentis cum aliquis etiam actu ab usu sensuum et sensibilium rerum abstrahitur ad aliqua supernaturaliter videnda; videtur autem supernaturaliter praeter sensum et intellectu et imaginatione, sicut in quaestione De prophetia dictum est.

Et ideo duplicem raptum distinguit Augustinus XII Super Genesim ad litteram: unum quo mens rapitur a sensibus ad imaginariam visionem et sic accidit in Petro et Iohanne Evangelista in Apocalypsi, ut ibidem Augustinus dicit; alium quo mens rapitur a sensu et

A 161 expresse *scrips.*] expressum *potius* A 175 non magis] equaliter *praem.* pA 180 extasis] estasis A 182 elevationem] abst (*inc.* abstractionem*?*) *praem.* pA 197 secundum...in usu] usitato *praem.* pA 208 et sic accidit] ut acci *praem.* pA

Φ 137 pertranseundo] transeundo V Φ 189 intendit] vacat V Φ 192 Dionysius dicit *inv.* F V Φ 195 contemplatore] -plator F contemplatione P V Φ 195 Qui] quod F quod cum P 203 intellectu et imaginatione] intellectum et imaginationem V Φ

157 Quidam: non invenimus. 162 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 83 A) et *Glossa interlin.* ibid. 193 § 13 (PG 3, 712 A) sec. transl. Sarraceni (Dion. 215). 194 XXX c. 16 (PL 76, 554 B). 204 dictum est: supra q. 12 a. 9. 206 Cap. 26 (PL 34, 476). 209 ibidem: l. c. cap. 2 (PL 34, 455).

imaginatione simul ad intellectualem visionem. Et hoc quidem dupliciter: uno modo secundum quod intellectus intelligit Deum per aliquas intelligibiles immissiones, quod est proprie angelorum, et sic fuit extasis Adae, unde dicitur Gen. II[21] in glosa quod « extasis recte intelligitur ad hoc immissa ut mens Adae particeps angelicae curiae et intrans in sanctuarium Dei novissima intelligeret »; alio modo secundum quod intellectus videt Deum per essentiam, et ad hoc fuit raptus Paulus, ut dictum est.

## Articulus tertius

*108va* Tertio quaeritur utrum intellectus alicuius viatoris possit elevari ad videndum Deum per essentiam sine hoc quod a sensibus abstrahatur. Et videtur quod sic: eadem enim est natura hominis in statu viae et post resurrectionem, non idem numero resurgeret nisi etiam idem specie esset; sed post resurrectionem sancti mente videbunt Deum per essentiam sine hoc quod a sensibus abstrahantur; ergo et in viatoribus idem possibile est.

2. Sed dicebat quod corpus viatoris, quia corruptibile est, aggravat intellectum ne libere in Deum ferri possit nisi a corporeis sensibus absolvatur; quae quidem corruptio post resurrectionem non erit. — Sed contra, nihil impeditur sicut nec patitur nisi a suo contrario; sed corruptio corporis non videtur contrariari actui intellectus cum intellectus non sit corporis actus; ergo corruptio corporis non impedit quin intellectus libere possit ferri in Deum.

3. Praeterea, constat quod Christus nostram mortalitatem et corruptionem poenae assumpsit; sed intellectus eius continue visione Dei fruebatur cum tamen in eo non fieret semper abstractio ab exterioribus sensibus; ergo corruptio corporis non facit ut intellectus ferri non possit in Deum sine hoc quod a sensibus abstrahatur.

4. Praeterea, Paulus postquam Deum per essentiam viderat memor fuit illorum quae in illa visione conspexit, alias non diceret II Cor. XII[4] quod « audivit arcana verba quae non licet homini loqui » si eorum immemor esset; ergo dum Deum per essentiam videbat aliquid in eius memoriam imprimebatur; sed memoria ad partem sensitivam pertinet, ut patet per Philosophum in libro De memoria et reminiscentia; ergo cum quis in statu viae videt Deum per essentiam non omnino abstrahitur a corporeis sensibus.

5. Praeterea, propinquiores sunt potentiae sensitivae sibi invicem quam intellectivae sensitivis; sed imaginatio, quae est de potentiis sensitivis, potest esse in actu comprehensionis quorumcumque imaginabilium sine abstractione ab exterioribus sensibus; ergo et intellectus potest esse in actu visionis divinae sine abstractione a potentiis sensitivis.

6. Praeterea, illud quod est secundum naturam non exigit ad sui existentiam aliquid eorum quae sunt contra naturam; sed naturale est intellectui humano quod Deum per essentiam videat cum ad hoc creatus sit; cum igitur abstractio a sensibus homini sit contra naturam quia sensitiva cognitio connaturalis ei sit, videtur quod ad videndum Deum per essentiam abstractione a sensibus non indigeat.

A 221 raptus...est *in appendice col.* 108$^{rb}$; *postea, scil. in principio art.* 3 *et col.* 108$^{va}$, *revertitur manus solita* 3 sine...Et videtur] et videtur quod *praem.* pA 11 Sed dicebat] § Preterea *in fine lin. praem.* A, *et delevimus* 12 intellectum] animam et *praem.* pA 18 intellectus$^{2}$] in *in fine lin. praem.* A, *et delevimus* 32 XII (*e* XIIJ pA) *em.* A verba...loqui *complev. cum Vulg.* P V Φ] etc. A *Hic vel circa incipit fragmentum non originale* (*cf. Préface* § *Question De raptu: le problème critique*) 33 si] set *praem.* pA 34 essentiam *coni. cum* γ δ] memoriam (*fort. mendum Thomae e lapsu dictionis*) A 39 abstrahitur *em.* A] *conf.* pA 55 sit *sup. lin.* A] *om.* pA

Φ 222 est: *posthac deficit* F 1 *Testes* P V Φ 7 specie] spiritus V Φ 9 abstrahantur] aliqua abstractio fiat P Φ (*contextus dissimilis* V) 13-15 ferri... contra *om.* α 23 visioneDei *inv.* P V Φ 30 illorum] eorum P V Φ 34 essentiam] memoriam P V α β (*cf.* A) aliquid] quid P quod *add.* Φ 55 quia] cum P V Σ cum *add.* β connaturalis ei sit] sit ei connaturalis P V Φ

216 *Glossa ordin.* ex August. *De Gen. ad litt.* IX c. 19 (PL 34, 408).

1 Parall.: *II-II* q. 175 a. 4; *Super II Cor.* cap. 12 lect. 1. 2 viatoris: cf. supra q. 10 a. 11 231 in nota. 11 corpus...intellectum: cf. Sap. IX[15] ut dicitur infra q. 18 a. 8 49. 15 nihil...contrario: Arist. *De gen. et corr.* I c. 7 (324 a 2) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 44 q. 2 a. 1 qc. 1 arg. 3. 18 cum...actus: Arist. *De anima* III 7 (429 a 24) ut refert Thomas infra a. 4 130. 38 Cap. 1 (450 a 13).

7. Praeterea, abstractio non est nisi unitorum; sed intelligentia cuius obiectum est Deus, ut dicitur in libro De spiritu et anima, non videtur corporeis sensibus esse coniuncta sed maxime distans; ergo ad hoc quod Deum per essentiam videat homo per intelligentiam non indiget abstractione a sensibus.

8. Praeterea, ad hoc videtur Paulus ad Dei visionem esse elevatus ut testis illius gloriae existeret quae sanctis repromittitur, unde Augustinus dicit X Super Genesim ad litteram « Cur non credamus quod tanto apostolo, Doctori gentium, rapto usque ad ipsam excellentissimam visionem voluerit Deus demonstrare vitam in qua post hanc vitam vivendum est in aeternum? »; sed in illa sanctorum visione quae post hanc vitam erit in videntibus Deum non fiet abstractio a sensibus corporeis post resurrectionem; ergo nec in Paulo huiusmodi abstractio facta fuisse videtur cum Deum per essentiam vidit.

9. Praeterea, martyres in ipsis tormentorum suorum suppliciis interius aliquid de divina gloria percipiebant, unde Vincentius dicebat « Ecce iam in sublime agor et omnes principes tuos saeculo altior, tyranne, despicio », et in aliis sanctorum passionibus multa leguntur quae hoc sonare videntur; sed constat quod in eis non fiebat abstractio a sensibus, alias doloris sensum non habuissent; ergo ad hoc quod aliquis sit particeps gloriae qua Deus per essentiam videtur non requiritur abstractio a sensibus.

10. Praeterea, propinquior est operationi quae circa sensibilia versatur intellectus practicus quam speculativus; sed non est necessarium quod intellectus practicus semper intendat his quae homo circa sensibilia operatur, ut dicit Avicenna in sua Sufficientia, alias contingeret quod optimus cytharedus imperitissimus videretur si ad singulas chordarum percussiones oporteret eum artis consideratione uti: fieret enim nimia sonorum interruptio quae impediret debitam melodiam; ergo multo minus intellectus speculativus cogitur intendere his quae homo circa sensibilia operatur, et sic liberum ei remanet in quaelibet intelligibilia ferri, etiam in ipsam divinam essentiam, dum sensitivae vires circa operationes sensibiles occupantur.

11. Praeterea, Paulus dum vidit Deum per essentiam adhuc fidem habebat; sed fidei est videre per speculum in aenigmate; ergo Paulus simul dum videbat Deum per essentiam, videbat per speculum in aenigmate; sed aenigmatica cognitio est specularis et est per sensibilia; ergo simul videbat Deum per essentiam et intendebat sensibilibus, et sic idem quod prius.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram et habetur in glosa II Cor. XII[1] « In illa specie quae Deus est nemo Deum videns vivet vita ista qua mortaliter vivitur in istis sensibus corporeis; sed nisi ab hac vita quisque quodam modo moriatur, | sive omnino exiens de corpore sive ita aversus et alienatus a corporeis sensibus ut merito nesciat utrum in corpore an extra corpus sit, in illam non rapitur et subvehitur visionem ». *108vb*

2. Praeterea, ⟨II⟩ Cor. V[13] super illud « Sive mente excedimus, Deo » etc., dicit glosa « Excessum mentis dicit quod mente levatur ad intelligenda caelestia ita ut quodam modo a memoria labantur inferiora; in hoc mentis

A 69 Doctori *em.* A] doctoris pA 89 requiritur *scrips. cum* P Φ (*def.* V)] fit A 105 ipsam] ipsa *mac. praem.* pA 119 vivet *scrips. cum Augustino et ipso Thoma II-II* q. 180 a. 5 Resp.] videt (*fort. mendum scribae e lapsu auditus*) A 126 ⟨II⟩ *suppl.*] *om.* A 126 super illud «Sive] sive *praem.* pA

Φ 67 existeret *ante* illius glorie P Φ (*def.* V) 81 dicebat] *om.* Φ inquit V 83 et in aliis] laurentius mea nox obscurum non habet sed omnia in luce clarescunt *praem.* V Σ 96 dicit Avicenna *inv.* P V Φ 97 imperitissimus] imperfectissimus Φ 105 dum] dei Φ (-δ) dei dum V $\delta^2$ 110-112 ergo Paulus...in enigmate *hom. om.* V Σ 114 et *om.* V Φ 115 intendebat sensibilibus (sensibus α δ) *inv.* P V Φ 116 Augustinus dicit *inv.* P V 119 vivet] videt P Φ (*cf.* A) vivit V 126 ⟨II⟩ *suppl.* P] I *suppl.* Φ 127 etc. *om.* V Φ 128 quod mente] quo mens V Φ levatur] elevatur V Φ 130 memoria] mente V Φ (-$\delta^1$) *om.* $\delta^1$

60 Cap. 11 (PL 40, 787). 68 Rectius XII c. 28 (PL 34, 478). 81 Vincentius: cf. *Acta Sanctorum*, die 22 Ianuarii (ed. Bollandus II, 395 b). 96 I c. 14 (f. 22$^{rb}$ I). 110 per speculum in aenigmate: cf. I Cor. XIII[12]. 113 specularis: cf. *Glossa* Petri Lomb. super I Cor. XIII[12] (PL 191, 1662 A) et Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 26 c. 4. 117 Cap. 27 (PL 34, 477). 118 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 82 A-B). 127 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 41 B) ex August. *Enarr. II in Ps.* XXX[1] (PL 36, 230).

excessu fuerunt omnes sancti quibus arcana Dei mundum istum excedentia revelata sunt »; ergo quicumque videt Deum per essentiam oportet quod avertatur a consideratione inferiorum, et ita per consequens ab usu sensuum quibus nonnisi inferiora considerantur.

3. Praeterea, in Psal. dicitur « Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu », glosa « ' Beniamin ' id est Paulus ' in mentis excessu ', mente scilicet alienata a sensibus corporis ut quando raptus fuit usque ad tertium caelum »; sed per tertium caelum intelligitur visio Dei per essentiam, ut dicit Augustinus XII Super Genesim ad litteram; ergo visio Dei per essentiam requirit alienationem a sensibus corporis.

4. Praeterea, efficacior est operatio intellectus qui ad videndam Dei essentiam elevatur quam quaecumque imaginationis operatio; sed aliquando homo propter vehementiam imaginationis abstrahitur a corporeis sensibus; ergo multo fortius oportet quod abstrahatur ab eis quando in divinam provehitur visionem.

5. Praeterea, Bernardus dicit « Delicata est divina consolatio, non dabitur admittentibus alienam »; ergo eadem ratione divina visio non compatitur secum alterius rei visionem, et ita nec usum sensuum.

6. Praeterea, ad videndum Deum per essentiam requiritur summa cordis munditia, ut habetur Matth. v[8] « Beati mundo corde » etc.; sed cor dupliciter immundatur, scilicet peccato et phantasiis materialibus, ut patet per hoc quod dicit Dionysius VII cap. Caelestis hierarchiae « Puras esse eas » scilicet caelestes essentias « extimandum est, non ut immundis maculis et inquinationibus liberatas », in quo tangitur immunditia peccati quod numquam in beatis angelis fuit, « neque ut materialium receptivas phantasiarum », in quo tangitur immunditia quae est per phantasias, ut patet per Hugonem de Sancto Victore; oportet igitur mentem videntis Deum per essentiam non solum a sensibus exterioribus sed etiam ab interioribus phantasmatibus abstrahi.

7. Praeterea, I Cor. XIII[10] dicitur « Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est »; sed perfectum ibi nominatur visio Dei per essentiam, et imperfectum visio specularis et aenigmatica quae est per sensibilia; ergo quando quis elevatur ad visionem Dei per essentiam, abstrahitur a visione sensibilium.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut ex auctoritate Augustini patet, homo in hoc mortali corpore constitutus non potest Deum per essentiam videre nisi a sensibus corporeis alienetur. Cuius ratio ex duobus potest sumi: primo quidem ex hoc quod est commune intellectui et aliis potentiis animae; hoc enim in omnibus animae potentiis invenimus quod, quando una potentia in suo actu intenditur, alia vel debilitatur in suo actu vel ex toto abstrahitur, sicut patet in illo in quo operatio visus fortissime intenditur quod auditus eius non percipit ea quae dicuntur nisi forte sua vehementia ad se trahant sensum audientis; cuius ratio est quia ad actum alicuius cognoscitivae potentiae requiritur intentio, ut probat Augustinus in libro De Trinitate: intentio autem unius non potest ferri ad multa simul nisi forte illa multa hoc modo sint ad invicem ordinata ut accipiantur quasi unum, sicut nec alicuius motus vel operationis possunt esse duo termini non ad invicem ordinati. Unde, cum sit una anima

A 131 sancti *em.* A] *conf.* pA 136 quibus...considerantur *addim. cum* P Φ (*def.* V)] *om.* A 137 benyamin A 140 mente] in *praem.* A, *et delevimus* 140 scilicet *addim. cum glosa et* P Φ (*def.* V)] *om.* A 141 ad *scrips. cum glosa et* P Φ (*def.* V)] in A 158 ad] a *add.* pA 164 caelestes] yerarchias *add.* pA 165 ut immundis] immu *praem.* pA 175 dicitur *suppl. cum* P Φ (*def.* V)] *om.* A 175 Cum *em.* A] *conf.* pA 181 abstrahitur *imp.* A 190 debilitantur A

Φ 140 mente] in *praem.* Φ (*cf.* A: *def.* V *usque ad lin.* 181) 145 sensibus corporis] corporeis sensibus P Φ 154 non] que *praem.* P Φ 154 dabitur] datur P Φ 157 nec] non compatitur secum P Φ 161 peccato] contaminatione peccati P Φ 162 phantasiis materialibus *inv.* P Φ 167 peccati quod] culpe que P Φ 170 Hugonem] expositionem hugonis P Φ 171 oportet igitur] ergo oportet P Φ 178 et] vero *post* imperfectum P Φ 180 quis] aliquis P Φ 181 abstrahitur] oportet quod abstrahatur P Φ 188 potentiis animae *inv.* P V Φ 189 animae potentiis *inv.* V Φ (*def.* P) 196 alicuius] cuiuslibet P V Φ

137 Ps. LXVII[28]. 138 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 615 C) ex August. *Enarr. in Ps.* ibid. (PL 36, 834). 144 Cap. 28 (PL 34, 478). 153 Ps.-Bernardus (Gaufridus) *Declamationes* n. 66 (PL 184, 472 A). 163 § 2 (PG 3, 208 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 845). 171 *Expos. in De cael. hier.* VII (PL 175, 1052 A). 178 visio...aenigmatica: cf. supra q. 12 a. 12 202 in nota. 198 Cf. supra q. 8 a. 13 71.

in qua omnes potentiae cognoscitivae fundantur, unius et eiusdem intentio requiritur ad omnium potentiarum cognoscitivarum actus; et ideo, cum totaliter anima intendit ad actum unius, abstrahitur homo ab actu alterius potentiae. Ad hoc autem quod intellectus elevetur ad videndam divinam essentiam oportet quod tota intentio in hac visione colligatur cum hoc sit vehementissimum intelligibile ad quod intellectus pertingere non potest nisi toto conamine in illud tendat; et ideo oportet quod, quando mens ad divinam visionem elevatur, quod omnino abstrahatur homo a corporeis sensibus.

Secundo vero potest eiusdem ratio assignari ex eo quod est intellectui proprium. Cum enim cognitio de rebus habeatur secundum quod sunt in actu et non secundum quod sunt in potentia, ut dicitur in IX Metaphysicae, intellectus qui summam cognitionis tenet, proprie immaterialium est quae sunt maxime in actu; unde omne intelligibile vel est in se a materia immune vel est actione intellectus a materia abstractum, et ideo quanto intellectus purior est a materialium quasi contactu tanto perfectior est. Et ideo est quod intellectus humanus, quia materialia contingit ad phantasmata intuendo a quibus intelligibiles species abstrahit, est minoris efficaciae quam intellectus angelicus qui semper ad formas pure immateriales intuetur; nihilominus tamen in quantum in intellectu humano puritas intellectualis cognitionis non penitus obscuratur, sicut accidit in sensibus quorum cognitio ultra materialia ferri non potest, ex hoc ipso quod in eo de puritate remanet inest ei facultas ad ea quae sunt pure immaterialia contuenda. Et ideo oportet quod, si aliquando praeter communem modum ad summum immaterialium videndum, scilicet divinam essentiam, elevetur, quod saltem in illo actu penitus a materialium intuitu abstrahatur; unde cum sensitivae vires nonnisi circa materialia versentur, non potest aliquis videre divinam essentiam nisi abstrahatur ab usu sensuum corporeorum penitus.

1. Ad primum igitur dicendum quod alia ratione coniungetur anima beata corpori post resurrectionem et alia nunc coniungitur: in resurrectione enim corpus erit omnino spiritui subditum in tantum quod ex ipso spiritu proprietates gloriae redundabunt in corpus, unde et spiritualia corpora appellantur. Quando autem duo adiunguntur quorum unum super alterum totaliter dominium obtinet, non est ibi mixtio cum alterum totaliter transeat in potestatem dominantis, sicut cum una gutta aquae in mille vini amphoras infunditur in nullo puritati vini praeiudicatur. Et ideo in resurrectione ex coniunctione ad corpus qualicumque nulla erit impuritas intellectus nec in aliquo virtus eius debilitabitur, unde et sine abstractione a corporeis sensibus contemplabitur essentiam divinam; nunc autem corpus non est hoc modo spiritui subditum, et ideo non est similis ratio. *109ra*

2. Ad secundum dicendum quod ex hoc corpus nostrum corruptibile est quod ipsum corpus non est plene animae subditum: si enim ei plene subderetur, ex immortalitate animae redundaret immortalitas etiam in corpus sicut et post resurrectionem erit; et exinde est quod corruptio corporis aggravat intellectum: quamvis enim secundum se intellectui non contrarietur, tamen eius causa intellectus puritati praeiudicat.

3. Ad tertium dicendum quod Christus ex

A 230 a *sup. lin.* A] *om.* pA intelligibiles *scrips. cum* P V Φ] intellectuales A 231 minoris] mino *in fine lin. praem.* pA 232 immateriales *hic* A] intellectuales pA intuetur] immateriales *add.* pA, *quod suo loco restituit* A (*cf. nota superior*) 239 immaterialia *scrips. cum* $\delta^1$] materialia A 246 ab usu...penitus *in appendice col.* $108^{vb}$ 265 hoc] *idem mac. et in fine lin. praem.* pA 268 hoc] quod *add.* pA 275 intellectui *em.* A] *conf.* pA 276 intellectus *em.* A] *conf.* pA

Φ 208 unius] potentie *add.* P V Φ 210 videndam] –dum P V Φ 211 hac visione] hanc visionem P V Φ 214 tendat] intendat V Φ 216 abstrahatur homo] fiat abstractio P V Φ 221 IX] x V Φ 228 ideo] inde P V Φ 239 immaterialia] materialia (*cf.* A) P V Φ (-$\delta^1$) 239 contuenda] –endo P V Σ (-$\delta^1$) intuendo β 243 penitus] positus V Φ (-$\delta^1$) a materialium intuitu] ab intuitu materialium V Φ 245 videre] ad P V Φ 246 essentiam] elevari *add.* P elevari videndam *add.* V Φ 246 abstrahatur *post* penitus P V Φ sensuum corporeorum] *inv.* V Φ (-γ) corporalium sensuum P γ 248 igitur] ergo P V γ 259 vini amphoras *inv.* P V Φ 263 debilitabitur] debilitatur V Φ 264 contemplabitur...divinam] divine essentie contemplande intendet P V Φ 271 ei] anime *post* plene P V Φ 273 et$^1$ *om.* P V Φ

221 *Metaph.* IX 10 (1051 a 29). 258 una gutta aquae...: ordine inverso habetur exemplum apud Arist. *De gen. et corr.* I c. 10 (328 a 23).

hoc quod erat Deus et homo habebat plenariam potestatem super omnes partes animae suae et super corpus; unde ex virtute deitatis secundum quod nostrae reparationi competebat permittebat unicuique potentiarum animae agere id quod est ei proprium, ut dicit Damascenus; et sic non erat necessarium in ipso neque quod fieret redundantia ex una potentia in aliam neque quod una potentia a suo actu abstraheretur per vehementiam actus alterius. Unde per hoc quod intellectus eius videbat Deum, non oportebat aliquam abstractionem a corporeis sensibus fieri; secus autem est in aliis hominibus in quibus ex quadam colligantia potentiarum animae ad invicem sequitur de necessitate quod fiat redundantia vel impedimentum ex una potentia in aliam.

4. Ad quartum dicendum quod Paulus postquam cessavit videre Deum per essentiam memor fuit illorum quae in illa visione cognoverat per aliquas species in intellectu eius remanentes, quae erant quasi quaedam reliquiae praeteritae visionis: quamvis enim ipsum Dei Verbum per essentiam viderit et ex ipso viso multa cognoverit et sic illa visio nec quantum ad ipsum Verbum nec quantum ad ea quae videbantur in Verbo fuerit per species aliquas sed per essentiam solam Verbi, tamen ex ipsa inspectione Verbi imprimebantur in intellectum eius quaedam rerum visarum similitudines quibus postmodum cognoscere poterat ea quae prius per essentiam Verbi viderat; et ex illis speciebus intelligibilibus per quandam applicationem ad particulares intentiones vel formas in memoria vel in imaginatione conservatas postmodum poterat memorari eorum quae prius viderat, etiam secundum actum memoriae quae est potentia sensitiva; et sic non oportet ponere quod in ipso actu divinae visionis aliquid fieret in eius memoria quae est pars potentiae sensitivae, sed solum in mente.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis non per quemlibet actum imaginativae virtutis fiat abstractio a sensibus exterioribus, fit tamen abstractio praedicta quando actus imaginationis est vehemens; et similiter non oportet quod per quemlibet actum intellectus fiat abstractio a sensibus, oportet tamen quod fiat per actum vehementissimum qui est visio Dei per essentiam.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis naturale sit intellectui humano quod quandoque ad visionem divinae essentiae perveniat, non tamen est sibi naturale quod ad hoc perveniat secundum statum viae huius, ut prius dictum est, et ideo ratio non sequitur.

7. Ad septimum dicendum quod intelligentia nostra qua divina apprehendimus, quamvis non admisceatur sensibus per viam apprehensionis, admiscetur tamen eis per viam iudicii, unde dicit Augustinus XII Super Genesim ad litteram, quod « per intelligentiae lumen et ista inferiora diiudicantur et ea cernuntur quae neque sunt corpora neque ullas gerunt formas similes corporum »; et ideo intelligentia quandoque a sensibus abstrahi dicitur cum de eis non iudicat sed solis supernis conspiciendis intendit.

8. Ad octavum dicendum quod substantia beatitudinis sanctorum in visione divinae essentiae consistit, unde dicit Augustinus quod « visio est tota merces »; unde ex hoc ipso quod divinam essentiam vidit, potuit esse illius beatitudinis idoneus testis. Nec tamen oportuit quod omnia in se experiretur quae in beatis erunt, sed ut ex his quae experiebatur etiam

A 297 essentiam] uue (*seu* nne, *conf. inc.* memor *ut videtur*) *add.* pA (*cf. nota insequens*) memor *em.* A] *conf.* pA 302 viderit *in marg.* A] videatur pA 306 ipsa inspectione] ipsa is (s *imp.*) *idem conf. inc. praem.* pA 322 tamen] *idem conf. praem.* pA 324 similiter] sic *praem.* pA 338 admiscetur] ammiscetur A 339 unde *scrips. cum* P V Φ] ut A 340 per (*e* pre pA) *em.* A 341 diiudicantur...neque[1] *scrips. cum Augustino et ipso Thoma supra* q. 10 a. 4 *lin.* 154] iudicantur et ea cernuntur que non A 342 ullas *em.* A] *conf.* pA 344 abstrahi (*ex* abstrahii pA) *em.* A 350 merces *em.* A] *conf.* pA

Φ 298 illorum] eorum P V Φ 299 eius] ipsius P V Φ 306 essentiam solam *inv.* P V Φ 333 prius *om.* Φ (*def.* V) 334 ideo] unde P propter hoc Φ (*def.* V) 337 admisceatur] commisceatur V Φ 338 admiscetur] ammiscetur (*cf.* A) P 339 XII] xiii Φ (-γ) *om.* V 345 conspiciendis] inspiciendis V Φ 350 ipso *om.* P Φ (*def.* V) 352 oportuit] oportet P Φ (*def.* V) 353 in beatis erunt] beatis inerunt Φ (*def.* V)

284 *De fide* III c. 15 (PG 94, 1060 B; Bt 240). 340 Cap. 24 (PL 34, 474). 349 *De Trin.* I c. 9 (PL 42, 833) ut refert Thomas infra q. 18 a. 1 147, ad verbum profert Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 3 q. 1 (f. 42[rb]) ex August. *Enarr. in Ps.* XC[16] sermo 2 (PL 37, 1170).

alia scire posset: non enim rapiebatur ut esset beatus, sed ut esset beatitudinis testis.

9. Ad nonum dicendum quod martyres in tormentis existentes percipiebant aliquid de divina gloria, non quasi eam in suo fonte bibentes sicut illi qui Deum per essentiam vident, sed aliqua illius gloriae aspersione refrigerabantur; unde dicit Augustinus XII Super Genesim ad litteram « Ibi – scilicet ubi Deus per essentiam videtur – beata vita in suo fonte bibitur; inde aspergitur aliquid huic humanae vitae ut in tentationibus huius saeculi temperanter, fortiter, iuste prudenterque vivatur ».

10. Ad decimum dicendum quod intellectus speculativus non cogitur ut attendat his quae circa sensibilia aliquis operatur, sed potest circa alia intelligibilia negotiari; tanta tamen potest esse in actu speculationis vehementia quod omnino a sensibili operatione abstrahet.

11. Ad undecimum dicendum quod, quamvis in illo actu Paulus habuerit habitum fidei, non tamen habuit actum, unde ratio non sequitur.

## Articulus quartus

Quarto quaeritur quanta abstractio requiratur ad hoc quod intellectus Deum per essentiam videre possit. Et videtur quod requiratur abstractio ab ipsa unione qua anima unitur corpori ut forma: vires enim animae vegetabilis sunt magis materiales quam etiam vires animae sensibilis; sed ad hoc quod intellectus videat Deum per essentiam oportet quod fiat abstractio a sensibus, ut prius dictum est; ergo multo fortius ad puritatem illius visionis requiritur | quod fiat abstractio ab actibus animae vegetabilis; sed haec abstractio non potest fieri in statu animalis vitae quamdiu anima corpori unitur ut forma quia, ut dicit Philosophus, « nutriuntur animalia semper »; ergo ad visionem divinae essentiae requiritur quod fiat abstractio ab unione qua anima corpori unitur ut forma. 109rb

2. Praeterea, Exodi XXXIII[20] super illud ' Non videbit me ⟨homo⟩ et vivet ', dicit glosa Augustini « Ostendit huic vitae corruptibilis carnis Deum sicuti est apparere non posse; in illa tamen vita potest ubi ut vivatur, huic vitae moriendum est », et glosa Gregorii ibidem « Qui sapientiam quae Deus est videt, huic vitae funditus moritur »; sed mors est per separationem animae a corpore cui uniebatur ut forma; ergo oportet fieri separationem omnimodam animae a corpore ad hoc quod Deus per essentiam videatur.

3. Praeterea, « vivere viventibus est esse », ut dicitur II De anima; esse autem hominis viventis est per hoc quod anima corpori unitur ut forma; sed Exodi XXXIII[20] dicitur « Non videbit me ⟨homo⟩ et vivet »; ergo quamdiu anima corpori unitur ut forma non potest per essentiam Deum videre.

4. Praeterea, fortior est unio qua unitur anima corpori ut forma quam illa qua unitur ei ut motor, ex qua unione proveniunt operationes potentiarum quae per organa corporea operantur; sed haec secunda unio impedit visionem divinae essentiae, propter quod oportet quod fiat abstractio a corporeis sensibus; ergo multo fortius et prima unio impediet, et sic oportebit ab ea abstractionem fieri.

A 356 beatus] *idem conf. et imp. praem.* pA 376 unde...sequitur *suppl. cum* P Φ (*def.* V)] *om.* A
1 quaeritur] utrum *add.* pA 3 quod] u *add.* pA 4 unione] uisione *praem.* pA 8 per] *idem conf. praem.* pA 10 visionis] usi *praem.* pA 13 animalis vitae] huius vie *praem.* pA 19 Exodi *sup. lin.* A] eze⟨chielis⟩ pA 20 ⟨homo⟩ *suppl. cum ipso Thoma infra lin.* 69 *et Vulg.* P V Φ] *om.* A (*cf. infra lin.* 35) 23 illa *scrips. cum Augustino et* P V Φ] alia A vivatur] viva *conf. praem.* pA 27-30 cui uniebatur...videatur *suppl. cum* P Φ] ergo etc. A 35 ⟨homo⟩ *suppl.* (*cf. lin.* 69)] *om.* A (*cf. lin.* 20) 41 quae *scrips. secundum* sA] et *in textu* A vel que *in marg.* sA 45 et sic...fieri] ergo etc. A

Φ 364 suo fonte (*cum Augustino*) *inv.* P 365 inde] unde V Φ 367 fortiter, iuste *inv.* V Φ 375 habuerit] habuit P Φ (*def.* V)
5 unitur corpori *inv.* P Φ (*def.* V) 20 (*et* 35) ⟨homo⟩ *suppl.* P V Φ 27-30 cui uniebatur...essentiam videatur] cui ut forma uniebatur V (*cf.* A) 41 quae] et P V Φ (*cf.* A) 43 propter quod] ratione cuius P V Φ 44 corporeis sensibus *inv.* P V Φ 44 ergo] ut dictum est *praem.* P V Φ 45 et[1]] hec P Φ ista V

363 Cap. 26 (PL 34, 476).
1 Parall.: *II-II* q. 175 a. 5; ibid. q. 180 a. 5. 9 prius: a. 3. 15 *Topic.* II c. 4 (111 b 25) sec. transl. communem (ms. Arch. di S. Pietro H. 5, f. 82r). 21 *Glossa ordin.* ibid. ex August. *Quaest. in Heptat.* II q. 154 (PL 34, 649). 24 *Glossa ordin.* ex Gregor. *Moral.* XVIII c. 54 (PL 76, 93 A). 32 Cap. 4 (415 b 13) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 144,6).

5. Praeterea, potentia non elevatur supra modum essentiae cum potentia ab essentia fluat et in ipsa radicetur; si igitur essentia animae fuerit corpori materiali unita ut forma, non poterit esse quod intellectiva potentia ad ea quae sunt omnino immaterialia elevetur, et sic idem quod prius.

6. Praeterea, maior impuritas contrahitur in anima ex coniunctione corporis ad animam quam ex coniunctione similitudinis corporalis ad ipsam; sed ad hoc quod mens Deum per essentiam videat oportet eam depurari a similitudinibus corporis, quae apprehenduntur per imaginationem et sensum, ut dictum est; ergo multo fortius oportet eam a corpore separari ad hoc quod Deum per essentiam videat.

7. Praeterea, II Cor. v[6] « Quandiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino; per fidem enim ambulamus et non per speciem »; ergo quandiu anima est in corpore non potest Deum in sua specie videre.

SED CONTRA est quod Exodi XXXIII[20] super illud ' Non videbit me homo et vivet ' dicit glosa Gregorii « Quibusdam in hac carne viventibus sed inextimabili virtute crescentibus potest aeterni videri claritas Dei »; sed claritas Dei est eius essentia, ut in eadem glosa dicitur; ergo ad hoc quod essentia Dei videatur non oportet omnino animam separari a corpore.

2. Praeterea, Augustinus XII Super Genesim ad litteram dicit quod anima rapitur non solum ad visionem imaginariam sed etiam ad intellectualem qua ipsa veritas perspicua cernitur facta aversione a sensibus minus quam in morte sed plus quam in somno; ergo ad videndum veritatem increatam de qua Augustinus ibi loquitur, non requiritur quod fiat separatio animae a corpore prout unitur ut forma.

3. Praeterea, hoc idem patet per Augustinum in epistola Ad Paulinam de videndo Deum « Non est », inquit, « incredibile quibusdam sanctis nondum ita defunctis ut sepelienda cadavera remanerent etiam istam excellentiam revelationis fuisse concessam », ut scilicet Deum per essentiam viderent; ergo anima potest Deum videre adhuc corpori unita ut forma.

RESPONSIO. Dicendum quod ad visionem divinae essentiae, quae est actus perfectissimus intellectus, requiritur abstractio ab illis quae vehementiam intellectivi actus nata sunt impedire et per eam impediuntur. Hoc autem in quibusdam contingit per se, in quibusdam per accidens tantum.

Per se quidem impediunt se invicem intellectivae et sensitivae operationes, tum propter hoc quod in utrisque operationibus oportet intentionem adesse, tum etiam quia intellectus quodam modo sensibilibus operationibus admiscetur cum a phantasmatibus accipiat, et ita ex sensibilibus operationibus quodam modo intellectus puritas inquinatur, ut prius dictum est; sed ad hoc quod anima corpori uniatur ut forma, non requiritur aliqua intentio cum haec unio non dependeat ex voluntate animae sed magis ex natura. Similiter etiam ex tali unione puritas intellectus directe non inquinatur: anima enim non unitur corpori ut forma mediantibus suis potentiis sed per essentiam suam cum nihil sit medium inter formam et materiam, ut probatur in VIII Metaphysicae; nec tamen essentia animae ita corpori unitur quod totaliter corporis condicionem sequatur, sicut aliae formae materiales quae sunt omnino in materia

A 52 et sic...prius *suppl. cum* P Φ (*def.* V)] *om.* A 68 XXXIII] 33 A 77 quod] u *add.* pA 83 loquitur] *idem conf. praem.* pA 104 intentionem *scrips. cum* P V Φ] intendere A 110 cum] *idem conf. praem.* pA 113 puritas pA] purtas (*litt.* i *deleta per fortuitam maculam ut videtur*) sA 118 ita] *idem conf. praem.* pA

Φ 49 igitur] ergo P Φ (*def.* V) 55 corporis ad animam] ipsius ad corpus V Φ 61 eam] animam P V Φ 75 omnino ...separari] quod fiat omnimodo separatio anime P Φ (*def.* V) 84 separatio...forma] abstractio ab unione qua unitur (unitur *post* corpori Φ) anima corpori ut forma P Φ (*def.* V) 100 tantum *om.* V Φ 108 ut prius dictum est] *om.* V ut prius P

60 dictum est: supra a. 3. 63 II Cor. v[6] « Quandiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino...: forma consueta apud Thomam, cf. *I-II* q. 4 a. 5, q. 67 a. 3 sed c., *II-II* q. 28 a. 1 arg. 1, q. 175 a. 5 arg. 1, sic August. e. g. *In Ioh. ev. tract.* XXXIV n. 7 (PL 35, 1654). 70 *Glossa ordin.* ibid. ex Gregor. *Moral.* XVIII c. 54 (PL 76, 93 A). 73 *Glossa ordin.* ibid. ex Gregor. l. c. (PL 76, 93 C-D). 77 Cap. 26 (PL 34, 476). 87 *Epist. 147* c. 13 (PL 33, 610). 108 prius: a. 3. 117 *Metaph.* VIII 5 (1045 a 23).

quasi submersae in tantum quod nulla virtus aut actio ex eis prodire potest nisi materialis. Ab essentia autem animae non solum procedunt quaedam vires sive potentiae quodam modo corporales, utpote corporeorum organorum actus existentes, scilicet vires sensitivae et vegetativae, sed etiam vires intellectivae quae sunt penitus immateriales, nullius corporis aut partis corporis actus existentes, ut probatur in III De anima. Unde patet quod vires intellectivae non procedunt ex essentia animae ex illa parte qua est corpori unita, sed magis secundum hoc quod remanet a corpore libera utpote ei non totaliter subiugata, et sic unio animae ad corpus non pertingit usque ad operationem intellectus ut possit eius puritatem impedire. Unde per se loquendo ad operationem intellectus quantumcumque intensam non requiritur abstractio ab illa unione qua anima unitur corpori ut forma. Similiter etiam nec requiritur abstractio ab operationibus animae vegetabilis: operationes enim huius partis animae sunt quasi naturales, quod patet ex hoc quod complentur virtute qualitatum activarum et passivarum, scilicet calidi et frigidi, humidi et sicci, unde nec rationi sive voluntati oboediunt, ut patet in I Ethicorum; et sic patet quod ad huiusmodi actiones non requiritur intentio, et ita per earum actus non oportet intentionem averti ab operatione intellectiva. Similiter etiam nec operatio intellectiva aliquo modo huiusmodi operationibus admiscetur cum neque ab eis accipiat propter hoc quod non sunt cognoscitivae, neque instrumento aliquo corporeo utatur intellectus quod oporteat per operationes vegetabilis animae sustentari, *109va* | sicut accidit de organis potentiarum sensitivarum; et sic puritati intellectus nihil praeiudicatur per operationes animae vegetabilis. Unde patet quod per se loquendo operatio animae vegetabilis et operatio intellectus non se impediunt.

Per accidens tamen potest ex altero alteri impedimentum provenire, in quantum scilicet intellectus accipit a phantasmatibus quae sunt in organis corporalibus quae oportet per actum vegetabilis animae nutriri et conservari, et sic per actus nutritivae potentiae eorum dispositio variatur et per consequens operatio sensitivae potentiae a qua intellectus accipit, et ita per accidens etiam ipsius intellectus operatio impeditur, sicut patet in somno et post cibum. Et etiam e converso per hunc modum operatio intellectus impedit operationem animae vegetabilis, in quantum ad operationem intellectus requiritur operatio imaginativae virtutis ad cuius vehementiam oportet caloris et spirituum concursum fieri, et sic impeditur actus virtutis nutritivae per vehementiam contemplationis. Sed hoc non habet locum in illa contemplatione qua Dei essentia videtur cum talis contemplatio imaginationis operatione non egeat.

Et sic patet quod ad videndum Deum per essentiam nullo modo requiritur abstractio ab actibus animae vegetabilis neque etiam aliqua eorum debilitatio, sed solum ab actibus sensitivarum potentiarum.

1. Ad primum igitur dicendum quod, quamvis potentiae animae vegetabilis sint magis materiales quam sensitivae, cum hoc tamen sunt etiam magis ab intellectu remotae, et sic minus possunt impedire vehementiam intellectus vel impediri ab ea.

2. Ad secundum dicendum quod vivere dicitur dupliciter: uno modo ipsum esse viventis quod relinquitur ex hoc quod anima unitur corpori ut forma; alio modo ponitur vivere pro operatione vitae, sicut distinguit Philosophus in II De anima vivere per intelligere et sentire

A 126 scilicet *suppl. cum* P V Φ] *om.* A 130 intellectivae] intellectivi *conf. praem.* pA 134 unio animae *scrips. cum* P V Φ] per unionem A 141 operationibus *scrips. cum* V Φ] operibus A 145 scilicet...et sicci *suppl. cum* P V Φ] *om.* A 149 ita *em.* A] *conf.* pA 149 earum] eorum A 167 et sic] et *add.* A, *et delevimus* 192 vel] et *praem.* pA

Φ 123 autem] vero P V Φ 124 potentiae] que sunt *add.* V Φ (-α) que sint *add.* P α 129 in] *om.* P Φ libro *add.* V 140 unitur corpori *inv.* P V Φ 141 operationibus] operibus P (*cf.* A) 156 vegetabilis animae *inv.* V Φ 163 altero] altera V Φ 185 neque] nec V Φ 188 igitur] ergo P Φ (*contextus dissimilis* V) 190 quam] potentie anime *add.* P V Φ 190 cum...etiam] tamen cum hoc etiam sunt P V Φ 198 sicut] sic V Φ

130 *De anima* III 7 (429 a 24). 144 qualitatum...passivarum: Arist. ut supra q. 10 a. 1 175 in nota. 147 *Ethic.* I 20 (1102 b 29). 199 *De anima* II 3 (413 a 22).

et alias animae operationes. Et similiter cum mors sit vitae privatio, oportet quod similiter distinguatur ita quod quandoque designet privationem illius unionis qua anima corpori unitur ut forma, aliquando vero privationem operum vitae: unde Augustinus XII Super Genesim ad litteram « ab hac vita quisque quodam modo moritur, sive omnino exiens de corpore sive aversus et alienatus a carnalibus sensibus »; et sic accipitur mori in glosis inductis, quod patet ex hoc quod subiungitur in glosa Gregorii « qui sapientiam », inquit, « quae Deus est videt, huic vitae funditus moritur ne eius amore teneatur ».

3. Et per hoc patet solutio ad tertium.

4. Ad quartum dicendum quod ex hoc ipso quod unio illa qua anima corpori unitur ut forma est fortior, sequitur quod ab ea possit fieri minus abstractio.

5. Ad quintum dicendum quod ratio illa recte concluderet si essentia animae ita corpori uniretur quod esset omnino corpori subiugata; quod falsum esse iam diximus.

6. Ad sextum dicendum quod similitudo corporis quae requiritur ad operationem imaginationis et sensus, quamvis sit immaterialior quam ipsum corpus, tamen est etiam vicinius se habens ad operationes intellectus; et ideo magis eas impedire potest, ut dictum est.

7. Ad septimum dicendum quod verbum Apostoli est intelligendum secundum quod dicimur esse in corpore, non solum ex hoc quod anima corpori unitur ut forma, sed etiam ex hoc quod sensibus corporeis utimur.

## Articulus quintus

Quinto quaeritur quid est illud quod Apostolus circa suum raptum scivit et quid nescivit. Et videtur quod sciverit an anima eius esset in corpore: ipse enim melius hoc scivit quam aliquis sequentium; sed communiter a multis determinatur quod anima Pauli tunc fuerit in corpore eius unita ei ut forma; ergo multo fortius hoc Paulus scivit.

2. Praeterea, Paulus in illo raptu scivit quid viderit et qua visione viderit, quod patet quia dicit « Scio hominem raptum usque ad tertium caelum »: scivit igitur quid esset illud caelum, utrum res corporalis vel spiritualis, et an illud spiritualiter vel corporaliter viderit; sed ad hoc sequitur eum scivisse an in corpore an extra corpus viderit quia corporalis visio non potest fieri nisi per corpus; intellectualis vero semper fit sine corpore; ergo ipse scivit an esset in corpore vel extra corpus.

3. Praeterea, sicut ipsemet dicit, scivit « hominem raptum usque ad tertium caelum »; sed homo nominat coniunctum ex anima et corpore; ergo scivit animam corpori esse coniunctam.

4. Praeterea, ipse scivit se esse raptum, ut ex verbis suis patet; sed mortui non dicuntur rapti; ergo ipse scivit se non esse mortuum, et ita scivit animam suam esse corpori coniunctam.

5. Praeterea, ipse vidit Deum in raptu illa visione qua vident Deum sancti in patria, ut dicit Augustinus XII Super Genesim ad litteram et in epistola De videndo Deum; sed

A 212 moritur] sive omnino exiens de corpore sive aversus et alienatus *hom. add.* (*e lin.* 207) pA 223 similitudo] si *idem conf. inc. praem.* pA
1 quaeritur] utrum *add.* pA 25 se esse *inv.* A

Φ 200 animae] *om.* P *post* operationes V 201 vitae privatio *inv.* V Φ 216 unio illa *inv.* P Φ (*def.* V) 224 corporis] corporalis V Σ 227 operationes] operationem V Φ et ideo] et ita P Φ ideoque V 230 est intelligendum *inv.* V Φ 231 dicimur] dicimus V dicuntur Φ (-α) 233 sensibus corporeis] *inv.* P Φ sensibus corporis V
2 suum raptum *inv.* V Φ 7 tunc...ei] in raptu illo corpori eius uniebatur P in illo raptu corpori (corpus α β) eius uniebatur V Φ 8 hoc Paulus *inv.* P Φ (*contextus dissimilis* V) 10 quia] ex hoc quod P Φ (*def.* V *usque ad lin.* 47 *inclusive*) 11 raptum...caelum *om.* α δ 12 igitur] ergo P Φ 15 an[1]] utrum P Φ 19 vel] an P Φ 20 dicit] ipse *add.* P Φ

206 Cap. 27 (PL 34, 477-478). 210 *Glossa ordin.* ibid. ex Gregor. *Moral.* XVIII c. 54 (PL 76, 93 A).
1 Parall.: *II-II* q. 175 a. 6; *Super I Cor.* cap. 12 lect. 1. 5 communiter a multis: e. g. Alex. Halensis *Quaest. disp.* ' antequam esset frater ' q. 68 m. 1 n. 8, Albertus q. *De raptu* (ms. Vat. lat. 781, f. 15$^{rb\text{-}va}$), Bonaventura q. *De raptu* (ms. Assisi Bibl. com. Cod. 186, f. 14$^{ra}$). 11 « Scio...: II Cor. XII$^{2}$. 20 « hominem...: hic supra lin. 11. 32 Cap. 28 (PL 34, 478); *Epist.* 147 c. 13 (PL 33, 610).

sanctorum animae quae sunt in patria sciunt an sint in corpore vel extra corpus; ergo et Apostolus hoc scivit.

6. Praeterea, Gregorius dicit « Quid est quod non videant qui videntem omnia vident? », quod praecipue pertinere videtur de his quae ad ipsos videntes pertinent; sed hoc maxime pertinet ad animam utrum sit corpori coniuncta vel non; ergo anima Pauli scivit utrum esset corpori coniuncta vel non.

SED CONTRA est quod dicitur II Cor. XII[2] « Scio hominem in Christo ante annos quattuordecim, sive in corpore sive extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi » etc.; ergo nescivit utrum esset in corpore vel extra corpus.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim intellexerunt quod Apostolus diceret se nescire non quidem an anima esset corpori coniuncta in illo raptu an non, sed an esset raptus secundum animam et corpus simul ut etiam corporaliter portaretur in caelum sicut Habacuc portatus legitur Danielis ultimo, an secundum animam tantum, id est in visionibus Dei sicut dicitur Ez. XL[2] « In visionibus Dei adduxit me in terram Israel »; et hunc intellectum cuiusdam Iudaei exprimit Ieronymus in prologo Super Danielem ubi dicit « Denique et Apostolum nostrum non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore sed dixisse: ' Sive in corpore sive extra corpus nescio ' ».

Hunc autem intellectum Augustinus reprobat XII Super Genesim ad litteram: ' constat enim ex verbis Apostoli quod ipse scivit se raptum esse usque ad tertium caelum; constat igitur illud caelum in quod raptus est esse vere caelum non aliquam caeli similitudinem: si enim hoc voluisset intelligere cum dixit se raptum in caelum, id est ad videndam imaginarie similitudinem caeli, eodem modo poterat | affirmare se raptum esse in corpore, id est *109vb* in similitudinem corporis, et sic non fuisset necessarium discernere quid sciret et quid nesciret quia utrumque aequaliter sciret, scilicet et se esse raptum in caelum et se esse raptum in corpore, id est in similitudinem corporis sicut accidit in somnis. Scivit igitur pro certo quod illud in quod raptus fuit vere erat caelum; ergo scivit an esset corpus vel res incorporea: si enim erat corpus, in eam rapiebatur corporaliter, si vero erat res incorporea, in eam corporaliter rapi non poterat. Restat igitur quod Apostolus non dubitavit an raptus ille esset corporalis vel spiritualis solum, sed scivit solo intellectu se in illud caelum esse raptum; dubitavit autem an in ipso raptu anima eius esset in corpore an non '.

Et hoc quidam alii concedunt sed dicunt quod, quamvis in illo raptu Apostolus hoc nesciverit, scivit tamen illud post, coniciens ex ipsa visione quam prius habuerat: in illo enim raptu tota mens eius in divina ferebatur, nec hoc percipiebat an anima esset in corpore an non. Sed hoc etiam expresse contrariatur verbis Apostoli. Sicut enim distinguit quid sciverit et quid nesciverit, ita distinguit praesens a praeterito: quasi enim praeteritum narrat raptum hominem ante annos quattuordecim usque ad tertium caelum, sed quasi praesens confitetur se scire aliquid et aliquid nescire; ergo post annos quattuordecim ab illo raptu adhuc nesciebat an in corpore an extra corpus fuerit quando fuit raptus.

Et ideo alii dicunt quod nec in raptu nec

A 34 et] q *add.* pA 37 videant *scrips. cum ipso Thoma supra* q. 2 a. 2 *lin.* 132 *et* q. 8 a. 4 *lin.* 59] vident A 43 II *scrips.*] .1. A 44-47 ante annos...corpus *complev. cum* P (*def.* V)] etc. A 54 abacuhc A 55 ultimo] ij *praem.* pA 56 XL *scrips.*] xiiij A 57 me] ne *praem.* pA in terram Israel *compl. cum Vulg.* P V Φ] etc. A 85 Apostolus] ap *conf. praem.* pA 100 usque] *idem conf. praem.* pA 104 an[2] *em.* A] ante pA

Φ 41-42 anima...non] etc. Φ 43 XII] xiii P Σ 44 in Christo...nescio] etc. usque nescio Φ 46 raptum huiusmodi etc. *om.* Φ (*cf.* A) 56 XL] xiiii (*cf.* A) P Φ (-γ) ix (*ex* 14) V γ 62 sive[2]...nescio] etc. V α δ etc. *add.* β 65 ad litteram *om.* V Φ 67 ad] in P V Φ 68 igitur] ergo P V Φ quod] quo P V Φ 74-78 et sic...corporis *hom. om.* α 77 esse[2]] in Φ (-δ) *def.* α *post* raptum P V 79 igitur] ergo P V Φ 80 quod[2]] quo V Φ 84 igitur] ergo P V Φ 86 solum] tantum P V Φ 92 post] postea P V Φ 99 enim *om.* P V Φ 101 ad] in P V (*def.* α δ) 105 fuit raptus *inv.* P V Φ

36 Cf. supra q. 2 a. 2 132 in nota. 55 ultimo: XIV[35]. 60 *Praef. in Dan. prophetam* (PL 28, 1360 A). 65 Cap. 3-4 (PL 34, 456-457). 90 quidam alii: non invenimus. 106 alii: Alex. Halensis *Quaest. disp.* ' antequam esset frater ' q. 68 m. 1 n. 8, Bonaventura q. *De raptu* (ms. Assisi Bibl. com. Cod. 186, f. 14[ra]).

post scivit an anima esset in corpore secundum aliquem modum et non simpliciter: dicunt enim quod scivit et tunc et postea quod anima uniebatur corpori ut forma, sed nescivit utrum hoc modo corpori uniretur ut eius anima aliquid a sensibus acciperet; vel secundum alios utrum vires nutritivae essent in suis actibus secundum quas anima corpus administrat. Sed hoc etiam non videtur consonum verbis Apostoli qui dicit se nescire an in corpore fuerit an extra corpus simpliciter; et praeterea etiam hoc non multum ad rem pertinere videbatur ut diceret se nescire utrum tali vel tali modo in corpore fuerit ex quo anima a corpore omnino separata non erat.

Et ideo dicendum est quod simpliciter nescivit an anima esset corpori coniuncta vel non. Et hoc est quod Augustinus XII Super Genesim ad litteram post longam inquisitionem concludit dicens « Restat ergo fortasse ut hoc ipsum eum ignorasse intelligamus utrum quando in tertium caelum raptus est, in corpore fuerit, quomodo est anima in corpore cum corpus vivere dicitur, sive vigilantis sive dormientis sive in extasi a sensibus corporis alienata, an omnino de corpore exierit ut mortuum corpus iaceret donec peracta illa demonstratione membris mortuis anima redderetur, et non quasi dormiens evigilaret aut extasi alienatus rediret in sensus sed mortuus omnino revivisceret ».

1. Ad primum igitur dicendum quod, sicut dicit Augustinus XII Super Genesim ad litteram, « utrum in corpore an extra corpus, dubitat Apostolus; unde illo dubitante quis nostrum certus esse audeat? »; unde Augustinus hoc indeterminatum relinquit. Quod autem posteriores de hoc aliquid determinant, magis loquuntur ex probabilitate quam ex certitudine: ex quo enim fieri potuit quod anima illa adhuc unita remanens hoc modo raperetur, sicut se dicit Apostolus raptum, ut ex dictis patet, probabilius est quod unita remanserit.

2. Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit contra intellectum verborum Apostoli primo positum, quo intelligitur Apostolum dubitasse non de condicione rapti, id est utrum anima corpori fuerit unita, sed de modo raptus, id est utrum fuerit raptus corporaliter vel spiritualiter tantum.

3. Ad tertium dicendum quod per synecdochen quandoque pars hominis homo nominatur, et praecipue anima quae est hominis eminentior pars; quamvis et possit intelligi eum quem raptum dicit non tunc fuisse hominem quando raptus fuit, sed post annos quattuordecim, quando scilicet hoc dicebat Apostolus « Scio hominem in Christo »: non autem raptum dicit hominem usque ad tertium caelum.

4. Ad quartum dicendum quod dato quod fuerit in illo statu anima Apostoli a corpore separata, illa tamen separatio non fuit per aliquem naturalem modum sed per virtutem divinam ipsam animam a corpore abstrahentem, non ad hoc quod simpliciter separata remaneret sed ad tempus; et pro tanto raptus dici potuit, etsi non omnis mortuus raptus dici possit.

5. Ad quintum dicendum quod, sicut Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram, « Apostolo abrepto a carnis sensibus in tertium caelum et paradisum, hoc ipsum certe defuit ad plenam perfectamque cognitionem rerum quae angelis inest, quod sive in corpore sive extra corpus esset, nesciebat; hoc itaque non deerit cum receptis corporibus in resurrectione mortuorum corruptibile hoc induerit incor-

A 126 ergo *scrips. cum Augustino et* P V Φ] igitur A 132 exierit *scrips. cum ipso Thoma II-II* q. 175 a. 6 *et Augustino* P V Φ] exiverit A 139 dubitat (tat in *marg.*) *em. tertius* A] dubitabit pA dubitavit sA 156 synodoten (*seu* synodocen) A 157 hominis homo] homo *praem.* pA 160 raptum *em.* A] *conf.* pA 163-164 Scio hominem...tertium caelum *compl. cum* P Φ (*def.* V)] *om.* A (*cf. II-II* q. 175 a. 6 ad 1) 180 deerit] *litt. imp. add.* pA 181 induerit *scrips. cum ipso Thoma II-II* q. 175 a. 6 ad 3 (*cf. Vulg.*)] *non liquet* (*scil.* indu.) A 181 incorruptionem] inruo *praem.* pA

Φ 117 etiam *om.* P V Φ 127 ignorasse intelligamus (*cf. II-II* q. 175 a. 6 resp.)] *inv.* Φ cognovisse intelligamus V 137 igitur] ergo P Φ (*def.* V) 143 aliquid *ante* de hoc P Φ determinant] determinatum P determinent α β $\delta^1$ (*def.* $\delta^2$) 146 se...raptum] se raptum dicit Apostolus P Φ Apostolus se raptum dicit V 159 et] etiam P Φ (*def.* V) 163 raptum *post* dicit hominem Φ (*def.* V: *cf.* A) 172 mortuus] mors P Φ (*def.* V) 173 Augustinus dicit *inv.* P V Φ 181 induerit] induetur (*cf. Augustinus l. c.*) P induet V Φ (*cf.* A)

112 alios: Albertus q. *De raptu* (ms. Vat. lat. 781, f. $15^{va}$). 125 Cap. 5 (PL 34, 458). 139 Cap. 3 (PL 34, 456). 156 per synecdochen: cf. Donatus *Ars grammatica* III 6 ' Synecdoche est significatio pleni intellectus capax, cum plus minusve pronuntiat aut enim a parte totum ostendit ' (Grammatici Latini vol. IV, ed. Keil, p. 400). 162 Apostolus: II Cor. $XII^2$. 174 Cap. 36 (PL 34, 484).

ruptionem »; et sic patet quod, licet eius visio quantum ad aliquid similis fuerit visioni beatorum, tamen etiam quantum ad aliquid fuit imperfectior.

6. Ad sextum dicendum quod Paulus non fuit raptus ad videndum Deum ut esset beatus simpliciter sed ut esset testis beatitudinis sanctorum et divinorum mysteriorum quae ei revelata sunt; unde illa tantum vidit in visione Verbi propter quae cognoscenda rapiebatur, non autem omnia sicut erit in beatis, praecipue post resurrectionem: tunc enim, ut Augustinus praemissis verbis subiungit, « omnia erunt evidentia, sine ulla falsitate, sine ulla ignorantia ».

A 195 ignorantia: *postea, ut integre impleatur columna* 109$^{vb}$, *quattuor lineas duxit scriba* A

Φ 183 similis fuerit *inv.* P Φ 184 etiam *om.* P V Φ

193 Augustinus: l. c.

# QUAESTIO QUARTA DECIMA

# De fide

1. *Quid sit credere.*
2. *Quid sit fides.*
3. *Utrum fides sit virtus.*
4. *In quo sit fides sicut in subiecto.*
5. *Utrum fidei forma sit caritas.*
6. *Utrum fides informis sit virtus.*
7. *Utrum sit idem habitus fidei informis et formatae.*
8. *Utrum obiectum fidei proprium sit veritas prima.*
9. *Utrum fides possit esse de rebus scitis.*
10. *Utrum necessarium sit homini habere fidem.*
11. *Utrum sit necessarium explicite credere.*
12. *Utrum una sit fides modernorum et antiquorum.*

## Articulus primus

*110ra* Quaestio est de fide. Et primo quaeritur quid sit credere. Dicitur autem ab Augustino in libro De praedestinatione sanctorum, et habetur in glosa II Cor. III[5] super illud « non quod sufficientes simus » etc., quod « credere est cum assensione cogitare »; videtur autem quod inconvenienter: sciens enim a credente distinguitur, ut patet per Augustinum in libro De videndo Deum; sed sciens in quantum scit, cogitat aliquid et assentit; ergo inconvenienter describitur credere cum dicitur quod ' credere est cum assensione cogitare '.

2. Praeterea, cogitatio inquisitionem quandam importat: dicitur enim cogitare quasi coagitare, id est discutere, et conferre unum cum altero; sed inquisitio removetur a fidei ratione quia dicit Damascenus quod « fides est non inquisitus consensus »; ergo male dicitur quod ' credere sit cum assensione cogitare '.

3. Praeterea, credere est actus intellectus; sed assensio videtur ad affectum pertinere: dicimur enim affectu in aliquid consentire; ergo assensio ad credere non pertinet.

4. Praeterea, nullus cogitare dicitur nisi quando actualiter aliqua considerat, ut patet per Augustinum XIV De Trinitate; sed etiam qui non actualiter aliquid considerat dicitur credere, sicut fidelis dormiens; ergo credere non est cogitare.

5. Praeterea, simplex lumen simplicis cognitionis principium est; sed fides est quoddam simplex lumen, ut patet per Dionysium VII cap. De divinis nominibus; ergo credere quod est ex fide est simplex cognitio, et sic non est cogitare quod dicit cognitionem collativam.

6. Praeterea, fides, ut communiter dicitur, primae veritati propter se ipsam assentit; sed qui assentit alicui conferendo non assentit ei

A 1 *Iam hinc, et usque ad finem* solut. a. 11 quaestionis 22, *textus* A *ex integro originalis* 12 assensione] assentione *em.* A *conf.* pA 33 ergo *coni. cum* P Φ (-γ)] est *inc. lin.* A 34 ex fide] f *imp. praem.* pA

Φ 1 *Testes*] P Φ (α β γ $\delta^{1-2}$): *exclusis inversionibus simplicibus, iam hinc tantum casus critici maiores notantur, et illi quibus tres aut plures testes intersunt* 5 simus] sumus Φ etc.] cogitare *praem.* P Φ (-δ) 10 aliquid *om.* Σ 17 quia] ut *add.* Φ quod *om.* Φ 19 cogitare] etc. Φ 26 etiam *om.* P Φ 27 aliquid considerat] considerat P cogitat aliquid Φ

1 Parall.: *II-II* q. 2 a. 1; *Super Sent. III* d. 23 q. 2 a. 2 qc. 1; *Super Rom.* cap. 1 lect. 6; *Super Hebr.* cap. 11 lect. 1. 4 Cap. 2 (PL 44, 963); *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 23 C). 9 *Epist. 147* c. 1-3 (PL 33, 599-600). 14 cogitare quasi coagitare: cf. Albertus *Super Sent. III* d. 23 a. 8. 17 *De fide* IV c. 11 (PG 94, 1128 D; Bt 300). 26 Cap. 7 (PL 42, 1043). 33 § 4 (PG 3, 872 C; Dion. 409). 36 communiter dicitur: inde a Philippi Cancellarii *Summa de bono* (ms. Vat. lat. 7669, f. 79rb).

propter se ipsum sed propter aliud ad quod confert; ergo in credendo non est aliqua collatio, et ita nec cogitatio.

7. Praeterea, fides dicitur certior omni scientia et omni cognitione; sed principia propter sui certitudinem sine cogitatione vel collatione cognoscuntur; ergo et credere sine cogitatione est.

8. Praeterea, virtus spiritualis est potentior corporali, ergo et lux spiritualis efficacior quam corporalis; sed lux corporalis exterior perficit oculum ad hoc quod statim cognoscat visibilia corporalia ad quod non sufficiebat ei lux innata; ergo lux spiritualis divinitus adveniens perficiet intellectum ad cognoscendum ea etiam ad quae non sufficit ratio naturalis sine aliqua collatione et cogitatione, et sic credere sine cogitatione est.

9. Praeterea, cogitativa potentia a philosophis ponitur in parte sensitiva; sed credere non est nisi mentis, ut Augustinus dicit; ergo credere non est cogitare.

RESPONSIO. Dicendum quod Augustinus sufficienter describit credere cum per huiusmodi diffinitionem eius esse demonstretur et distinctio ab omnibus aliis actibus intellectus: quod sic patet.

Intellectus enim nostri, secundum Philosophum in III De anima, duplex est operatio: una qua format simplices rerum quiditates, ut quid est homo vel quid est animal, in qua quidem operatione non invenitur verum per se et falsum sicut nec in vocibus incomplexis; alia operatio intellectus est secundum quam componit et dividit affirmando vel negando, et in hac iam invenitur verum et falsum sicut et in voce complexa quae est eius signum. Non autem invenitur credere in prima operatione sed solum in secunda: credimus enim vero et discredimus falsum; unde etiam et apud Arabes prima intellectus operatio vocatur imaginatio intellectus, secunda autem vocatur fides, ut patet ex verbis Commentatoris in III De anima.

Intellectus autem possibilis, cum quantum est de se sit in potentia respectu omnium intelligibilium formarum, sicut et materia prima respectu omnium sensibilium formarum, est etiam quantum est de se non magis determinatus ad hoc quod adhaereat compositioni quam divisioni, vel e converso; omne autem quod est indeterminatum ad duo, non determinatur ad unum eorum nisi per aliquid movens ipsum. Intellectus autem possibilis non movetur nisi a duobus, scilicet a proprio obiecto, quod est forma intelligibilis, scilicet quod quid est, ut dicitur in III De anima, et a voluntate quae movet omnes alias vires, ut Anselmus dicit; sic igitur intellectus noster possibilis respectu partium contradictionis se habet diversimode. Quandoque enim non inclinatur ad unum magis quam ad aliud, vel propter defectum moventium, sicut in illis problematibus de quibus rationes non habemus, vel propter apparentem aequalitatem eorum quae movent ad utramque partem, et ista est dubitantis dispositio qui fluctuat inter duas partes contradictionis. Quandoque vero intellectus inclinatur magis ad unum quam ad alterum, sed tamen illud inclinans non sufficienter movet intellectum ad hoc quod determinet ipsum in unam partium totaliter; unde accipit quidem unam partem, semper tamen dubitat de opposita, et haec est dispositio opinantis qui accipit unam partem contradictionis « cum formidine alterius ». Quan-

A 44 sui] con *add.* pA 48 spiritualis *in marg.* A] corporalis pA 49 corporalis[1]] sp *praem.* pA 61 Responsio: *desunt argumenta* sed contra 71 per se *sup. lin.* A] et *imp.* pA 92 Intellectus] Vnde *praem.* pA 104 dubitantis *em.* A] *conf.* pA 113 formidine (*e* formidinem pA) *em.* A

Φ 47 potentior] potior β efficacior α δ 48 spiritualis] est *add.* Φ (-$\delta^2$) est $\delta^2$ efficacior] potentior α δ 49 quam corporalis] quam lux corporalis α δ corporali ergo et lux spiritualis est potentior quam lux corporalis β γ 51 ei *om.* P Φ 67 III] libro P Φ 71 et] nec Φ 72 est] *om.* β γ *ante* intellectus δ 73 vel] et Φ 77 solum *om.* Φ 78 vero] vera Φ falsum] falsa Φ 80 intellectus *om.* Σ 84 est] sit Φ 99 non *om.* Φ (-δ)

42 fides...cognitione: August. ut supra q. 10 a. 9 50. 57 philosophis: cf. Avicenna *De anima* IV c. 1 (f. 17$^{va}$ B) et Averroes ut infra lin. 273. 59 *De Trin.* XIII c. 2 (PL 42, 1016), cf. etiam *Epist. 147* c. 1 (PL 33, 599). 67 *De anima* III 11 (430 a 26). 71 incomplexis...complexa: Arist. ut supra q. 4 a. 2 106 in nota. 82 Comm. 21 (VI[1], 166 B), cf. etiam Avicenna *Metaph.* I c. 6 (f. 72$^{rb}$ A) et Thomas *De spir. creat.* a. 9 ad 6. 95 *De anima* III 11 (430 b 28). 96 Ps.-Ans. (Eadmerus) *De similitudinibus* cap. 2 (PL 159, 605 C) sec. Thomam infra q. 22 a. 12 sed c. 1. 104 dubitantis dispositio; cf. Isaac *Liber de Definicionibus* (ed. Muckle, p. 340). 111 dispositio opinantis...:Avicenna *De anima* V c. 1 (f. 22$^{vb}$ D), cf. etiam Isaac ut hic supra.

doque vero intellectus possibilis determinatur ad hoc quod totaliter adhaereat uni parti, sed hoc est quandoque ab intelligibili quandoque a voluntate. Ab intelligibili quidem quandoque quidem mediate quandoque autem immediate: immediate quidem quando ex ipsis intelligibilibus statim veritas propositionum intellectui infallibiliter apparet, et haec est dispositio intelligentis principia quae statim cognoscuntur notis terminis, ut Philosophus dicit, et sic ex ipso quod quid est immediate intellectus determinatur ad huiusmodi propositiones; mediate vero quando cognitis diffinitionibus terminorum intellectus determinatur ad alteram partem contradictionis virtute primorum principiorum, et ista est dispositio scientis. Quandoque vero intellectus non potest determinari ad alteram partem contradictionis neque statim per ipsas diffinitiones terminorum sicut in principiis, *110rb* nec etiam virtute principiorum, sicut est in conclusionibus demonstrationis; determinatur autem per voluntatem quae eligit assentire uni parti determinate et praecise propter aliquid quod est sufficiens ad movendum voluntatem non autem ad movendum intellectum, utpote quia videtur bonum vel conveniens huic parti assentire; et ista est dispositio credentis ut cum aliquis credit dictis alicuius hominis quia videtur ei decens vel utile. Et sic etiam movemur ad credendum dictis Dei in quantum nobis repromittitur, si crediderimus, praemium aeternae vitae; et hoc praemio movetur voluntas ad assentiendum his quae dicuntur quamvis intellectus non moveatur per aliquid intellectum: et ideo dicit Augustinus quod « cetera potest homo nolens, credere non nisi volens ».

Patet ergo ex dictis quod in illa operatione intellectus qua format simplices rerum quiditates non invenitur assensus cum non sit ibi verum et falsum: non enim dicimur alicui assentire nisi quando inhaeremus ei quasi vero; similiter etiam dubitans non habet assensum cum non inhaereat uni parti magis quam alteri; similiter etiam nec opinans cum non firmetur eius acceptio circa alteram partem. « Sententia » autem, ut dicit Ysaac et Avicenna, « est conceptio distincta vel certissima » alterius partis contradictionis, assentire autem a sententia dicitur; intelligens habet quidem assensum quia certissime alteri parti inhaeret, non autem habet cogitationem quia sine aliqua collatione determinatur ad unum; sciens vero habet et cogitationem et assensum, sed cogitationem causantem assensum et assensum terminantem cogitationem: ex ipsa enim collatione principiorum ad conclusiones assentit conclusionibus resolvendo eas in principia et ibi figitur motus cogitantis et quietatur; in scientia enim motus rationis incipit ab intellectu principiorum et ad eundem terminatur per viam resolutionis, et sic non habet assensum et cogitationem quasi ex aequo, sed cogitatio inducit ad assensum et assensus cogitationem quietat. Sed in fide est assensus et cogitatio quasi ex aequo: non enim assensus ex cogitatione causatur sed ex voluntate, ut dictum est; sed quia intellectus non hoc modo terminatur ad unum ut ad proprium terminum perducatur, qui est visio alicuius intelligibilis, inde est quod eius motus nondum est quietatus, sed adhuc habet cogitationem et inquisitionem de his quae credit quamvis eis firmissime assentiat: quantum enim est ex se ipso non est ei satisfactum nec est terminatus ad unum sed terminatur tantum ex extrinseco.

Et inde est quod intellectus credentis dicitur esse captivatus quia tenetur terminis alie-

A 126 vero] *idem conf. praem.* pA 133 nec *scrips.*] set (*mendum scribae e lapsu auditus*) A est *hic* A] *post* demonstrationis pA 137 movendum] mod *praem.* pA 146 quamvis...non moveatur per aliquid] non est autem aliquid *praem.* pA 176 cogitationem quietat] finit *praem.* pA 176 quietat] que *idem conf. inc. praem.* pA 186 nec...sed] s *praem.* pA 187 sed...Et inde] et inde *praem.* pA

Φ 116-118 ab intelligibili...quandoque autem *hom. om.* P 118 quidem *om.* Φ (*def.* P) autem *om.* Φ (*def.* P) 120 intellectui] intelligibilium P Φ 133 nec etiam] sed etiam (*induc.* A) Φ (-δ) sed *praem.* δ sic etiam P est] *om.* P *post* demonstrationis Φ 134 demonstrationis] –trativis P Φ 139 quia] quod Φ 142 ei *om.* Σ 143 dictis Dei] *om.* P dictis Φ 148 dicit *om.* Φ (-δ) 153 et] vel Φ 156 alteri] alii Φ 167 cogitationem] cognitionem Φ 176 cogitationem] *om.* Φ (-δ) *post* quietat $\delta^2$ cognitionem *post* quietat $\delta^1$

123 *Anal. post.* I 7 (72 b 23) ut refert Thomas supra q. 10 a. 12 79. 148 *In Ioh. ev. tract.* XXVI n. 2 (PL 35, 1607), ad verbum profert *Glossa* Petri Lomb. super Rom. $x^{10}$ (PL 191, 1476 B). 151 qua format...: cf. supra q. 1 a. 3 6 in nota. 159 *Liber de Definicionibus* (ed. Muckle, p. 340); *De anima* V c. 1 (f. $22^{vb}$ D). 161 assentire...: cf. Huguccio *Liber derivationum* s. v. sentire (ms. Paris B. N. lat. 7625 A, f. $145^{va}$).

nis et non propriis: II Cor. x[5] « in captivitatem redigentes omnem intellectum » etc.; inde est etiam quod in credente potest insurgere motus de contrario eius quod firmissime tenet, quamvis non in intelligente vel sciente. Sic igitur per assensum separatur credere ab operatione qua intellectus inspicit formas simplices quiditates, et a dubitatione et opinione, per cogitationem vero ab intellectu, sed per hoc quod habet assensum et cogitationem quasi ex aequo et simul a scientia.

1. Et per hoc patet responsio ad primum.

2. Ad secundum dicendum quod fides dicitur non inquisitus consensus in quantum consensus fidei vel assensus non causatur ex inquisitione rationis; tamen non excluditur per hoc quin in intellectu credentis remaneat aliqua cogitatio vel collatio de his quae credit.

3. Ad tertium dicendum quod voluntas respicit aliquam praecedentem potentiam, scilicet intellectum, non autem intellectus; et ideo assentire proprie pertinet ad intellectum quia importat absolutam adhaerentiam ei cui assentitur; sed consentire est proprie voluntatis quia consentire est simul cum alio sentire, et sic dicitur in ordine vel per comparationem ad aliquid praecedens.

4. Ad quartum dicendum quod quia habitus per actus cognoscuntur et actuum principia sunt ipsi habitus, inde est quod interdum habitus nominibus actuum nominantur; et sic nomina actuum quandoque sumuntur proprie, id est pro actibus ipsis, quandoque vero pro habitibus. Credere igitur, secundum quod actum fidei importat, semper habet actualem considerationem, non autem secundum quod credere accipitur pro habitu; sic autem credere dicitur dormiens in quantum habitum fidei habet.

5. Ad quintum dicendum quod fides habet aliquid perfectionis et aliquid imperfectionis: perfectionis quidem est ipsa firmitas quae pertinet ad assensum, sed imperfectionis est carentia visionis ex qua remanet adhuc motus cogitationis in mente credentis; ex lumine igitur simplici, quod est fides, causatur id quod perfectionis est, scilicet assentire; sed in quantum illud lumen non perfecte participatur, non totaliter tollitur imperfectio intellectus, et sic motus cogitationis in ipso remanet inquietus.

6. Ad sextum dicendum quod ratio illa probat vel concludit quod cogitatio non est causa assensus fidei, non autem quin assensum fidei concomitetur.

7. Ad septimum dicendum quod certitudo duo potest importare, scilicet firmitatem adhaesionis, et quantum ad hoc fides est certior etiam omni intellectu et scientia quia prima veritas quae causat fidei assensum est fortior causa quam lumen rationis quae causat assensum intellectus vel scientiae; importat etiam evidentiam eius cui assentitur, et sic fides non habet certitudinem sed scientia et intellectus, et exinde est quod intellectus cogitationem non habet.

8. Ad octavum dicendum quod ratio illa recte procederet | si lux illa spiritualis perfecte participaretur a nobis; quod erit in patria ubi ea quae nunc credimus perfecte videbimus. Nunc autem quod non manifeste appareant ea ad quae lux illa cognoscenda perficit, est ex defectiva participatione ipsius, non ex inefficacia ipsius spiritualis luminis. *110va*

9. Ad nonum dicendum quod potentia cogitativa est id quod est altissimum in parte sen-

A 195 per] hoc q *add.* pA 215 ordine (*ex* ordinem pA) *em.* A 217 habitus] a *praem.* pA 219 sunt] *idem conf. praem.* pA 229 fides...imperfectionis] in (*vel* im) *praem.* pA 238 intellectus] *idem conf. praem.* pA 241 cogitatio] q *add.* pA 248 causat] *idem conf. et imp. in fine lin. praem.* pA 249 quae *em.* A] quem *casu* pA 260 cognoscenda] inspici *praem.* pA

Φ 191 etc. *om.* Σ 193 eius] huius Φ (-$\delta^2$) huiusmodi $\delta^2$ 197 et[2]] ab *add.* Φ 199 assensum et cogitationem] cognitionem et assensum Φ (-γ) *inv.* γ 200 et simul] etiam Φ 203 consensus[1]] assensus Φ consensus[2]] assensus P Φ 204 vel assensus] *om.* P vel consensus Φ 205 excluditur] excludit Σ 221 actuum] active Φ 222 id est] quasi Φ 234 cogitationis] cognitionis Φ (-$\delta^2$) *om.* $\delta^2$ 239 cogitationis] cognitionis Φ 241 cogitatio] cognitio Φ (-δ) 243 concomitetur] comitetur P Φ 259 ea] que *add.* Φ (-δ) 260 cognoscenda] agenda α δ agnoscenda P perficit] proficit Φ (-$\delta^1$) 261 ipsius] illius Φ inefficacia] efficacia Φ 264 id *om.* P Φ

214 consentire...: cf. Huguccio ut hic supra. 217 habitus...: Arist. ut supra q. 2 a. 2 219 in nota.

sitiva, unde attingit quodam modo ad partem intellectivam ut aliquid participet eius quod est in intellectiva parte infimum, scilicet rationis discursum, secundum regulam Dionysii quam dicit VII cap. De divinis nominibus, quod ' principia secundorum coniunguntur finibus primorum '; unde etiam ipsa vis cogitativa vocatur particularis ratio, ut patet a Commentatore in III De anima, nec est nisi in homine, loco cuius in aliis brutis est extimatio naturalis. Et ideo quandoque ipsa etiam universalis ratio, quae est in parte intellectiva, propter similitudinem operationis a cogitatione nominatur.

## Articulus secundus

Secundo quaeritur quid sit fides. Et dicit Apostolus Hebr. XI[1] quod « substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentum ». Et videtur quod male dicat quia nulla qualitas est substantia; fides est qualitas cum sit virtus quae est bona qualitas etc.; ergo fides non est substantia.

2. Praeterea, esse spirituale superadditur ad esse naturale et est perfectio eius, unde et debet ei esse simile; sed in esse naturali hominis dicitur esse substantia ipsa essentia animae quae est actus primus, non autem potentia quae est principium actus secundi; ergo et in esse spirituali non debet dici substantia ipsa fides vel aliqua alia virtus quae est proximum operationis principium unde et potentiam perficit, sed magis gratia a qua est ipsum esse spirituale sicut ab actu primo et quae ipsam essentiam animae perficit.

3. Sed dicebat quod fides dicitur substantia in quantum est prima inter alias virtutes. — Sed contra, virtutes considerantur tripliciter, scilicet quantum ad habitus et quantum ad obiecta et quantum ad potentias; sed quantum ad habitus fides non est aliis prior: non enim haec diffinitio videtur dari de fide nisi secundum quod est formata – sic enim solummodo fundamentum est, ut Augustinus dicit; habitus autem gratuiti omnes simul infunduntur –; similiter etiam nec quantum ad obiecta fides prior aliis videtur esse: non enim magis fides tendit in primum verum, quod videtur esse proprium eius obiectum, quam caritas in summum bonum vel spes in summum arduum vel in summam Dei liberalitatem; similiter nec quantum ad potentias quia omnis virtus gratuita videtur respicere affectum; ergo fides nullo modo est aliis prior, et sic non debet dici aliarum fundamentum vel substantia.

4. Praeterea, res sperandae magis subsistunt in nobis per caritatem quam per fidem; ergo et haec diffinitio magis videtur convenire caritati quam fidei.

5. Praeterea, cum spes generetur ex fide, ut patet in glosa Matth. I[2], si quis recte spem diffiniat oportet quod fides in eius diffinitione ponatur; spes autem ponitur in diffinitione rei sperandae; si ergo res speranda ponitur in diffinitione fidei, erit circulus in diffinitionibus, quod est inconveniens quia sic erit aliquid prius et notius se ipso: continget enim idem in diffinitione sui ipsius poni, diffinitionibus loco nominum acceptis; continget etiam diffinitiones infinitas esse.

6. Praeterea, diversorum habituum diversa sunt obiecta; sed virtutes theologicae habent

A 267 infimum] ultimum *praem.* pA 277 operationis...nominatur] n *praem.* pA
3 apparentum *sic saepius* A (*et ipse Thomas Super Sent. III* d. 23 et 24 *manu propria in cod. Vat. lat. 9851 ff.* 54[va], 58[va]) 4 Et ...quod] q *praem.* pA 7 non *casu rep.* A, *et alterum delevimus* 8 superadditur] sp *imp. praem.* pA 15 operationis principium *sup. ras. ab ipso scriba* A] *non liquet* pA 20 substantia] anime *add.* pA 33 in summum] in sum *conf. praem.* pA 48 speranda *scrips.*] sperande *casu* A 54 infinitas *hic conf.* pA] *clare post* esse A, *et ordinem dictatorum restituimus*

Φ 265 unde] ubi Φ 268 quam dicit *om.* P Φ 275 quandoque] *om.* Σ *ante* universalis β
1 Secundo: *posthac raro notatur indicium testis* P 3 apparentum] –entium (*et sic deinceps*) Φ 6 qualitas] mentis *add.* Φ 8 esse] *om.* $\delta^2$ omne Φ (-δ) 9 debet] dicitur Σ 13 et] etiam Φ (-$\delta^1$) 15 alia *om.* Σ 32 primum] ipsum Φ 33 esse *om.* Φ 42 et *om.* Φ 51 continget]–git Φ

269 § 3 (PG 3, 872 B; Dion. 407). 273 Comm. 6 et 20 (VI[1], 154 B-C et 164 C).
1 Parall.: *II-II* q. 4 a. 1; *Super Sent. III* d. 23 q. 2 a. 1; *Super Hebr.* cap. 11 lect. 1. 6 bona qualitas etc.: August. ex Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 27 c. 5 ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 27 a. 2. 12 actus primus...secundi: Arist. ut supra q. 1 a. 10 229 in nota. 28 Cf. *De fide et oper.* cap. 16 (PL 40, 215) et *Enchir.* cap. 117 (PL 40, 286). 45 *Glossa interlin.* ibid. 49 circulus in diffinitionibus: cf. Arist. *Anal. post.* I 8 (72 b 25).

idem pro fine et obiecto; ergo in virtutibus theologicis oportet quod diversarum virtutum sint diversi fines; sed res speranda est proprius finis spei; non ergo debet in diffinitione fidei poni neque ut finis neque ut obiectum.

7. Praeterea, fides magis perficitur per caritatem quam per spem, unde et per caritatem formari dicitur; ergo in diffinitione fidei magis debet poni obiectum caritatis, quod est bonum vel diligendum, quam obiectum spei, quod est res speranda.

8. Praeterea, fides praecipue respicit ipsos articulos; sed articuli non omnes pertinent ad res sperandas sed solum unus vel duo, scilicet « carnis resurrectionem, vitam aeternam »; non ergo res speranda in diffinitione fidei poni debuit.

9. Praeterea, argumentum est actus rationis; sed fides est eorum quae sunt supra rationem; ergo fides non debet dici argumentum.

10. Praeterea, in anima est duplex motus, scilicet ab anima et ad animam: in motu autem ad animam est principium extrinsecum, in motu autem ab anima est intrinsecum; sed non potest esse idem intrinsecum et extrinsecum principium; ergo non potest esse idem principium motus qui est ad animam et qui est ab anima; sed cognitio perficitur in motu ad animam, affectio autem in motu ab anima; ergo nec fides nec aliquid aliud potest esse principium affectionis et cognitionis; ergo in diffinitione fidei inconvenienter ponitur aliquid pertinens ad affectionem, scilicet substantia rerum sperandarum, et aliquid pertinens ad cognitionem, scilicet argumentum non apparentum.

11. Praeterea, unus habitus non potest esse diversarum potentiarum; sed affectiva et intellectiva sunt | diversae potentiae; cum ergo fides 110vb
sit unus habitus, non potest ad cognitionem et affectionem pertinere, et sic idem quod prius.

12. Praeterea, unius habitus unus est actus; cum ergo in diffinitione fidei ponantur duo actus, scilicet facere res sperandas substare in nobis, secundum quem actum dicitur substantia rerum sperandarum, et arguere mentem, secundum quem dicitur argumentum non apparentum, videtur quod inconvenienter describatur.

13. Praeterea, intellectus est prior affectu; sed hoc quod dicitur substantia rerum sperandarum pertinet ad affectum, quod vero subiungitur argumentum non apparentum pertinet ad intellectum; ergo male ordinantur partes descriptionis praedictae.

14. Praeterea, argumentum dicitur quia arguit mentem ad assentiendum alicui; sed mens arguitur ad assentiendum aliquibus ex hoc quod illa fiunt ei apparentia; ergo videtur esse oppositio in obiecto quod dicitur argumentum non apparentum.

15. Praeterea, fides cognitio quaedam est; sed omnis cognitio est secundum quod aliquid apparet cognoscenti: tam enim in sensitiva quam in intellectiva cognitione aliquid apparet; ergo inconvenienter dicitur quod fides sit non apparentium.

RESPONSIO. Dicendum quod secundum quosdam Apostolus per hanc diffinitionem non intendit ostendere quid sit fides sed quid faciat fides; videtur autem potius esse dicendum quod haec fidei notificatio sit completissima eius diffinitio, non ita quod sit secundum debitam formam diffinitionis tradita, sed quia in ea sufficienter tanguntur omnia quae exiguntur ad fidei diffinitionem: quandoque enim ipsis

A 58 virtutum sint] s *imp. praem.* pA 59 speranda (*e* sperande pA) *em.* A 62 fides] sp *imp. praem.* pA 63 spem] *idem conf. praem.* pA 69 articuli] inter articulos *praem.* pA 79 motu (*e* motum pA) *em.* A 85 affectio] con *praem.* pA 86 potest] *idem conf. in fine lin. praem.* pA 105-110 Praeterea...praedictae *in marg. inf. ab ipso scriba* A] *om.* pA 105 intellectus...pertinet] id quod pertinet *praem.* pA 122 apparentium A 123 Responsio: *desunt argumenta* sed contra 124 diffinitionem] per *imp. praem.* pA 127 haec] in ha *praem.* pA

Φ 68 praecipue] precise Φ 71 resurrectionem] et *add.* Φ 76 fides *om.* Σ 80 autem *om.* Σ est *om.* Φ 84 cognitio] cogitatio Φ (-$\delta^2$) 87 cognitionis] cogitationis Φ (-δ) 91 non apparentum] etc. Φ 106 rerum sperandarum] etc. Φ (*def.* δ) 108 non apparentum] etc. Φ 111 quia] quod Φ 114 fiunt] sunt Φ 115 quod] cum Φ 116 non apparentum] etc. Φ 118 est *om.* α β $\delta^1$ quod *om.* Φ

63 per caritatem formari dicitur: cf. infra a. 5. 71 « carnis...: Symbol. Ap. sec. ordinem Romanum. 111 argumentum...mentem: cf. Papias *Vocabularium* s. v. argumentum. 123 quosdam: Hugo de S. Victore *De sacramentis* I p. x c. 2 (PL 176, 327 D et 330 C), *Summa fr. Alexandri* III pars n. 678 (p. 1076), Albertus *Super Sent. III* d. 23 a. 18.

etiam philosophis sufficit tangere principia syllogismorum et diffinitionum quibus habitis non est difficile in formam debitam reducere secundum artis doctrinam.

Huius autem signum est ex tribus: primo ex hoc quod omnia principia ex quibus esse fidei dependet in hac diffinitione tanguntur. Cum enim dispositio credentis, ut supra dictum est, talis sit quod intellectus determinetur ad aliquid per voluntatem, voluntas autem nihil facit nisi secundum quod est mota per suum obiectum quod est bonum appetibile et finis, requiritur ad fidem duplex principium: unum primum quod est bonum movens voluntatem, et secundo id cui intellectus assentit voluntate faciente. Est autem duplex hominis bonum ultimum quod primo voluntatem movet quasi ultimus finis, quorum unum est proportionatum naturae humanae quia ad ipsum obtinendum vires naturales sufficiunt, et hoc est felicitas de qua philosophi locuti sunt, vel contemplativa quae consistit in actu sapientiae, vel activa quae consistit primo in actu prudentiae et consequenter in actibus aliarum virtutum moralium. Aliud est bonum hominis naturae humanae proportionem excedens quia ad ipsum obtinendum vires naturales non sufficiunt, nec etiam ad cognoscendum vel desiderandum, sed ex sola divina liberalitate homini repromittitur, I Cor. II[9] « Oculus non vidit » etc., et hoc est vita aeterna; et ex hoc bono voluntas inclinatur ad assentiendum his quae per fidem tenet, Ioh. VI[40] « Omnis qui videt Filium et credit in eum habet vitam aeternam ». Nihil autem potest ordinari in aliquem finem nisi praeexistat in ipso quaedam proportio ad finem ex qua proveniat in ipso desiderium finis, et hoc est secundum quod aliqua finis inchoatio fit in ipso quia nihil appetit bonum nisi in quantum habet aliquam illius boni similitudinem; et inde est quod in ipsa natura humana est quaedam inchoatio ipsius boni quod est naturae proportionatum: praeexistunt enim naturaliter in ipso principia demonstrationum per se nota quae sunt semina quaedam contemplationis sapientiae, et principia iuris naturalis quae sunt semina virtutum moralium. Unde oportet etiam quod ad hoc quod homo ordinetur in bonum vitae aeternae, quod quaedam inchoatio ipsius fiat in eo cui repromittitur. Vita autem aeterna consistit in plena Dei cognitione, ut patet Ioh. XVII[3] « Haec est vita » etc.; unde oportet huius cognitionis supernaturalis aliquam inchoationem in nobis fieri, et hoc est per fidem quae ea tenet ex infuso lumine quae naturalem cognitionem excedunt. Consuevit autem in totis quae habent partes ordinatas prima pars in qua est totius inchoatio dici totius substantia, ut fundamentum domus et carina navis, unde et Philosophus dicit in XI Metaphysicae quod si ens esset unum totum, quod prima pars eius esset substantia; et sic fides, in quantum est in nobis inchoatio quaedam vitae aeternae quam ex divina repromissione speramus, dicitur substantia rerum sperandarum; et sic in hoc tangitur comparatio fidei ad bonum quod movet voluntatem determinantem intellectum. Voluntas autem mota a bono praedicto proponit aliquid intellectui naturali non apparens ut dignum cui assentiatur, et sic determinat ipsum ad illud non apparens, ut scilicet ei assentiat; sicut igitur intelligibile quod est visum ab intellectu determinat intellectum et ex hoc dicitur mentem arguere, ita etiam et aliquid non apparens intellectui determinat ipsum et arguit mentem ex hoc ipso quod est a voluntate acceptatum ut cui assentiatur, unde secundum aliam litte-

A 144 requiritur] oportet *praem.* pA 168 desiderium] des *conf. praem.* pA 170 nisi] *quoddam verbum imp. add.* pA 184 etc. *in marg. post fin. lin.* A] *om.* pA 198 bonum *sup. lin.* A] id pA 200 aliquid intellectui] intellectui (*casu non deletum, et delevimus*) rem *praem.* pA 202 determinat *em.* A] determinaret (*seu* –natur) pA 203 assentiat *em.* A] *conf.* pA 205 intellectum] et movet ipsum *add.* pA 209-211 unde...praedicto *in marg. inf.* A] *om.* pA

Φ 132 etiam *om.* Φ 134 formam debitam] formas debitas Φ (-γ) formis debitis γ 155 et *om.* Φ 159 cognoscendum] cogitandum Φ 161 vidit] deus absque te *add.* Φ 164 Omnis] *om.* α δ dicitur β γ 170 bonum *om.* Φ (-δ) 171 habet] appetit Φ (-δ) 177 principia] quedam *add.* Φ 178 semina] quedam *add.* Σ 183 vita] eterna *add.* Φ 187 naturalem] –raliter Φ (-δ) 193 quod *om.* Φ 199 mota *om.* Φ (-δ) 207 mentem] necessario Φ (-δ)

139 supra: a. 1. 190 fundamentum domus et carina navis: exempla Arist. *Metaph.* V 1 (1013 a 4). 192 XI (= XII) 1 (1069 a 19). 209 aliam litteram: scil. ad Hebr. XI[1], cf. August. *In Ioh. ev. tract.* LXXIX n. 1 (PL 35, 1837) et passim, Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 23 c. 7.

ram dicitur convictio quia convincit intellectum modo praedicto; et ita in hoc quod dicitur argumentum non apparentum tangitur comparatio | fidei ad id cui assentit intellectus. *111ra*

Sic ergo habemus fidei materiam sive obiectum in hoc quod dicit non apparentum, actum in hoc quod dicit argumentum, ordinem ad finem in hoc quod dicit substantia rerum sperandarum; ex actu autem datur intelligi et genus, scilicet habitus qui per actum cognoscitur, et subiectum, scilicet mens; nec plura requiruntur ad alicuius virtutis diffinitionem, unde facile est diffinitionem secundum dicta artificialiter formare ut dicamus quod fides est habitus mentis qua inchoatur vita aeterna in nobis, faciens intellectum non apparentibus assentire.

Secundum signum est quod per hanc diffinitionem distinguitur fides ab omnibus aliis: per hoc enim quod dicitur 'non apparentum' distinguitur fides a scientia et intellectu; per hoc autem quod dicitur 'argumentum' distinguitur ab opinione et dubitatione in quibus mens non arguitur, id est non determinatur ad aliquid unum, et similiter ab omnibus habitibus qui non sunt cognitivi; per hoc autem quod dicit 'substantia rerum sperandarum' distinguitur a fide communiter accepta secundum quam dicimur credere id quod vehementer opinamur vel testimonio alicuius hominis, et iterum a prudentia et ab aliis habitibus cognitivis qui non ordinantur ad res sperandas vel, si ordinantur, non fit per eos prima inchoatio rerum sperandarum in nobis.

Tertium signum est ex hoc quod quicumque fidem diffinire voluerunt, non potuerunt aliter diffinire nisi vel ponendo totam diffinitionem sub aliis verbis vel aliquam partem eius. Quod enim dicit Damascenus « Fides est eorum quae sperantur ypostasis et redargutio eorum quae non videntur », expresse patet idem esse cum hoc quod Apostolus dicit; sed quod Damascenus ulterius addit « indistabilis et iniudicabilis spes eorum quae nobis a Deo annuntiata sunt et petitionum nostrarum functionis », est quaedam explicatio huius quod dixerat rerum sperandarum substantia: res enim sperandae principaliter sunt praemia nobis divinitus promissa et secundario quaecumque alia a Deo petimus ad hoc necessaria, de quibus habetur per fidem certa spes quae nec potest deficere, et propter hoc dicitur indistabilis, nec potest merito reprehendi tamquam vana, et propter hoc dicitur iniudicabilis.

Quod vero Augustinus dicit 'Fides est virtus qua creduntur quae non videntur', et quod dicit iterum Damascenus « Fides est non inquisitus consensus », et quod dicit Hugo de Sancto Victore « Fides est certitudo quaedam animi de absentibus, supra opinionem et infra scientiam », idem est ei quod Apostolus dicit argumentum non apparentium; dicitur tamen esse infra scientiam quia non habet visionem sicut scientia quamvis habeat ita firmam adhaesionem; supra opinionem autem dicitur propter firmitatem assensus. Et sic infra scientiam dicitur in quantum est non apparentum, supra opinionem in quantum est argumentum; de aliis autem patet per praedicta. Quod vero dicit Dionysius VII cap. De divinis nominibus « Fides est manens credentium fundamentum collocans eos in veritate et in ipsis veritatem », idem est ei quod dicitur ab Apostolo substantia rerum sperandarum: cognitio enim veritatis

A 212 comparatio *in appendice ultimae lin. col.* 110$^{vb}$ 224 inchoatur] fit *praem.* pA 230 intellectu *em.* A] intellectui (*seu* intellectum) pA 236 dicit *sic* A (*cf. supra* q. 13 a. 1 *lin.* 163-165) 257 sperandae] sp *imp. add.* pA 265 virtus] fid *praem.* pA 271 apparentium A 272 non habet] h *praem.* pA 275 firmitatem] -tate *compl. abbrev. casu om.* A 281-283 collocans... sperandarum] idem est quod dicitur ab apostolo substantia rerum sperandarum. quod vero addit *praem* pA

Φ 222 diffinitionem...dicta] secundum dictam diffinitionem Φ (*def.* δ) 242 prima] propria Φ 245 fidem *om.* Φ voluerunt] voluerit Φ 245 potuerunt] potuerit Φ (-γ) poterit γ 254 functionis] suncionis (*seu* sunptionis, successionis, si motionis, *etc.*) α simonicionis (*seu* symonicionis, *etc.*) β succionis (*seu* suntcionis) γ univocationis (*seu* univocionis) $\delta^1$ uniuocionis $\delta^2$ 255 huius] eius Φ 256 rerum *om.* Φ 260 per fidem certa *om.* Σ 264 dicit] quod *add.* Φ 273 habeat] habet Φ (-δ) 274 autem] tamen Φ 278 vero] autem Φ 281 ipsis] eis Φ

238 vehementer opinamur: cf. Arist. *Topic.* IV c. 5 (126 b 18). 248 *De fide* IV c. 10 (PG 94, 1128 A; Bt 298) ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 23 q. 2 a. 1 ad 8. 252 addit: l. c. 264 *In Ioh. ev. tract.* XC n. 9 (PL 35, 1690) ut refert Thomas *II-II* q. 58 a. 1 ad 1, ad verbum profert Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 23 c. 2, vide etiam August. *Qu. evang.* II q. 39 (PL 35, 1352). 266 *De fide* IV c. 11 (PG 94, 1128 D; Bt 300). 268 *De sacramentis* I p. X c. 2 (PL 176, 330 C). 279 § 4 (PG 3, 872 C) sec. transl. Sarraceni (Dion. 409).

est res speranda cum beatitudo nihil aliud sit quam « gaudium de veritate », ut dicit Augustinus in libro Confessionum.

1. Ad primum igitur dicendum quod fides dicitur substantia, non quia sit in genere substantiae, sed per quandam similitudinem substantiae, in quantum scilicet est prima inchoatio et quasi quoddam fundamentum totius spiritualis vitae, sicut substantia est fundamentum omnium entium.

2. Ad secundum dicendum quod Apostolus intendit comparare fidem non ad ea quae sunt intus sed ad ea quae sunt extra; quamvis autem essentia animae in esse naturali sit primum et substantia respectu potentiarum et habituum et omnium consequentium quae insunt, non tamen in essentia invenitur habitudo ad res exteriores sed in potentia primo, et similiter nec in gratia sed in virtute, et primo in fide; unde non potuit dici quod gratia esset substantia rerum sperandarum, sed fides.

3. Ad tertium dicendum quod fides praecedit alias virtutes et ex parte obiecti et ex parte potentiae et ex parte habitus: ex parte quidem obiecti, non propter hoc quod ipsa magis tendat in suum obiectum quam aliae virtutes in suum, sed quia suum obiectum naturaliter primo movet quam obiectum caritatis et aliarum virtutum, quod patet quia bonum numquam movet nisi praeintellectum, ut dicitur in III De anima, sed verum ad hoc quod moveat intellectum non indiget aliquo motu appetitus; et inde est etiam quod actus fidei naturaliter est prior quam actus caritatis, et similiter etiam habitus, quamvis tempore sint simul cum fides est formata; et eadem ratione potentia cognitiva est naturaliter prior quam affectiva. Fides autem | est in cognitiva, quod patet ex hoc quod proprium obiectum fidei est verum non autem bonum, sed quodam modo habet complementum in voluntate, ut infra dicetur. *111rb*

4. Ad quartum dicendum quod patet iam ex dictis quod prima inchoatio rerum sperandarum non fit in nobis per caritatem sed per fidem, nec etiam caritas est argumentum; unde haec descriptio nullo modo ei competit.

5. Ad quintum dicendum quod quia illud bonum quod inclinat ad fidem excedit rationem, ideo etiam est innominatum; et ideo Apostolus per quandam circumlocutionem loco eius posuit rem sperandam, quod frequenter in diffinitionibus accidit.

6. Ad sextum dicendum quod quaelibet potentia habet aliquem finem qui est bonum ipsius, non tamen quaelibet potentia respicit ad rationem finis vel boni ut bonum est, sed sola voluntas; et inde est quod voluntas movet omnes alias vires quia ex finis intentione inchoatur omnis motus. Licet ergo verum sit finis fidei, tamen verum non dicit rationem finis; unde non debuit poni quasi finis fidei sed aliquid pertinens ad affectum.

7. Ad septimum dicendum quod res diligenda potest esse et praesens et absens, sed res speranda non est nisi absens: Rom. VIII[24] « Quod enim videt quis quid sperat? »; unde cum fides sit de absentibus, eius finis magis proprie exprimitur per rem sperandam quam per rem diligendam.

8. Ad octavum dicendum quod articulus est quasi materia fidei, res autem speranda non ponitur ut materia sed ut finis; unde ratio non sequitur.

9. Ad nonum dicendum quod argumentum multipliciter dicitur: quandoque enim significat ipsum actum rationis discurrentis de principiis in conclusiones; et quia tota vis argumenti consistit in medio termino, ideo quandoque etiam medius terminus dicitur argumentum; et inde etiam est quod quandoque librorum prooemia argumenta vocantur in quibus est quaedam praelibatio brevis totius operis subsequentis; et quia per argumentum aliquid

A 295 ad ea] e *praem.* pA 331 quod inclinat ad] ad *praem.* pA 337 qui (*e* que pA) *em.* A 341 finis (*e* fine *ut videtur* pA) *em.* A 355 unde] *idem conf. et imp. praem.* pA

Φ 313 praeintellectum] per intellectum β γ 316 etiam] *om.* $\delta^1$ *post* quod Φ (-$\delta^1$) 319 cognitiva] cognoscitiva Φ 333 Apostolus] etiam Φ 345 pertinens] pertinet α γ quod pertinet δ 351 proprie] *om.* $\delta^1$ *post* exprimitur Φ (-$\delta^1$) 363 quandoque *om.* Φ 366 subsequentis] sequentis Φ

286 X c. 23 (PL 32, 793) ut refert Thomas *I-II* q. 4 a. 1 sed c. 314 *De anima* III 15 (433 b 11). 324 infra: a. 4. 358 multipliciter dicitur: cf. *Summa fr. Alexandri* III pars n. 678 (p. 1077), Albertus *Super Sent. III* d. 23 a. 18, Bonaventura *Super Sent. III* d. 23 a. 1 q. 5.

manifestatur et principium manifestationis est lumen, ipsum lumen quo aliquid cognoscitur potest dici argumentum. Et his quatuor modis fides potest dici argumentum: primo quidem modo in quantum ratio assentit alicui ex hoc quod est a Deo dictum, et sic ex auctoritate dicentis efficitur assensus in credente quia etiam et in dialecticis aliquod argumentum ab auctoritate sumitur; secundo vero modo fides dicitur argumentum non apparentium in quantum fides fidelium est medium ad probandum non apparentia esse, vel in quantum fides patrum est nobis medium inducens nos ad credendum, vel in quantum fides unius articuli est medium ad fidem alterius, sicut resurrectio Christi ad resurrectionem generalem, ut patet I Cor. xv[12]; tertio vero modo in quantum ipsa fides est quaedam praelibatio brevis cognitionis quam in futuro habebimus; quarto vero modo quantum ad ipsum lumen fidei per quod credibilia cognoscuntur. Dicitur autem fides esse supra rationem, non quod nullus actus rationis sit in fide, sed quia ratio non potest perducere ad videndum ea quae sunt fidei.

10. Ad decimum dicendum quod actus fidei essentialiter consistit in cognitione et ibi est eius perfectio quantum ad formam vel speciem, quod patet ex obiecto, ut dictum est; sed quantum ad finem perficitur in affectione quia ex caritate habet quod sit meritoria finis. Inchoatio etiam fidei est in affectione in quantum voluntas determinat intellectum ad assentiendum his quae sunt fidei; sed illa voluntas nec est actus caritatis nec spei sed quidam appetitus boni repromissi. Et sic patet quod fides non est in duabus potentiis sicut in subiecto.

11. Unde patet responsio ad undecimum.

12. Ad duodecimum dicendum quod in hoc quod dicit substantia rerum sperandarum non tangitur actus fidei sed solum relatio in finem; actus autem eius tangitur per comparationem ad obiectum in hoc quod dicitur argumentum non apparentum.

13. Ad tertium decimum dicendum quod illud cui assentit intellectus non movet intellectum ex propria virtute sed ex inclinatione voluntatis; unde bonum quod movet affectum se habet in assensu fidei sicut primum movens, id autem cui intellectus assentit sicut movens motum; et ideo primo ponitur in diffinitione fidei comparatio eius ad bonum affectus quam ad proprium obiectum.

14. Ad quartum decimum dicendum quod fides non convincit sive arguit mentem ex rei evidentia sed ex inclinatione voluntatis, ut dictum est; unde ratio non sequitur.

15. Ad quintum decimum dicendum quod cognitio duo potest importare, scilicet visionem et assensum, et quantum ad visionem contra fidem distinguitur; unde Gregorius dicit quod visa « non habent fidem sed agnitionem »; dicuntur autem videri, secundum Augustinum in libro De videndo Deum, « quae praesto sunt sensui » vel intellectui; intellectui autem praesto esse dicuntur quae eius capacitatem non excedunt. Sed quantum ad certitudinem assensus fides est cognitio, ratione cuius potest dici etiam scientia et visio, secundum illud I Cor. xiii[12] « Videmus nunc per speculum in aenigmate »; et hoc est quod Augustinus dicit in libro De videndo Deum: « Si scire non incongruenter dicimur etiam illud quod certissimum credimus, hinc factum est ut etiam credita recte, etsi non adsint sensibus nostris, videre mente dicamur ».

## Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum fides sit virtus. Et videtur quod non: virtus enim contra cognitionem dividitur, unde scientia et virtus ponuntur diversa genera, ut patet in IV To- *111va*

A 376 non...in quantum] in quantum *praem.* pA apparentium A 389 ratio] fi *praem.* pA 412 virtute] *idem conf. praem.* pA 417 eius] *litt. imp. praem.* pA 425 et quantum] si autem *praem.* pA 427 visa] que *ut videtur praem.* pA 438-441 etiam...dicamur *in appendice col.* 111rb

Φ 372-375 dictum...modo *om.* $\delta^2$ 379 nos *om.* Φ 389 quia] fidei *add.* Φ 395-397 quia...affectione *hom. om.* α δ 396 Inchoatio] in quo actio γ (*def.* α δ) 405 dicit] dicitur Φ 414 assensu] affectu Φ 435 in aenigmate] etc. Φ (-β) etc. *add.* β 437 incongruenter] inconvenienter Φ 439 factum est] *om.* Φ (-δ)

374 in dialecticis: cf. e. g. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 5 n. 42. 426 *In Evang.* II hom. 26 (PL 76, 1202 A), cf. *Glossa* Petri Lomb. super Hebr. xi[1] (PL 192, 488 B). 429 *Epist. 147* c. 2 (PL 33, 599). 437 *Epist. 147* c. 3 (PL 33, 600).
1 Parall.: *II-II* q. 4 a. 5; *Super Sent. III* d. 23 q. 2 a. 4 qc. 1; *Super Rom.* cap. 1 lect. 6.

picorum; sed fides continetur sub cognitione; ergo non est virtus.

2. Sed dicebat quod, sicut ignorantia est vitium ex hoc quod causatur ex quadam negligentia sciendi, ita etiam fides est virtus ex hoc quod in voluntate credentis consistit. — Sed contra, ex hoc solo quod ex culpa causatur non potest aliquid rationem culpae habere, alias poena in quantum huiusmodi rationem culpae haberet; ergo nec ignorantia potest dici vitium ex hoc quod ex vitio negligentiae oritur; ergo eadem ratione nec fides, per hoc quod consequitur voluntatem, potest dici virtus.

3. Praeterea, virtus dicitur per comparationem ad bonum: virtus enim est « quae bonum facit habentem et opus eius bonum reddit », ut dicitur in II Ethicorum; sed fidei obiectum est verum non autem bonum; ergo fides non est virtus.

4. Sed dicebat quod verum quod est obiectum fidei est primum verum, quod item etiam est summum bonum; et sic fides habet rationem virtutis. — Sed contra, distinctio habituum et actuum attenditur penes distinctionem obiectorum formalem non autem materialem, alias visus et auditus essent eaedem potentiae quia contingit esse idem audibile et visibile; sed quantumcumque sit idem re id quod est bonum et id quod est verum, alia tamen est ratio veri et alia ratio boni formaliter; ergo habitus qui tendit in verum secundum rationem veri distinguitur ab illo habitu qui tendit in bonum sub ratione boni; et sic fides a virtute distinguetur.

5. Praeterea, in eodem genere sunt medium et extrema, ut patet per Philosophum in X Metaphysicae; sed fides est medium inter scientiam et opinionem: dicit enim Hugo de Sancto Victore quod fides est « certitudo quaedam animi supra opinionem et infra scientiam constituta »; sed neque opinio neque scientia est virtus; ergo etiam neque fides.

6. Praeterea, praesentia obiecti non tollit habitum virtutis; sed obiectum fidei est veritas prima quae cum praesto erit menti nostrae ut videamus eam, non erit tunc fides sed visio; ergo fides non est virtus.

7. Praeterea, « virtus est ultimum potentiae », ut dicitur in I Caeli et mundi; sed fides non est ultimum potentiae humanae quia potest in aliquid amplius, scilicet in visionem apertam; ergo fides non est virtus.

8. Praeterea, secundum Augustinum, libro De bono coniugali, per virtutes expediuntur potentiae ad actus suos; sed fides non expedit intellectum sed magis impedit quia per eam intellectus captivatur, ut patet II Cor. $x^5$; ergo fides non est virtus.

9. Praeterea, a Philosopho virtus dividitur per intellectualem et moralem, et est divisio per immediata quia intellectualis est quae est in rationali per essentiam, moralis autem quae est in rationali per participationem, nec potest aliter rationale accipi nec virtus humana potest esse nisi in rationali aliquo modo dicto; sed fides non est virtus moralis quia sic eius materia essent actiones et passiones, similiter nec intellectualis cum non sit aliqua illarum quinque quas Philosophus in VI Ethicorum ponit: non enim est sapientia nec intellectus nec scientia nec ars nec prudentia; ergo fides nullo modo est virtus.

A 10 in voluntate] *quoddam verbum imp.* (*fort.* ratio///?) *praem.* pA 11 ex hoc...non potest aliquid rationem culpae] nichil habet rationem culpe *praem.* pA 14 dici *em.* A] *conf.* pA 16 ratione] *litt. imp. add.* pA 24 est] *litt. imp. add.* pA 39 Praeterea] s *add.* pA 50 visio] s *add.* pA 53 sed fides] *idem praem.* pA 63 Praeterea] fides *add.* pA 67 rationali *scrips. cum* P γ δ] morali (*fortasse mendum auctoris e lapsu dictionis*) A 69 esse nisi in rationali] nisi (*primo deletum*) esse in ratio *praem.* pA 71 intellectualis] a (*seu* d) *add.* pA

Φ 7 quod *om.* Φ 8 quadam] aliqua Φ 9 etiam] *om.* Φ (-γ) et γ 25 item] *om.* $\delta^1$ ratione Φ (-$\delta^1$) 34 ratio *om.* Σ 36 illo *om.* Σ 37 sub ratione] secundum rationem Φ distinguetur] -guitur Φ 46 etiam *om.* Φ 49 erit] est Φ nostrae *om.* Σ 50 eam] tamen Φ (-δ) tunc $\delta^2$ *om.* $\delta^1$ 55 aliquid] aliud *add.* Φ 61 patet] dicitur Φ 67 rationali *scrips. cum* P γ δ] morali (*induc.* A) α β 72 quinque *om.* Φ 74 est *om.* Φ

5 Cap. 2 (121 b 24). 10 voluntate credentis: August. ut infra a. 4 18 et 23. 21 Cap. 5 (1106 a 15 et 22) sec. transl. Lincolniensis (ms. Vat. lat. 2171, f. $33^{vb}$). 41 *Metaph.* X 9 (1057 a 18). 43 *De sacramentis* I p. x c. 2 (PL 176, 330 C). 53 Cap. 11 (281 a 14) sec. transl. arabico-latinam (ed. Averroes V, 78 L) ut refert Thomas *Super De caelo* I lect. 25. 58 Cap. 21 (PL 40, 390). 63 *Ethic.* I 20 (1103 a 4) ut refert Thomas *I-II* q. 58 a. 2 sed c. 66 rationali...participationem: cf. Arist. *Ethic.* I 10 (1098 a 3) et 20 (1103 a 2). 71 actiones et passiones: Arist. *Ethic.* II 3 (1104 b 13) ut refert Thomas *I-II* q. 59 a. 4 ad 1. 73 *Ethic.* VI 3 (1139 b 16).

10. Praeterea, quod convenit alicui ex extrinseco non inest ei essentialiter sed accidentaliter; fidei autem non convenit esse virtutem nisi ex alio, ut dicebatur, scilicet ex voluntate; ergo hoc accidit fidei quod sit virtus, et ita non potest poni species virtutis.

11. Praeterea, in prophetia est perfectior cognitio quam in fide; prophetia autem non ponitur esse virtus; ergo nec fides debet virtus dici.

SED CONTRA, virtus est dispositio perfecti ad optimum; sed hoc convenit fidei: disponit enim hominem ad beatitudinem quae est optimum; ergo fides est virtus.

2. Praeterea, omnis habitus quo aliquis roboratur in agendo et fortificatur in patiendo est virtus; fides autem est huiusmodi: « fides enim per dilectionem operatur », Gal. v[6]; ipsa etiam fortificatur fidelis ad resistendum diabolo, ut dicitur I Petri v[9]; ergo ipsa est virtus.

3. Praeterea, Hugo de Sancto Victore dicit quod tres sunt 'virtutes sacramentales quibus initiamur', scilicet fides, spes et caritas, et sic idem quod prius.

RESPONSIO. Dicendum quod fides ab omnibus ponitur esse virtus. Ad cuius evidentiam notandum est quod virtus ex sui impositione nominis significat complementum activae potentiae. Activa autem potentia duplex est: quaedam quidem cuius actio terminatur ad aliquid actum extra, sicut aedificativae actio terminatur ad aedificatum, quaedam vero est cuius actio non terminatur ad extra sed consistit in ipso agente, ut visio in videnti, ut habetur ex Philosopho in IX Metaphysicae; in his autem duabus potentiis diversimode sumitur complementum.

Quia enim actus primarum potentiarum, ut ibidem Philosophus dicit, non sunt in faciente sed in facto, ideo complementum potentiae ibi accipitur penes id quod fit, unde et virtus deferentis pondera dicitur esse in hoc quod maximum pondus defert, ut patet in I Caeli et mundi, et similiter virtus aedificatoris in hoc quod facit domum optimam; sed quia alterius potentiae actus consistit in agente, non in aliquo actu, ideo complementum illius potentiae accipitur secundum modum agendi, ut scilicet bene et convenienter operetur, ex quo habet eius actus quod bonus dicatur; et inde est quod in huiusmodi potentiis virtus dicitur « quae opus bonum reddit ».

Aliud autem est bonum ultimum quod considerat philosophus et theologus. Philosophus enim considerat quasi bonum ultimum quod est humanis viribus proportionatum et consistit in actu ipsius hominis, unde felicitatem dicit esse operationem quandam; et ideo secundum philosophum actus bonus, cuius principium virtus dicatur, dicitur absolute in quantum est conveniens potentiae ut perficiens ipsam; unde quemcumque habitum invenit philosophus talem actum elicientem dicit eum | esse virtutem, sive sit in parte intellectiva, ut scientia et intellectus et huiusmodi virtutes intellectuales quarum actus est bonum ipsius potentiae, scilicet considerare verum, sive in parte affectiva, ut temperantia et fortitudo et aliae virtutes morales. Sed theologus considerat quasi bonum ultimum id quod est naturae facultatem excedens, scilicet vitam aeternam, ut supra dictum est; unde bonum in actibus humanis non considerat absolute quia ibi non ponit finem, sed in ordine ad illud bonum quod ponit finem, asserens illum actum tantummodo esse bonum complete qui de proximo ad bonum finale ordinatur, id est qui est meritorius vitae aeternae; et omnem talem

111[vb]

A 93 est huiusmodi] h *imp. praem.* pA 97 Victore] uj *conf. praem.* pA 103 impositione (*ex* impositionem pA) *em.* A 122 quia] quia *conf.* (*emendatum e* que *primo scripto*) *praem.* pA 128 bonum *em.* A] *conf.* pA 140 ut] siu *praem.* pA (*cf.* sive *lin.* 143)

Φ 77-82 Praeterea...virtutis (*scil. arg.* 10) *om.* α δ 85 ponitur] videtur Φ fides...dici] virtus potest dici fides Φ 99 et[1] *om.* Φ 103 est *om.* Φ 111 ex] a P Φ (*def.* δ[2]) 114 Quia] quidam Φ 125 ut scilicet] unde si et α β unde et si γ et *add.* δ[2] 126 quod] ut Φ 129 autem *om.* Φ 141 et[1] *om.* Φ

87 virtus...optimum: Arist. ut infra a. 4 10. 93 « fides enim per dilectionem operatur »: forma consueta apud Thomam, infra a. 4 99, a. 5 112, *I-II* q. 100 a. 1 arg. 3, q. 108 a. 2 arg. 1, et passim, ita August. *In Ioh. ev. tract.* XXIX n. 6 (PL 35, 1631) et passim. 97 Rectius ps.-August. *De spir. et anima* cap. 20 (PL 40, 794). 111 *Metaph.* IX 8 (1050 a 23). 115 ibidem: l. c. (1050 a 30). 120 *De caelo* I 25 (281 a 7). 134 operationem quandam: Arist. *Ethic.* I 19 (1102 a 5) ut refert Thomas *I-II* q. 3 a. 2 sed c. 148 supra: a. 2.

actum dicit esse actum virtutis, et quicumque habitus proprie elicit talem actum ab ipso virtus appellatur.

Aliquis autem actus meritorius dici non potest nisi secundum quod est in potestate operantis constitutus quia qui meretur oportet quod aliquid exhibeat, nec exhibere potest nisi quod aliquo modo suum est, id est ex ipso; actus autem aliquis in potestate nostra consistit secundum quod est voluntatis, sive sit eius ut ab ipsa elicitus, ut diligere et velle, sive ut ab ipsa imperatus, ut ambulare et loqui; unde respectu cuiuslibet talis actus potest poni aliqua virtus eliciens actus perfectos in tali genere actuum. Credere autem, ut supra dictum est, non habet assensum nisi ex imperio voluntatis, unde secundum id quod est a voluntate dependet; et inde est quod ipsum credere potest esse meritorium, et fides quae est habitus eliciens ipsum est secundum theologum virtus.

1. Ad primum igitur dicendum quod cognitio et scientia non dividitur contra virtutem simpliciter, sed contra virtutem moralem quae communius virtus dicitur.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis non sufficiat ad rationem vitii vel virtutis quod aliquid sit causatum ex vitio vel virtute, sufficit tamen ad hoc quod aliquis actus sit actus vitii vel virtutis quod imperatus a vitio vel virtute possit esse.

3. Ad tertium dicendum quod bonum illud ad quod virtus ordinat non est accipiendum quasi aliquod obiectum alicuius actus, sed illud bonum est ipse actus perfectus quem virtus elicit. Licet autem verum ratione a bono differat, tamen hoc ipsum quod est considerare verum est quoddam bonum intellectus, et hoc ipsum quod est assentire primae veritati propter se ipsam est quoddam bonum meritorium. Unde fides, quae ad hunc actum ordinatur, dicitur esse virtus.

4. Et per hoc patet responsio ad quartum.

5. Ad quintum dicendum quod secundum quod nunc loquimur de virtute, neque scientia neque opinio virtus dici potest sed sola fides quae, quantum ad id quod voluntatis est, prout modo praedicto in genus virtutis cadit, non est media inter scientiam et opinionem quia in scientia vel opinione non est aliqua inclinatio ex voluntate sed ex ratione tantum; si autem loqueremur de eis quantum ad id quod est cognitionis tantum, sic neque opinio neque fides esset virtus cum non habeant completam cognitionem, sed tantummodo scientia.

6. Ad sextum dicendum quod veritas prima non est obiectum proprium fidei nisi sub hac ratione prout est non apparens, quod patet ex diffinitione Apostoli ubi proprium obiectum fidei ponitur non apparens; unde quando veritas prima praesto erit, amittet rationem obiecti.

7. Ad septimum dicendum quod fides secundum hoc dicitur esse ultimum potentiae quod complet potentiam ad eliciendum actum bonum et meritorium; non autem requiritur ad rationem virtutis quod per eam eliciatur optimus actus qui potest elici a potentia illa, cum contingat in eadem potentia esse plures virtutes quarum una alia nobiliorem actum elicit, sicut magnificentia liberalitate.

8. Ad octavum dicendum quod in quibuslibet duobus ordinatis ad invicem perfectio inferioris est ut subdatur superiori, sicut concupiscibilis quod subdatur rationi; unde habitus virtutis non dicitur expedire concupiscibilem ad actum ut faciat eam libere effluere in concupiscibilia, sed quia facit eam perfecte subiectam rationi. Similiter etiam bonum ipsius intellectus est ut subdatur voluntati adhaerenti Deo; unde fides dicitur intellectum expedire in quantum sub tali voluntate ipsum captivat.

9. Ad nonum dicendum quod fides neque est virtus moralis neque intellectualis sed est virtus theologica; virtutes autem theologicae,

A 156 proprie] secundum *praem.* pA ab] s *praem.* pA 158 meritorius dici] dicitur *praem.* pA 160 meretur] al *praem.* pA 178 virtus dicitur] nomine *praem.* pA 180 vitii] *idem conf.* (*e vitio pergameni*) *praem.* pA 183 imperatus...possit esse] sit *praem.* pA 187 alicuius] ali *in fine lin. praem.* pA 189 ratione a bono] et b *praem.* pA 203 inclinatio (*ex* inclinatione pA) *em.* A 213 unde] . § Ad *praem.* pA

Φ 155 esse *om.* Φ 156 proprie *om.* Φ 159 potestate] potentia Φ 182 actus[2] *om.* Φ 203 vel] et Φ

169 supra: a. 1. 212 Hebr. XI[1].

quamvis conveniant subiecto cum intellectualibus vel moralibus, differunt tamen obiecto: obiectum enim virtutum theologicarum est ipse finis ultimus, obiectum vero aliarum ea quae sunt ad finem. Ideo autem a theologis ⟨ponuntur⟩ quaedam virtutes circa finem ipsum, non autem a philosophis, quia finis humanae vitae quem philosophi considerant, non excedit facultatem naturae; unde ex naturali inclinatione homo tendit in illud, et sic non oportet quod per aliquos habitus elevetur ad tendendum in illum finem sicut oportet quod elevetur ad tendendum in finem qui facultatem naturae excedit, quem theologi considerant.

10. Ad decimum dicendum quod fides non est in intellectu nisi secundum quod imperatur a voluntate, ut ex dictis patet; unde, quamvis illud quod est ex parte voluntatis possit dici accidentale intellectui, est tamen fidei essentiale, sicut id quod est rationis est accidentale concupiscibili, | essentiale autem temperantiae. *112ra*

11. Ad undecimum dicendum quod prophetia non dependet ex voluntate prophetantis, ut dicitur II Petri I[21], fides autem est quodam modo ex voluntate credentis; et ideo prophetia non potest dici virtus sicut fides.

## Articulus quartus

Quarto quaeritur in quo sit fides sicut in subiecto. Et videtur quod non sit in parte cognitiva sed affectiva: virtus enim omnis in parte affectiva esse videtur cum virtus sit quidam « amor ordinatus », ut dicit Augustinus in libro De moribus Ecclesiae; sed fides virtus est; ergo est in parte affectiva.

2. Praeterea, virtus quandam perfectionem importat: est enim « dispositio perfecti ad optimum », ut dicitur in VII Physicorum; sed cum fides habeat aliquid perfectionis et aliquid imperfectionis, id quod est imperfectionis est ex parte cognitionis, quod autem est perfectionis est ex voluntate, ut scilicet invisibilibus firmiter adhaereat; ergo secundum quod est virtus est in affectiva.

3. Praeterea, Augustinus dicit Ad Consentium quod « parvulus etsi fidem non habeat quae consistit in credentium voluntate, habet tamen fidei sacramentum », ex quo expresse habetur quod fides in voluntate sit.

4. Praeterea, in libro De praedestinatione sanctorum dicit Augustinus quod ad fidem quae in credentium voluntate consistit pertinet illud Apostoli « Quid habes quod non accepisti? », et sic idem quod prius.

5. Praeterea, eiusdem videtur esse dispositio et perfectio; sed fides disponit ad gloriam quae etiam est in affectiva; ergo et fides in affectiva consistit.

6. Praeterea, meritum in voluntate consistit quia sola voluntas est domina sui actus; sed actus fidei est meritorius; ergo est actus voluntatis, et ita videtur quod fides in voluntate consistat.

7. Sed dicebat quod est simul in affectiva et cognitiva. — Sed contra, unus habitus non potest esse duarum potentiarum; fides autem est unus habitus; ergo non potest esse in affectiva et cognitiva quae sunt duae potentiae.

SED CONTRA, habitus perficiens aliquam potentiam cum ea convenit in obiecto, alias non

A 240 enim] *litt. imp. add.* pA 242 ⟨ponuntur⟩ *suppl.* (*cf. supra lin.* 73, *infra* a. 6 *lin.* 27)] *trans. ad lin. om.* A 244 humanae...quem] quem *praem.* pA 247 illud: *scil.* obiectum 249 elevetur] per *praem.* pA 252 fides] quamvis *praem.* pA (*cf. lin.* 254)

4 videtur cum virtus] virtu *praem.* pA 6 fides *hic* A] *post* virtus est pA 19 in] *idem conf. praem.* pA 25 Apostoli] per *add.* pA

Φ 238 subiecto] in *praem.* Φ 242 ⟨ponuntur⟩] *om.* α β *suppl. post* ipsum γ *suppl. post* virtutes δ 247 illud] ipsum Φ 248 ad tendendum] *om.* α δ ad ascendendum β ad tendum γ 249 ad tendendum] *om.* Σ ad ascendendum β 250 naturae *om.* Σ 261 II] .I. Φ

3 cognitiva] cognoscitiva Φ (-δ) 14 voluntate] parte voluntatis Φ 29 etiam *om.* Φ 37 cognitiva] cognoscitiva Σ (-$\delta^1$) cogitativa β 40 (45 *et* 46) cognitiva] cognoscitiva α β $\delta^2$

254 dictis: supra a. 1.

1 Parall.: *II-II* q. 4 a. 2; *Super Sent. III* d. 23 q. 2 a. 3 qc. 1. 6 I c. 15 (PL 32, 1322), ad verbum profert Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. 2 c. 2 q. 2 (f. 129$^{rb}$), cf. etiam August. *De civ. Dei* XV c. 22 (PL 41, 467). 10 Cap. 3 (246 b 23) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 78$^{r}$). 18 Rectius *Epist. 98* n. 10 (PL 33, 364), cf. etiam Petrus Lomb. *Lib. Sent.* IV d. 4 c. 4. 23 Cap. 5 (PL 44, 968). 25 Apostoli: I Cor. IV$^{7}$.

posset esse unus actus potentiae et habitus; sed fides non convenit in obiecto cum affectiva sed cum cognitiva tantum quia obiectum utriusque est verum; ergo fides est in cognitiva.

2. Praeterea, Augustinus dicit in epistola Ad Consentium quod ' fides est illuminatio mentis ad primam veritatem '; sed illuminari ad cognitivam pertinet; ergo fides est in parte cognitiva.

3. Praeterea, si fides dicatur esse in voluntate, hoc non erit nisi quia credimus volentes; sed similiter omnia opera virtutum operamur cognoscentes, ut patet in II Ethicorum; ergo eadem ratione omnes virtutes essent in parte cognitiva, quod patet esse falsum.

4. Praeterea, per gratiam quae est in virtutibus reformatur imago quae in tribus potentiis consistit, scilicet memoria, intelligentia et voluntate; tres autem virtutes quae primo habent respectum ad gratiam sunt fides, spes et caritas; ergo aliqua earum erit in intelligentia; constat autem quod non spes nec caritas; ergo fides.

5. Praeterea, sicut se habet vis affectiva ad probabile et reprobabile, ita se habet vis cognitiva ad probabile et improbabile; sed virtus illa per quam approbatur reprobabile secundum rationem humanam, scilicet caritas qua inimicus diligitur qui videtur naturaliter reprobabilis esse, est in affectiva; ergo fides qua probatur sive asseritur id quod videtur rationi improbabile esse erit in cognitiva.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hanc quaestionem multipliciter aliqui opinati sunt. Quidam enim dixerunt fidem esse in utraque vi, scilicet affectiva et cognitiva; quod nullo modo potest esse si intelligatur quod in utraque sit ex aequo: unius enim habitus oportet esse unum actum, nec potest esse unus actus ex aequo duarum potentiarum: unde dicunt quidam eorum quod est principaliter in affectiva. Sed istud non videtur esse verum cum ipsum credere cogitationem quandam importet, ut patet per Augustinum; cogitatio autem est actus cognitivae; fides etiam scientia et visio quodam modo dicitur, ut supra dictum est, quae omnia ad cognitivam pertinent.

Alii autem dicunt quod fides est in intellectu, sed practico quia practicum intellectum dicunt esse ad quem inclinat affectio vel quem affectio sequitur vel qui ad opus inclinat; quae tria inveniuntur in fide: nam ex affectione quis inclinatur ad fidem, credimus enim quia volumus; ipsa etiam affectio fidem sequitur secundum quod actus fidei generat quodam modo caritatis actum; ipsa etiam ad opus dirigit, nam « fides per dilectionem operatur », Gal. v[6]. Sed hi non videntur intelligere quid sit intellectus practicus. Intellectus enim practicus idem est quod intellectus operativus, unde sola extensio ad opus facit aliquem intellectum esse practicum; relatio autem ad affectionem vel antecedentem vel consequentem non trahit ipsum extra genus speculativi intellectus: nisi enim aliquis ad ipsam speculationem veritatis afficeretur, numquam in actu intellectus speculativi esset delectatio, quod est contra Philosophum in X Ethicorum qui ponit purissimam delectationem esse in actu speculativi. Nec quaelibet relatio ad opus facit intellectum esse practicum quia aliqua simplex speculatio po-

A 55 cognoscentes ut] ut *praem.* pA 62 caritas *em.* A] *conf.* pA 72 fides] virtus *praem.* pA 82 dicunt quidam] alii *praem.* pA (*cf. lin.* 90) 96 affectio fidem] fides *praem.* pA 103 practicum *em.* A] *conf.* pA 112 opus] sive *add.* pA

Φ 47-51 Praeterea...cognitiva (*scil. arg. sed c.* 2) *om.* α δ 53 volentes] voluntates Σ 56 essent] erunt Φ 62 et *om.* Φ 67 ita] sic Φ (-$\delta^2$) sicut $\delta^2$ 68 cognitiva] cognoscitiva α β $\delta^2$ 71 qui... reprobabilis] quod...reprobabile Φ 74 cognitiva] cognoscitiva Φ (-$\delta^1$) 78 cognitiva] cognoscitiva α β $\delta^2$

48 *Epist. 120* c. 2 (PL 33, 457), ad verbum proferunt *Summa fr. Alexandri* III pars n. 677 (p. 1073) et Bonaventura *Super Sent. III* d. 23 dub. 1. 55 *Ethic.* II 4 (1105 a 31). 60 scilicet memoria...: August. ut supra q. 10 a. 1 38. 66 Praeterea...: argumentum desumptum esse videtur ex *Summa fr. Alexandri* III pars n. 675 (p. 1068). 67 probabile: cf. Huguccio *Liber derivationum* s. v. probo: ' probo, as, id est laudare vel confirmare, certificare, unde...et probabilis, probabile... ' (ms. Paris B. N. lat. 7625 A, f. 133$^{vb}$). 76 Quidam: cf. Philippus Cancellarius *Summa de bono* ' dicendum est ergo de fide quod in libero arbitrio est et quantum ad partem quae est ratio et quantum ad voluntatem ' (ms. Vat. lat. 7669, f. 81$^{rb}$). 82 quidam: cf. Hugo de S. Victore *De sacramentis* I p. x c. 3 (PL 176, 331), cf. etiam Albertus *Super Sent. III* d. 23 a. 1. 86 Augustinum: ut supra a. 1 4. 88 supra: a. 2 ad 15. 90 Alii: e. g. Albertus *Super Sent. III* d. 23 a. 1, cf. etiam Bonaventura *Super Sent. III* d. 23 a. 1 q. 2 ubi similis opinio allegatur. 97 actus...caritatis actum: *Glossa interlin.* ut dicitur infra a. 5 52. 99 Gal. v[6]: cf. supra a. 3 93 in nota. 102 sola...practicum: Arist. ut supra q. 2 a. 8 55 in nota. 110 *Ethic.* X 10 (1177 a 23).

test esse alicui remota occasio aliquid operandi, sicut philosophus speculatur animam esse immortalem et exinde sicut a causa remota sumit occasionem aliquid operandi; sed intellectum practicum oportet esse proximam regulam operis utpote quo consideretur ipsum operabile et rationes operandi sive causae operis. | Constat autem quod obiectum fidei non est verum operabile sed verum increatum in quod non potest esse nisi actus intellectus speculativi; unde fides est in intellectu speculativo quamvis fides sit ut occasio remota aliquid operandi, unde etiam sibi non attribuitur operatio nisi mediante dilectione.

*112rb*

Sciendum tamen quod non est in intellectu speculativo absolute sed secundum quod subditur imperio voluntatis, sicut etiam et temperantia est in concupiscibili secundum quod participat aliqualiter rationem. Cum enim ad bonitatem actus alicuius potentiae requiratur quod illa potentia subdatur alicui potentiae superiori sequendo eius imperium, non solum requiritur quod potentia superior tantum sit perfecta ad hoc quod recte imperet vel dirigat, sed etiam inferior ad hoc quod prompte oboediat; unde ille qui habet rationem rectam sed concupiscibilem indomitam non habet temperantiae virtutem quia infestatur passionibus quamvis non deducatur, et sic non facit actum virtutis faciliter et delectabiliter, quod exigitur ad virtutem, sed oportet ad hoc quod temperantia insit quod ipsamet concupiscibilis sit per habitum perfecta ut sine aliqua difficultate voluntati subdatur, et secundum hoc habitus temperantiae dicitur esse in concupiscibili; et similiter ⟨oportet⟩, ad hoc quod intellectus prompte sequatur imperium voluntatis, quod sit aliquis habitus in ipso intellectu speculativo, et hic est habitus fidei divinitus infusus.

1. Ad primum ergo dicendum quod verbum illud Augustini intelligitur de virtutibus moralibus, de quibus ibi loquitur; vel potest dici quod loquitur de virtutibus quantum ad formam earum quae est caritas.

2. Ad secundum dicendum quod in hoc quaedam perfectio cognitivae est ut voluntati obtemperet Deo inhaerenti.

3. Ad tertium dicendum quod Augustinus loquitur de actu fidei qui quidem dicitur esse in voluntate non sicut in subiecto sed sicut in causa, in quantum est a voluntate imperatus.

4. Et similiter dicendum ad quartum.

5. Ad quintum dicendum quod in eodem esse dispositionem et habitum non est necesse nisi quando ipsa dispositio fit habitus, sicut patet in membris corporis in quo ex dispositione unius membri relinquitur aliquis effectus in alio membro; et similiter in viribus animae quia ex bona dispositione phantasiae sequitur perfectio cognitionis in intellectu.

6. Ad sextum dicendum quod actus voluntatis dicitur esse non solum quem voluntas elicit, sed etiam quem voluntas imperat; et ideo in utroque meritum consistere potest, ut ex dictis patet.

7. Ad septimum dicendum quod duarum potentiarum non potest esse unus habitus ex aequo, sed potest esse unius secundum quod habet ordinem ad aliam; et sic est de fide.

## Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum fidei forma sit caritas. Et videtur quod non: eorum enim quae ex opposito dividuntur non potest esse unum forma alterius; sed fides et caritas ex opposito dividuntur; ergo caritas non est forma fidei.

A 115 sicut] quod *add.* pA immortalem] *idem. conf. et imp. praem.* pA 116 sicut] *idem conf. praem.* pA 119 consideretur] su (*vel* sit) *praem.* pA 124 in *sup. lin.* A] *om.* pA 132 enim] aliqua *add.* pA 138 prompte] pp *idem conf. inc. praem.* pA 149 ⟨oportet⟩ *coni.* (*cf. lin.* 144)] *om.* A 150 imperium *em.* A] *conf.* pA 169 ex *non limpide* A (*cf.* Φ)
1 fidei (*e* fides pA) *em.* A

Φ 116 exinde *om.* Σ sumit] sumere α β $\delta^2$ inde *add.* $\delta^1$ (*cf. nota sup.*) 123 esse *om.* Φ 133 actus *om.* Φ 135 non] et ideo α ideo *praem.* $\delta^1$ et ideo *praem.* $\delta^2$ 136 requiritur] exigitur Φ 138 etiam *om.* Φ 142 non[1] *om.* Φ (-$\delta^1$) 149 ⟨oportet⟩ *post* voluntatis *suppl.* Φ 151 aliquis] aliquid *testes maiores* α *et* γ habitus *om.* Φ (-δ) *ante* aliquis δ 157 earum] eorum Φ (-$\delta^1$) 159 cognitivae est] est in cognitione $\delta^1$ est cognoscitive $\delta^2$ *inv.* Φ (-δ) ut] quod Φ 165 dicendum] est *add.* Φ (-γ) 168 fit] sit Φ (-α) 169 ex] de (*induc.* A) Φ 171 alio] aliquo Φ membro] alio *add.* α β $\delta^2$ **alio** *praem.* $\delta^1$ 176 et ideo] **unde** Φ

143 faciliter et delectabiliter: Victorinus [*Explan. in Rhetoricam Ciceronis* I c. 25 (ed. C. Halm, p. 218)] ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 23 q. 1 a. 4 qc. 2 arg. 1, cf. etiam *Summa Alberti* I tr. 2 q. 8 m. 1. 178 dictis: supra a. 3.
1 Parall.: *II-II* q. 4 a. 3; *Super Sent. III* d. 23 q. 3 a. 1 qc. 1.

2. Sed dicebat quod secundum se consideratae ex opposito dividuntur; prout autem ordinantur ad unum finem quem suis actibus merentur, sic caritas est forma fidei. — Sed contra, inter causas duae causae sunt extrinsecae, scilicet agens et finis, duae vero intrinsecae, scilicet forma et materia; possunt autem duo ad invicem diversa convenire in uno principio extrinseco, non autem propter hoc conveniunt in uno principio intrinseco; ergo ex hoc quod fides et caritas ordinantur in unum finem, non potest esse quod caritas sit forma fidei.

3. Sed dicebat quod caritas non est forma fidei intrinseca, sed extrinseca, quasi exemplaris. — Sed contra, exemplatum recipit speciem ab exemplari, unde Hilarius dicit quod « imago est rei ad quam imaginatur species indifferens »; sed fides non recipit speciem caritatis; ergo caritas non potest esse forma exemplaris fidei.

4. Praeterea, forma omnis vel est substantialis vel accidentalis vel exemplaris; sed caritas non est forma substantialis fidei quia sic esset de integritate eius, nec iterum forma accidentalis quia sic fides esset nobilior caritate sicut subiectum accidente, nec iterum exemplaris quia sic caritas posset esse sine fide sicut exemplar sine exemplato; ergo caritas non est forma fidei.

5. Praeterea, praemium respondet merito; sed praemium consistit principaliter in tribus dotibus, scilicet in visione quae succedet fidei, tentione quae succedet spei, fruitione quae respondet caritati; sed praemium principaliter dicitur consistere in visione, unde dicit Augustinus quod « visio est tota merces »; ergo et meritum ⟨sicut⟩ praemium debet attribui fidei, et ita secundum quod ordinantur ad merendum magis videtur fides esse forma caritatis quam e converso.

6. Praeterea, unius perfectibilis una est perfectio; sed fidei forma est gratia; ergo non est eius forma caritas cum caritas non sit idem quod gratia.

7. Praeterea, Matth. 1[2] super illud « Abraham genuit Ysaac » etc., dicit glosa: fides spem et spes caritatem, quod intelligitur quantum ad actus, non quantum ad habitus, ergo actus caritatis dependet ex actu fidei; sed forma non dependet ab eo cuius est forma, sed e converso; ergo caritas non est forma fidei secundum quod ordinantur ad actum meritorium.

8. Praeterea, habitus penes obiecta distinguuntur; sed obiecta fidei et caritatis sunt diversa, scilicet bonum et verum; ergo et habitus | formaliter distinguuntur; sed omnis actus est a forma; ergo horum habituum diversi sunt actus, et ita etiam in ordine ad actum non potest esse quod caritas sit forma fidei. *112va*

9. Praeterea, secundum hoc caritas est forma fidei quod fidem informat; si igitur caritas non informat fidem nisi per ordinem ad actus, non erit caritas forma fidei sed actus fidei.

10. Praeterea, I Cor. XIII[13] dicit Apostolus « Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria haec »; ibi fides, spes et caritas ex opposito dividuntur; videtur autem quod loquatur de fide formata quia fides informis non ponitur esse virtus, ut dicetur; ergo fides formata contra caritatem dividitur, non ergo potest esse caritas fidei forma.

11. Praeterea, ad actum virtutis requiritur quod sit rectus et quod sit voluntarius; sed sicut voluntarii actus principium est voluntas, ita recti actus principium est ratio; ergo sicut ad actum virtutis requiritur id quod est volun-

A 8 prout *em.* A] *conf.* pA 16 principio] *litt. imp. add.* pA 22 hylarius A 34 ergo...fidei *in marg.* A] *om.* pA 38 succedet] respon *praem.* pA 40 respondet A 43 ⟨sicut⟩ *coni.*] *om.* A 51 abraam A 55 sed forma] f *praem.* pA 69 actus] ca *imp. praem.* pA

Φ 10 sic] non (*om.* α) potest esse quod α δ non potest esse quod *add.* γ est] sit Σ 11 causae *om.* Φ 20 fidei *om.* Φ (-γ) 30 forma *om.* Φ 32 nec] sicut *add.* Φ 38 succedet] –cedit Φ 39 succedet] –cedit Φ 40 sed] unde Σ 41 dicitur consistere] consistit Φ 43 ⟨sicut⟩] et *suppl.* Φ 55 ex] ab Φ 56 sed] potius *add.* Φ 63 horum] istorum Φ 64 etiam in ordine] ordine etiam Φ (-γ) in ordine etiam γ actum] actus Φ 65 esse] forma *add.* Φ 66 Praeterea] si *add.* Φ 66 est] sit Φ 68 actus] actum Φ 74 ponitur] potest Φ 75 dicetur] infra *add.* Φ

22 *De synodis* n. 13 (PL 10, 490 B), ad verbum profert *Summa fr. Alexandri* I pars n. 413 (p. 603). 38 visione...tentione...fruitione: cf. Bonaventura *Super Sent. IV* d. 49 p. 1 q. 5, cf. etiam Thomas *Super Sent. I* d. 1 q. 1 a. 1. 41 Augustinus: ut supra q. 13 a. 3 349 in nota. 52 *Glossa interlin.* ibid. 59 penes obiecta: Arist. ut supra q. 2 a. 2 219 in nota. 63 a forma: vide supra q. 1 a. 10 23 in nota. 75 dicetur: infra a. 6.

tatis, ita id quod est rationis; et ita sicut caritas quae est in voluntate est forma virtutum, ita et fides quae est in ratione; et ita unum non debet dici forma alterius.

12. Praeterea, ab eodem aliquid vivificatur et formatur; sed vita spiritualis attribuitur fidei, ut patet Hab. II « Iustus autem meus ex fide vivit »; ergo et formatio virtutum magis debet attribui fidei quam caritati.

13. Praeterea, in eo qui habet gratiam actus fidei formatus est; sed possibile est actum fidei talis hominis nullum habere ad caritatem ordinem; ergo actus fidei potest esse formatus non per caritatem, et ita non videtur quod etiam in ordine ad actum caritas sit forma fidei.

SED CONTRA, illud est forma fidei sine quo fides est informis; sed fides sine caritate est informis; ergo caritas est forma fidei.

2. Praeterea, Ambrosius dicit quod « caritas est mater omnium virtutum quae omnes informat ».

3. Praeterea, secundum hoc aliqua virtus dicitur esse formata quod actum meritorium elicere potest; sed nullus actus potest esse meritorius et Deo acceptus nisi ex amore procedat; ergo caritas est omnium virtutum forma.

4. Praeterea, id a quo res habet efficaciam operandi est forma eius; sed fides habet efficaciam operandi a caritate quia « fides per dilectionem operatur », Gal. v[6]; ergo caritas est forma fidei.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hanc quaestionem sunt diversae opiniones. Quidam enim dixerunt quod ipsa gratia est forma fidei et aliarum virtutum, non autem aliqua alia virtus nisi quatenus ponunt gratiam esse idem per essentiam cum virtute; sed hoc esse non potest: sive enim gratia et virtus per essentiam differant sive ratione tantum, gratia ad essentiam animae respicit, virtus autem ad potentiam; quamvis autem essentia sit radix omnium potentiarum, tamen non ex aequo omnes potentiae ab essentia fluunt cum quaedam potentiae sint naturaliter aliis priores et alias moveant; unde etiam oportet quod habitus qui sunt in inferioribus viribus formentur per habitus qui sunt in superioribus, et sic ab aliqua virtute superiori debet esse inferiorum virtutum formatio, non a gratia immediate. Unde quasi communiter dicitur quod caritas, quasi praecipua virtutum, sit aliarum virtutum forma, non solum in quantum vel est idem quod gratia vel habet gratiam inseparabiliter annexam, sed etiam ex hoc ipso quod est caritas, et sic etiam fidei forma dicitur esse.

Quomodo autem fides per caritatem formetur sic intelligendum est. Quandocumque enim sunt duo principia moventia vel agentia ad invicem ordinata, illud quod in effectu est ab agente superiori est sicut formale, quod vero est ab inferiori agente est sicut materiale: et hoc patet tam in naturalibus quam in moralibus. In actu enim nutritivae potentiae est vis animae sicut agens primum, calor vero igneus sicut agens instrumentale, ut dicitur in II De anima; quod autem in carne quae aggeneratur per nutritionem est ex parte caloris ignei, utpote aggregatio partium vel siccitas aut aliquid huiusmodi, est materiale respectu speciei carnis quae est ex vi animae. Similiter etiam cum ratio inferioribus potentiis imperet, utpote irascibili et concupiscibili, in habitu concupiscibilis id quod est ex parte concupiscibilis, utpote pronitas quaedam ad utendum aliqualiter con-

A 88 vita] *idem, ut videtur, sed in forma insueta et imp. praem.* pA 89 abachuc A 90 virtutum magis] magis *praem.* pA 100 informis] est *add.* pA 107 ex] *idem praem.* pA 114 circa...diversae opiniones] caritatem esse formam fidei omnes *praem.* pA (*cf. infra lin.* 131) 125 fluunt] *idem conf. praem.* pA 127 habitus...formentur] formatio in *praem.* pA 129 superiori debet] debet *praem.* pA 135 annexam] *idem conf. praem.* pA 141 in effectu] in agent *praem.* pA

Φ 83 id] illud Φ 85 et ita] ergo Φ 91 attribui] tribui Φ (-δ) 99 fides[2] *om.* Φ 104-108 Praeterea...forma (*scil. sed c.* 3) *om.* α 109 id] illud Φ (-γ) 111 operandi *om.* α $\delta^1$ (*def.* $\delta^2$) 134 quod] cum Φ 141 ordinata] inordinata Φ (-$\delta^1$) 143 ab] in α β $\delta^2$ 146 igneus] ignis Φ 150 aut] vel Φ 153 imperet] imperat Φ 155 id] hoc Φ

89 Rectius Hebr. $x^{38}$, cf. Hab. $II^4$. 101 Ambrosius: sic Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 23 c. 3, cf. ps.-Ambros. *Super I Cor.* $VIII^2$ (PL 17, 239 A). 112 Gal. $v^3$; cf. supra a. 3 93 in nota. 115 Quidam: Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 27 c. 6 ut refert Thomas *I-II* q. 110 a. 3. 134 vel est idem quod gratia: Petrus Lomb. hic supra; vel habet gratiam inseparabiliter annexam: non invenimus. 135 ex hoc...caritas: cf. Albertus *Super Sent. III* d. 27 a. 3 et ipse Thomas *Super Sent. III* d. 27 q. 2 a. 4 sol. 3. 148 *De anima* II 8 (416 a 9 sqq.) et Averroes ibid. comm. 40 et 41 ($VI^1$, 71).

cupiscibilibus, est quasi materialis in temperantia; ordo vero qui est rationis et rectitudo est quasi forma eius; et sic est etiam in aliis virtutibus moralibus: unde quidam philosophi omnes virtutes scientias appellabant, ut dicitur in VI Ethicorum. Cum igitur fides sit in intellectu secundum quod est motus et imperatus a voluntate, id quod est ex parte cognitionis est quasi materiale in ipsa, sed ex parte voluntatis accipienda est sua formatio. Et ita, cum caritas sit perfectio voluntatis, a caritate fides informatur et eadem ratione omnes aliae virtutes prout a theologo considerantur, prout scilicet sunt principia actus meritorii. Non autem potest aliquis actus esse meritorius nisi sit voluntarius, ut supra dictum est; et sic patet quod omnes virtutes quas theologus considerat sunt in viribus animae prout sunt a voluntate motae.

1. Ad primum igitur dicendum quod non dicitur esse | forma fidei caritas per modum *112vb* quo forma est pars essentiae – sic enim contra fidem dividi non posset –, sed in quantum aliquam perfectionem fides a caritate consequitur; sicut etiam in universo elementa superiora dicuntur esse ut forma inferiorum, ut aer aquae et aqua terrae, ut dicitur in IV Physicorum.

2. Et per hoc patet responsio ad secundum.

3. Ad tertium dicendum quod modus quo caritas dicitur forma appropinquat ad modum illum quo exemplar formam dicimus, quia id quod est perfectionis in fide a caritate deducitur, ita quod caritas habeat illud essentialiter, fides vero et ceterae virtutes participative.

4. Ad quartum dicendum quod ipse habitus caritatis, cum non sit intrinsecus fidei, non potest dici neque forma substantialis neque accidentalis eius; potest autem aliquo modo dici exemplaris forma. Nec tamen oportet quod caritas sine fide esse possit: non enim fides exemplatur a caritate secundum id quod est fides – sic enim fides caritatem praecedit ex parte eius quod cognitionis est in fide –, sed solum secundum hoc quod est perfecta. Et sic nihil prohibet ut fides quantum ad aliquid sit prior caritate, ut sine ea caritas esse non possit, et quantum ad aliud sit exemplar fidei quam semper format utpote semper sibi praesentem; sed id quod ex caritate in fide relinquitur est fidei intrinsecum, et hoc quomodo sit fidei accidentale vel substantiale infra dicetur.

5. Ad quintum dicendum quod voluntas et intellectus diversimode invicem se praecedunt; intellectus enim praecedit voluntatem in via receptionis: ad hoc enim quod aliquid voluntatem moveat oportet quod prius in intellectu recipiatur, ut patet in III De anima; sed in movendo sive agendo voluntas est prior quia omnis actio vel motus est ex intentione boni, et inde est quod voluntas omnes inferiores vires movere dicitur cuius obiectum proprium est bonum sub ratione boni. Praemium autem dicitur per modum receptionis, sed meritum per modum actionis; et inde est quod totum praemium principaliter attribuitur intellectui, et dicitur 'visio tota merces' quia inchoatur merces in intellectu et consummatur in affectu; meritum autem attribuitur caritati quia primum quod movet ad operandum opera meritoria est voluntas quam caritas perficit.

6. Ad sextum dicendum quod plures esse perfectiones unius rei eodem ordine est impossibile; gratia autem est sicut perfectio prima virtutum, sed caritas sicut perfectio proxima.

7. Ad septimum dicendum quod actus fidei qui caritatem praecedit est actus imperfectus a caritate perfectionem expectans: fides enim quantum ad aliquid est prior caritate et quantum ad aliquid posterior, ut dictum est.

A 160 unde] *idem conf. praem.* pA 178 enim contra] con *praem.* pA 190 ita quod caritas] ut ca *praem.* pA 204 sit: *subaudi* ipsa caritas 213 ad hoc...quod prius] priu *praem.* pA 225 consumatur A 226 caritati *em.* A] *conf.* pA 229 plures...unius] unius *praem.* pA 235 expectans] imp *praem.* pA

Φ 157 quasi *om.* Σ 166 sua] ipsius Φ ita] ideo Φ 198 id] illud Φ (-γ) *om.* γ 201 hoc *om.* Φ 202 ut] quod Φ 202 aliquid] hoc α $\delta^1$ hoc *praem.* β γ hoc quod $\delta^2$ 211 invicem] ad invicem *post* praecedunt Φ 214 prius] *om.* P primum Φ 219 movere] *om.* α β $\delta^2$ *post* dicitur γ 227 quod movet] movens P Φ 231 prima] propria (*ante* perfectio γ) Σ ($\delta^1$) 236 et *om.* Φ

162 *Ethic.* VI 11 (1144 b 29). 172 supra: a. 3. 184 *Phys.* IV 8 (212 b 35). 208 infra: a. 6. 215 *De anima* III 15 (433 b 11). 219 dicitur: ps.-Ans. ut supra q. 10 a. 2 205 in nota.

8. Ad octavum dicendum quod obiectio illa procedit de actu qui est fidei secundum se, non prout est a caritate perfectus.

9. Ad nonum dicendum quod quando superior vis perfecta est, ex eius perfectione relinquitur aliqua perfectio in inferiori; et sic cum caritas est in voluntate, eius perfectio aliquo modo redundat in intellectum, et sic caritas non solum actum fidei sed ipsam etiam fidem format.

10. Ad decimum dicendum quod Apostolus in verbis illis videtur loqui de istis habitibus, non attendens in eis rationem virtutis, sed magis quod sunt quaedam dona et perfectiones; unde in eadem contextione sermonis facit mentionem de prophetia et quibusdam aliis gratiis datis gratis quae virtutes non ponuntur. Si tamen de eis ⟨loquitur⟩ in quantum sunt virtutes quaedam, adhuc ratio non sequitur: contingit enim aliqua ex opposito dividi quorum tamen unum est alterius causa vel perfectio, sicut motus localis dividitur contra alios motus cum tamen sit causa eorum; et sic caritas contra alias virtutes dividitur quamvis sit forma earum.

11. Ad undecimum dicendum quod ratio potest dupliciter considerari: uno modo secundum se, alio modo secundum quod regit inferiores vires. In quantum igitur est inferiorum virium regitiva perficitur per prudentiam, et inde est quod omnes aliae virtutes morales quibus inferiores vires perficiuntur, per prudentiam formantur sicut per proximam formam. Sed fides perficit rationem in se consideratam prout est speculativa veri; unde eius non est formare inferiores virtutes, sed formari a caritate quae etiam alias format, et ipsam prudentiam in quantum ipsa etiam prudentia propter finem qui est caritatis obiectum, circa ea quae sunt ad finem ratiocinatur.

12. Ad duodecimum dicendum quod aliquid commune attribuitur alicui specialiter dupliciter: vel quia sibi perfectissime convenit, sicut si cognoscere attribuamus intellectui, vel quia in eo primo invenitur, sicut vivere attribuitur animae vegetabili, ut patet in I De anima, quia in actibus eius primo apparet vita. Vita ergo spiritualis attribuitur fidei quia in eius actu primo apparet, quamvis eius complementum sit in caritate, et ex hoc ipsa est forma aliarum virtutum.

13. Ad tertium decimum dicendum quod in habente caritatem non potest esse aliquis actus virtutis nisi a caritate formatus: aut enim actus ille erit in finem debitum ordinatus, et hoc non potest esse nisi per caritatem in habente caritatem, aut non est ordinatus in debitum finem, et sic non erit actus virtutis; unde non potest esse quod actus fidei sit formatus a gratia et non a caritate, quia gratia non habet ordinem ad actum nisi mediante caritate.

## Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum fides informis sit virtus. *113ra*

Et videtur quod sic: illud enim quod fides a caritate consequitur non potest esse ipsi fidei essentiale cum sine eo fides esse possit; sed per id quod est alicui accidentale non collocatur aliquid in genere; ergo fides per id quod est formata a caritate non collocatur in genere virtutis, ergo sine forma caritatis est virtus.

2. Praeterea, vitio nihil opponitur nisi virtus vel vitium; sed infidelitas, quae vitium est, opponitur fidei informi non ut vitio, ergo ut virtuti, et sic idem quod prius.

3. Sed dicebat quod infidelitas opponitur solum fidei formatae. — Sed contra, habitus

A 248 quod] si etiam (etiam *non perspicue deletum*) *add.* pA 254 Si] *ante et post* tamen A, *et alterum delevimus* 255 ⟨loquitur⟩ *suppl.* (*cf.* P Φ)] *trans. ad lin. inter* de *et* eis *om.* A 261 virtutes *hic* A] *post* quamvis pA 268 per...sicut] sicut *praem.* pA 272 formari (*e* formare pA) *em.* A 282 ut] *idem conf. praem.* pA 283 vita[1]] et hoc modo *add.* pA
11 infidelitas] in[d] *idem conf. inc. praem.* pA quae] *ante et post* vitium est A, *et alterum delevimus* 15 formatae] for *conf. praem.* pA

Φ 247 format] informat Φ 248 Apostolus] etiam (*induc.* pA) *praem.* Φ (-$\delta^1$) etiam *add.* $\delta^1$ 255 ⟨loquitur⟩ *ante* de eis *suppl.* P Φ 268 vires *om.* Φ 273 et] etiam Φ 274 etiam] *om.* $\delta^1$ *ante* ipsa Σ (-$\delta^1$) 275 circa] *om.* Σ contra β 277 aliquid] aliquod Σ
4 esse[1]] *om* α β $\delta^2$ *post* essentiale γ $\delta^1$ 11 quae *post* vitium est (*induc.* A) Φ 15 solum] soli Φ

282 Rectius *De anima* II 7 (415 a 23) ut refert Thomas infra q. 28 a. 1 ad 5.
1 Parall.: *II-II* q. 4 a. 5; *Super Sent. III* d. 23 q. 3 a. 1 qc. 2.

oportet esse oppositos quorum sunt actus oppositi; sed fidei informis et infidelitatis sunt actus oppositi, scilicet assentire et dissentire; ergo fides informis infidelitati opponitur.

4. Praeterea, virtus nihil aliud esse videtur quam habitus alicuius potentiae perfectivus; sed per fidem informem intellectus perficitur; ergo est virtus.

5. Praeterea, habitus infusi sunt nobiliores habitibus acquisitis; sed habitus acquisiti, scilicet politici, dicuntur virtutes etiam sine caritate, sicut a philosophis ponuntur; ergo multo fortius fides quae est habitus informis, cum sit habitus infusus, virtus est.

6. Praeterea, Augustinus dicit quod ceterae virtutes praeter caritatem possunt esse sine gratia; ergo etiam fides informis quae est sine gratia virtus est.

SED CONTRA, omnes virtutes sunt connexae ut qui habet unam omnes habeat, sicut dicit Augustinus; sed fides informis non est aliis connexa; ergo non est virtus.

2. Praeterea, nulla virtus est in daemonibus; fides informis est in daemonibus, nam « daemones credunt », Iac. II[19]; ergo fides informis non est virtus.

RESPONSIO. Dicendum quod loquendo proprie de virtute, fides informis non est virtus; cuius ratio est quia virtus proprie loquendo est habitus potens elicere actum perfectum. Quando autem aliquis actus dependet ex duabus potentiis, non potest dici perfectus nisi in utraque potentia perfectio inveniatur; et hoc patet tam in virtutibus moralibus quam intellectualibus. Cognitio enim conclusionum duo exigit, scilicet principiorum intellectum et rationem deducentem principia in conclusiones; sive ergo aliquis circa principia erret vel dubitet, sive in ratiocinando deficiat aut vim ratiocinationis non comprehendat, non erit in eo perfecta conclusionum cognitio, unde nec scientia quae virtus intellectualis est. Similiter etiam debitus actus concupiscibilis et ex ratione et ex concupiscibili dependet; unde si ratio non sit perfecta per prudentiam, non potest esse actus concupiscibilis perfectus quaecumque pronitas insit concupiscibili ad bonum; propter quod nec temperantia nec aliqua virtus moralis sine prudentia esse potest, ut dicitur in VI Ethicorum. Cum ergo credere dependeat et ex intellectu et voluntate, ut ex supra dictis patet, non potest esse talis actus perfectus nisi et voluntas sit perfecta per caritatem et intellectus per fidem; et inde est quod fides informis non potest esse virtus.

1. Ad primum igitur dicendum quod aliquid potest esse accidentale alicui prout est in genere naturae, quod est sibi essentiale prout refertur ad genus moris, scilicet ad vitium et virtutem, sicut finis debitus comestioni vel quaelibet alia circumstantia debita; et similiter id quod fides ex caritate recipit est sibi accidentale secundum genus naturae sed essentiale prout refertur ad genus moris, et ideo per hoc ponitur in genere virtutis.

2. Ad secundum dicendum quod vitium non solum opponitur virtuti perfectae sed etiam ei quod imperfectum est in genere virtutis, sicut intemperantia naturali habilitati quae inest concupiscibili ad bonum; et sic infidelitas informi fidei opponitur.

3. Tertium concedimus.

4. Ad quartum dicendum quod per fidem informem intellectus non perducitur in perfectionem sufficientem virtuti, ut ex dictis patet.

A 20 virtus] illud quod perfici *praem.* pA 25 habitus acquisiti, scilicet] virtutes acquisite scilicet *praem.* pA 36 fides] ei *add.* pA 50 Cognitio] perfecta (*deletio obscura*) enim *praem.* pA 51 principiorum] principia que *praem.* pA 52 principia] prin *conf. praem.* pA 53 sive ergo aliquis] Si igitur ali *praem.* pA 59 si (*e* sive pA) *em.* A 65 credere] *idem conf. et in fine lin. praem.* pA

Φ 40 fides...virtus] etc. Φ 46 dependet] *om.* α β *post* potentiis γ 50 Cognitio enim] perfecta (*induc.* pA) enim cognitio Φ 52 principia] principium Φ 57 etiam *om.* Φ 58 et[1] *om.* Φ et ex[2]] et Φ (-δ[1]) *om.* δ[1] 66 et[1] *om.* Φ 74 scilicet *om.* Φ 74 et] vel Σ 82 etiam *om.* Σ 89 informem] informis Φ

27 philosophis: Macrobius [*Comment. in somn. Scipionis* I c. 8, 5] ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 33 q. 1 a. 4 ad 2. 30 Augustinus: scil. Prosper Aquitanus *Sententiae ex August. delibatae* 7 (PL 45, 1859) et (PL 51, 428) ut refert Thomas *I-II* q. 65 a. 2 arg. 1. 36 *De Trin.* VI c. 4 (PL 42, 927), cf. etiam Ambros. *Super Lucam* V n. 63 (PL 15, 1738) ut refert Thomas *I-II* q. 65 a. 1 sed c. 65 *Ethic.* VI 11 (1144 b 32). 66 supra: a. 4.

5. Ad quintum dicendum quod philosophi non considerant virtutes secundum quod sunt principia actus meritorii; et ideo secundum eos habitus non formati caritate possunt dici virtutes, non autem secundum theologum.

6. Ad sextum dicendum quod Augustinus accipit large virtutes omnes habitus perficientes ad actus laudabiles. — Vel potest dici quod non intelligit Augustinus quod habitus sine gratia existentes virtutes dicantur, sed quia aliqui habitus, qui sunt virtutes quando sunt cum gratia, remanent sine gratia, non tamen tunc sunt virtutes.

## Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum sit idem habitus fidei informis et formatae. Et videtur quod non: gratia enim adveniens non habet minorem efficaciam in fideli quam in infideli; sed in infideli cum convertitur, cum gratia simul habitus fidei infunditur; ergo et similiter in fideli, et ita habitus fidei formatae est alius ab habitu fidei informis.

2. Praeterea, fides informis est principium timoris servilis, fides autem formata timoris casti vel initialis; sed adveniente timore filiali vel casto timor servilis expellitur; ergo et adveniente fide formata fides informis expellitur, et sic non est idem habitus utrique.

3. Praeterea, sicut dicit Boetius, accidentia corrumpi possunt, alterari autem minime; sed habitus fidei informis est quoddam accidens; ergo non potest alterari ut fiat ipsemet formatus.

113rb 4. Praeterea, adveniente vita | recedit mortuum; fides autem informis quae est « sine operibus mortua est », ut dicitur Iac. II[26]; ergo adveniente caritate, quae est principium vitae, tollitur fides informis, et ita non fit formata.

5. Praeterea, ex duobus accidentibus non fit unum; sed fides informis est quoddam accidens; ergo non potest esse quod ex ea et caritate fiat unum, quod videretur oportere si ipsamet fides informis formaretur.

6. Praeterea, quaecumque differunt genere, differunt et specie et numero; sed fides informis et formata differunt genere cum una sit virtus, non autem alia; ergo et differunt specie et numero.

7. Praeterea, habitus penes actus distinguuntur; sed fidei formatae et informis sunt diversi actus, scilicet credere in Deum et credere Deo vel Deum; ergo sunt diversi habitus.

8. Praeterea, diversi habitus diversis vitiis tolluntur cum unumquodque tollatur per suum contrarium et unum uni sit contrarium; sed fides formata tollitur per peccatum fornicationis, non autem fides informis sed solum per peccatum infidelitatis; ergo fides informis et formata sunt diversi habitus.

SED CONTRA, Iac. II[26] dicitur « Fides sine operibus mortua est », glosa « quibus reviviscit »; ergo ipsamet fides informis, quae mortua fuit, formatur et reviviscit.

2. Praeterea, res non diversificantur per ea quae sunt extra essentiam rerum; sed caritas est extra essentiam fidei; ergo ex hoc quod est esse sine caritate vel cum caritate, non diversificatur habitus fidei.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hoc sunt diversae opiniones. Quidam enim dicunt quod habitus qui fuit informis numquam fit formatus, sed cum ipsa gratia infunditur quidam novus habitus qui est fides formata, et eo adveniente habitus fidei informis discedit. Sed hoc non potest esse quia nihil expellitur nisi per

A 7 est] et *praem.* pA 32 virtus] *idem conf. praem.* pA 38 diversi] idem *praem.* pA habitus *em.* A] *conf.* pA 40 uni] n (*pro* u) *praem.* pA 49 per ea] nisi *casu praem.* A, *et delevimus ut poscit syllogismus et secundum doctrinam ipsius Thomae II-II* q. 4 a. 4

Φ 18 fiat ipsemet] ipsemet fit β ipsemet fiet $\delta^2$ *inv.* Σ (-$\delta^2$) 20 quae est *om.* Φ 38-44 Praeterea...habitus (*scil. arg.* 8) *om.* α δ 41 fides] *om.* β γ (*def.* α δ) 47 ipsamet] ipsa Φ (-$\delta^2$) per ipsa $\delta^2$ 49 diversificantur] nisi (*induc.* A) *add.* Φ (-γ) per] penes Φ 52 esse *om.* Φ 56 fit] efficitur P Φ

1 Parall.: *II-II* q. 4 a. 4; *Super Sent. III* d. 23 q. 3 a. 1 qc. 3; ibid. a. 4 qc. 1, 2 et 3; *Super Rom.* cap. 1 lect. 6. 9 fides...servilis: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. 8 c. 3 q. 1 (f. 183rb et vb). 10 servilis...casti vel initialis...filiali: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 34 c. 4. 15 *In Categor. Arist.* I c. De substantia (PL 64, 199 A). 34 penes actus: Arist. ut supra q. 2 a. 2 219 in nota. 36 in Deum...Deo vel Deum: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 23 c. 4. 46 *Glossa interlin.* ibid. 55 Quidam: Guill. Altiss. *Summa Aurea* III tr. 15 q. 3 (f. 209ra).

suum oppositum; si igitur per habitum fidei formatae expellitur habitus fidei informis, cum non opponatur ei nisi ratione informitatis, oportebit ipsam informitatem esse de essentia fidei informis et sic erit per essentiam suam malus habitus nec poterit esse donum Dei. Et praeterea, quando peccat aliquis mortaliter, tollitur gratia et fides formata et tamen videmus fidem remanere; nec est probabile quod dicunt quod tunc iterum donum fidei informis ei infundatur quia sic ex hoc ipso quod aliquis peccat, disponeretur ad recipiendum aliquod donum a Deo. Et ideo alii dicunt quod non tollitur habitus, sed tantum actus fidei informis adveniente caritate. Sed etiam hoc non potest stare quia sic habitus remaneret otiosus; et praeterea, cum actus fidei informis non habeat essentialem contrarietatem ad actum fidei formatae, non potest per eum impediri. Nec potest iterum dici quod uterque actus et habitus simul sit quia omnem actum quem facit fides informis potest facere fides formata; unde idem actus esset a duobus habitibus, quod non convenit.

Et ideo dicendum est cum aliis quod fides informis manet adveniente caritate et ipsamet formatur, et sic sola informitas tollitur; quod sic potest videri. In potentiis enim vel habitibus ex duobus attenditur diversitas, scilicet ex obiectis et ex diverso modo agendi; diversitas autem obiectorum diversificat potentias et habitus essentialiter, sicut visus differt ab auditu et castitas a fortitudine; sed quantum ad modum agendi non diversificantur potentiae vel habitus per essentiam sed secundum completum et incompletum: quod enim aliquis clarius vel minus clare videat, vel opus castitatis promptius vel minus prompte exerceat, non diversificat potentiam visivam vel habitum castitatis, sed ostendit potentiam et habitum esse perfectiorem et minus perfectum. Fides autem formata et informis non differunt in obiecto sed solum in modo agendi: fides enim formata perfecta voluntate assentit primae veritati, fides autem informis imperfecta voluntate; unde fides formata et informis non distinguuntur sicut duo diversi habitus, sed sicut habitus perfectus et imperfectus; unde cum idem habitus, qui prius fuit imperfectus, possit fieri perfectus, ipse habitus fidei informis postea fit formatus.

1. Ad primum igitur dicendum quod gratia non habet minorem efficaciam cum infunditur fideli quam cum infunditur infideli, sed hoc est per accidens quod in eo qui habet fidem non causat alium habitum fidei quia ipsum invenit; sicut ex doctrina alicuius docentis docetur inscius, sed scius non acquirit novum habitum sed in scientia prius habita fortificatur.

2. Ad secundum dicendum quod timor servilis non excluditur adveniente caritate quantum ad substantiam doni, sed solum quantum ad servilitatem; et sic etiam fides solum quantum ad informitatem tollitur adveniente gratia.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis accidens non possit alterari, subiectum tamen accidentis secundum aliquod accidens alteratur; et sic illud accidens variari dicitur, sicut albedo fit maior vel minor subiecto secundum albedinem alterato.

4. Ad quartum dicendum quod adveniente vita non oportet quod tollatur mortuum, sed mors; et ita non tollitur fides informis sed informitas per caritatem.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis ex duobus accidentibus non fiat unum, tamen unum accidens potest per aliud perfici, sicut color per lucem; et sic fides per caritatem perficitur.

6. Ad sextum dicendum quod fides infor-

A 66 Et praeterea] Et ideo alii dicunt quod non tollitur quantum ad essentiam habitus set religatur ne in actum exeat *praem.* pA (cf. *lin.* 73-ss) 70 tunc...donum] donum *praem.* pA 79 eum] eam *praem.* pA 87 formatur, et sic: *sub his verbis in cod. A quaedam sunt vestigia deletionis, quia tamen haec emendatio valde dubitabilis est, formam* pA *servavimus* 125 accidens] *idem conf. praem.* pA 132 mors] *idem mac. praem.* pA ita] *idem conf. praem.* pA 134 quamvis] fides non ins (*seu* inf *imp.*) *praem.* pA

Φ 68 et$^2$ *om.* Φ 77 actus] habitus Φ 83 habitibus] *om.* Σ (*def.* β) 85 est *om.* Φ 101 et] vel Φ 102-106 differunt...non *hom. om.* δ$^2$ 103 enim] autem Φ (*def.* δ$^2$) 110 postea *om.* Φ 114 quod] quia Φ (-δ$^1$) si *add.* δ$^1$ qui] tunc *add.* Φ 121 solum *om.* Φ 127 illud *om.* Φ

70 dicunt: cf. Bonaventura *Super Sent. III* d. 23 a. 2 q. 4 ubi eadem opinio allegatur. 73 alii: eandem opinionem iam allegant Philippus Cancellarius *Summa de bono* (ms. Vat. lat. 7669, f. 82$^{va}$) et *Summa fr. Alexandri* III pars n. 656 (p. 1041). 85 cum aliis: e. g. Bonaventura *Super Sent. III* d. 23 a. 2 q. 5.

mis et formata non dicuntur diversa in genere quasi in diversis generibus existentia, sed sicut perfectum quod attingit ad rationem generis et imperfectum quod nondum attingit; unde non oportet quod numero differant, sicut nec embryo et animal.

7. Ad septimum dicendum quod credere Deo et credere Deum et credere in Deum non nominant diversos actus sed diversas circumstantias eiusdem actus virtutis: in fide enim est aliquid ex parte cognitionis prout fides est argumentum, et sic quantum ad huius argumentationis principium actus fidei dicitur credere Deo – ex hoc enim movetur ad assentiendum credens alicui quia est divinitus dictum –; sed quantum ad conclusionem cui assentit, dicitur credere Deum – veritas enim prima est proprium obiectum fidei –; sed quantum ad id quod est voluntatis, dicitur actus fidei credere in Deum. Non est autem actus virtutis perfecte nisi has omnes circumstantias habeat.

8. Ad octavum dicendum quod fides formata tollitur fornicatione et aliis peccatis praeter infidelitatem, non quantum ad substantiam habitus, sed quantum ad formam tantum.

## Articulus octavus

*113va* Octavo quaeritur utrum obiectum fidei proprium sit veritas prima. Et videtur quod non: in symbolo enim fides explicatur; sed in symbolo ponuntur multa quae ad creaturas pertinent; ergo non tantum veritas prima est fidei obiectum.

2. Sed dicebat quod ea quae ad creaturas pertinent in symbolo posita se habent ad fidem quasi per accidens et secundario. — Sed contra, consideratio alicuius scientiae ad omnia illa se per se extendit ad quae extenditur efficacia proprii medii ex quo procedit; sed medium fidei est hoc quod credit Deo aliquid dicenti: ex hoc enim movetur fidelis ad assentiendum quod putat aliquid a Deo esse dictum; Deo autem credendum est non tantum de veritate prima sed de qualibet veritate; ergo quaelibet veritas est per se materia et obiectum fidei.

3. Praeterea, actus penes obiecta distinguuntur; sed actus fidei et visio Dei per speciem sunt actus diversi; cum ergo obiectum visionis praedictae sit ipsa veritas prima, non erit obiectum actus fidei.

4. Praeterea, veritas prima sic se habet ad fidem sicut lumen ad visum; lumen autem non est per se obiectum visus sed magis color in actu, ut Ptolomaeus dicit; ergo nec veritas prima est per se fidei obiectum.

5. Praeterea, fides est complexorum: his enim solis tamquam veris aliquis assentire potest; sed veritas prima est veritas incomplexa; ergo obiectum fidei non est veritas prima.

6. Praeterea, si per se obiectum fidei esset veritas prima, nihil quod pure ad creaturam pertinet pertineret ad fidem; sed resurrectio carnis pure ad creaturam pertinet et tamen inter articulos fidei computatur; ergo non est per se tantum obiectum fidei veritas prima.

7. Praeterea, sicut visibile est obiectum visus, ita credibile est obiectum fidei; sed multa alia sunt credibilia quam veritas prima; ergo veritas prima non est per se fidei obiectum.

8. Praeterea, relativorum est eadem cognitio propter hoc quod unum clauditur in intellectu alterius; sed Creator et creatura relative dicuntur; ergo cuiuscumque habitus cognitivi est obiectum Creator eius etiam erit obiectum creatura, et ita non potest esse quod veritas prima solummodo sit fidei obiectum.

A 145 et *scrips.*] nec (*mendum scribae e lapsu auditus*) A 146-165 Ad septimum...tantum (*scil. solut. 7 et 8*) *in appendice col.* 113rb 153 enim *em.* A] *conf.* pA 162 formata] informis *praem.* pA
13 fidei] cogno (*inc.* cognitionis) *praem.* pA 29 Praeterea] obiectum *add.* pA 30 aliquis *scrips.*] aliquid A 31 incomplexa] *idem valde conf. praem.* pA 34 nihil quod] quod *praem.* pA

Φ 151 huius] huiusmodi Φ (-δ1) 154 credens *om.* Σ 163 praeter infidelitatem] infidelitatis Φ (-δ)
4 creaturas] -ram Φ (-δ1) 12 ex] a Φ 17 de qualibet] alia *add.* Φ 20 speciem] essentiam Σ vel essentiam *add.* β 27 Ptolomaeus] philosophus P Φ 31 veritas2 *om.* Σ 40 est *om.* Φ

1 Parall.: *II-II* q. 1 a. 1; *Super Sent. III* d. 24 a. 1 qc. 1. 19 penes obiecta: Arist. ut supra q. 2 a. 2 219 in nota. 27 *Optica* sec. transl. Amirati Eugenii Siculi (ed. G. Govi, p. 8). 29 complexorum...incomplexa: Arist. ut supra q. 4 a. 2 106 in nota. 44 unum...alterius: Arist. ut supra q. 2 a. 3 162 in nota.

9. Praeterea, in qualibet cognitione illud in quod deducimur obiectum est, illud autem per quod in ipsum deducimur medium est; sed in fide deducimur ad assentiendum aliquibus veritatibus et de Deo et de creaturis per veritatem primam in quantum credimus Deum esse veracem; ergo veritas prima non se habet in fide ut cognitionis obiectum sed magis ut medium.

10. Praeterea, sicut caritas est virtus theologica ita et fides; sed caritas non solum habet pro obiecto Deum sed etiam proximum, unde et de dilectione Dei et proximi duo praecepta caritatis dantur; ergo et fides habet pro obiecto non solum veritatem primam sed etiam veritatem creatam.

11. Praeterea, Augustinus dicit quod in patria videbimus res ipsas, hic autem intuemur rerum imagines; sed visio fidei ad statum viae pertinet, ergo visio fidei est per imagines; sed imagines per quas intellectus noster videt sunt res creatae; ergo fidei obiectum est veritas creata.

12. Praeterea, fides est media inter scientiam et opinionem, ut patet per diffinitionem Hugonis de Sancto Victore; sed scientia et opinio est de complexo; ergo et fides, et ita non potest eius obiectum esse veritas prima quae est simplex.

13. Praeterea, principium fidei videtur esse revelatio prophetica per quam nobis divina annuntiata sunt; sed prophetiae obiectum non est veritas prima, immo magis res creatae quae sub certa differentia temporis cadunt; ergo nec fidei obiectum est veritas prima.

14. Praeterea, veritas contingens non est veritas prima; sed aliqua veritas fidei est veritas contingens: Christum enim pati contingens fuit cum esset dependens a libero arbitrio suo et etiam occidentium, et tamen de passione Christi est fides; ergo veritas prima non est proprium fidei obiectum.

15. Praeterea, fides proprie loquendo non est nisi complexorum; sed in articulis fidei quibusdam veritas prima cadit ut incomplexum, ut cum dicimus Deum passum vel mortuum; non ergo tangitur ibi veritas prima ut fidei obiectum.

16. Praeterea, veritas prima comparatur ad fidem dupliciter, scilicet ut testificans et ut id de quo est fides; sed non potest poni ut obiectum fidei in quantum est testificans: sic enim est extra fidei essentiam; nec iterum ut id de quo est fides quia sic quaecumque enuntiabilia formarentur de veritate prima essent credibilia, quod patet esse falsum; ergo veritas prima non est proprium obiectum fidei.

SED CONTRA est quod Dionysius dicit VII cap. De divinis nominibus quod fides est circa « simplicem et semper eodem modo se habentem veritatem »; sed talis non est nisi veritas prima; ergo etc.

2. Praeterea, virtus theologica idem habet pro fine et obiecto; sed fidei finis est veritas prima cuius apertam visionem fides meretur; ergo et obiectum eius est veritas prima.

3. Praeterea, Isidorus dicit quod articulus est perceptio divinae veritatis; sed fides in articulis continetur; ergo divina veritas est fidei obiectum.

4. Praeterea, sicut se habet caritas ad bonum, ita fides ad verum; sed caritatis per se obiectum est summum bonum quia caritas | Deum diligit et proximum propter Deum; *113vb* ergo et obiectum fidei est veritas prima.

RESPONSIO. Dicendum quod per se obiectum fidei veritas prima est; quod hinc accipi potest. Nullus enim habitus rationem virtutis

A 57 fide (*e* fidem *casu* pA) *em.* A 61 pro obiecto] pro obiectum *praem.* pA 70 per...sunt res creatae] sunt res create *praem.* pA 71 creatae (*e* creates *casu* pA) *em.* A 73 fides...inter scientiam et opinionem] inter visum et obiectum *praem.* pA 89 occidentium] g (*inc.* ergo) *add.* pA 94 quibusdam veritas *inv.* pA 122 quia...ergo] g (*inc.* ergo) *praem.* pA

Φ 54 et[1] *om.* Σ 57 in fide] ad fidem Φ sed...medium *om.* Φ (-δ) 63 habet] habebit Φ 68 viae] vite Φ (-δ[1]) 82 immo magis] sed Σ sed magis β 89 occidentium (*cum* A) P] iudeorum Φ 101 in quantum] ut Σ (-pγ) et pγ in β 104 formarentur] formentur Φ 112-115 Praeterea...prima (*scil. arg. sed. c.* 2) *om.* α δ

66 Augustinus: ex *Glossa* Petri Lomb. super I Cor. XIII[12] (PL 191, 1662 D). 75 *De sacramentis* I p. X c. 2 (PL 176, 330 C). 108 § 4 (PG 3, 873 A) sec. transl. Sarraceni (Dion. 412). 116 Non invenimus, eandem diffinitionem sine auctoris nomine laudat Philippus Cancellarius *Summa de bono* (ms. Vat. lat. 7669 f. 85[ra]), cf. etiam Albertus *Super Sent. III* d. 24 a. 4.

habet nisi ille cuius actus semper est bonus, aliter enim non esset perfectio potentiae; cum igitur actus intellectus sit bonus ex hoc quod verum considerat, oportet quod habitus in intellectu existens virtus esse non possit nisi sit talis quo infallibiliter verum dicatur, ratione cuius opinio non est virtus intellectualis sed scientia et intellectus, ut dicitur in VI Ethicorum. Hoc autem fides non potest habere, quae virtus ponitur, ex ipsa rerum evidentia cum sit non apparentium; oportet igitur quod hoc habeat ex hoc quod adhaeret alicui testimonio in quo infallibiliter veritas invenitur. Sicut autem omne esse creatum, quantum est de se, vanum est et defectibile nisi ab ente increato contineretur, ita etiam omnis creata veritas defectibilis est nisi quatenus per veritatem increatam rectificatur; unde neque hominis neque angeli testimonio assentire infallibiliter in veritatem duceret nisi in quantum in eis loquentis Dei testimonium consideratur. Unde oportet quod fides, quae virtus ponitur, faciat intellectum hominis adhaerere illi veritati quae in divina cognitione consistit transcendendo proprii intellectus veritatem; et sic fidelis « per simplicem et semper eodem modo se habentem veritatem liberatur ab instabili erroris varietate », ut dicit Dionysius VII cap. De divinis nominibus. Veritas autem divinae cognitionis hoc modo se habet quod primo et principaliter est ipsius rei increatae, creaturarum vero quodam modo consequenter in quantum Deus cognoscendo se ipsum alia omnia cognoscit; et ita fides quae hominem divinae cognitioni coniungit per assensum, ipsum Deum habet sicut principale obiectum, alia vero quaecumque sicut consequenter adiuncta.

1. Ad primum igitur dicendum quod omnia illa quae in symbolo ponuntur ad creaturas pertinentia non sunt materia fidei nisi secundum quod eis aliquid veritatis primae adiungitur: ipsa enim passio non cadit sub fide nisi in quantum credimus Deum passum, nec resurrectio nisi in quantum eam credimus divina virtute fieri.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis divino testimonio sit de omnibus credendum, tamen divinum testimonium sicut et cognitio primo et principaliter est de se ipso et consequenter de aliis, Ioh. VIII[18] « Ego testimonium perhibeo de me ipso et testimonium perhibet de me qui misit me, Pater »; unde et fides principaliter ⟨est⟩ de Deo, consequenter vero de aliis.

3. Ad tertium dicendum quod veritas prima est obiectum visionis patriae ut in sua specie apparens, fidei autem ut non apparens; unde etsi idem sit re utriusque actus obiectum, non tamen est idem ratione, et sic formaliter differens obiectum diversam speciem actus facit.

4. Ad quartum dicendum quod lumen quodam modo est obiectum visus et quodam modo non: in quantum enim lux non videtur nostris visibus nisi per hoc quod ad aliquod corpus terminatum per reflexionem vel alio modo coniungitur, dicitur non esse per se visus obiectum sed magis color qui semper est in corpore terminato; in quantum autem nihil nisi per lucem videri potest, lux primum visibile esse dicitur, ut idem Ptolomaeus dicit, et sic etiam veritas prima est primo et per se fidei obiectum.

5. Ad quintum dicendum quod res cognita dicitur esse cognitionis obiectum secundum quod est extra cognoscentem in se ipsa subsistens, quamvis de re tali non sit cognitio nisi per id quod de ipsa est in cognoscente, sicut color lapidis, qui est visus obiectum, non cognoscitur nisi per speciem eius in oculo; veritas igitur prima quae simplex est in se ipsa

A 129 potentiae] *idem conf. praem.* pA 137 quae...ex ipsa rerum evidentia] ex ipsa rerum evidentia *praem.* pA 138 apparentium A 143 increato *scrips. cum* Φ] creato *potius* (*sed macul.*) A 144 veritas *em.* A] *conf.* pA 145 rectificatur A: *fortasse e lapsu auditus pro* testificatur (*cf. lin.* 219, 235, 287) 161 et ita] . Vnde *praem.* pA 162 per: *postea ras. brev. in fine lin.* A 180 ⟨est⟩ *suppl. cum* P] *om.* A 188 lumen] dicitur non esse *add.* pA (*cf. lin.* 193)

Φ 141 omne esse] esse α δ omne β γ 143 contineretur] contineatur *ante* ab Φ 154 instabili] instabilis Σ 160 Deus] quidem P Φ 165 igitur] ergo Φ 166 creaturas] -turam Φ 178-179 de me...Pater] etc. Φ 180 ⟨est⟩ *suppl.* P] *om.* Φ 180 vero *om.* Φ 185 re *om.* Φ (-δ) 189 et *om.* Φ 196 primum (*cum* A) P] ipsum Φ 197 Ptolomaeus (*cum* A) P] philosophus Φ 206 prima] divina Σ

136 *Ethic.* VI 3 (1139 b 16). 141 omne...contineretur: August. *De Gen. ad litt.* IV c. 12 (PL 34, 383) et Gregor. *Moral.* XVI c. 37 (PL 75, 1143 C) ut refert Thomas *I Pars* q. 104 a. 1. 156 § 4 (PG 3, 873 A) sec. transl. Sarraceni (Dion. 412). 194 in corpore terminato: Arist. *De sensu* 6 (439 b 11). 197 Ut supra lin. 27.

est fidei obiectum, sed eam intellectus noster accipit modo suo per viam compositionis, et sic, per hoc quod compositioni factae assentit tamquam verae, in veritatem primam tendit ut in obiectum; et sic nihil prohibet fidei obiectum esse veritatem primam, quamvis sit complexorum.

6. Ad sextum dicendum quod resurrectio carnis et alia huiusmodi pertinent etiam ad veritatem primam in quantum divina virtute fiunt.

7. Ad septimum dicendum quod omnia credibilia ex hoc quod a Deo sunt testificata oportet principaliter esse de veritate prima et secundario de rebus creatis, ut ex dictis patet; alia vero credibilia non sunt huius fidei obiectum de qua nunc loquimur.

8. Ad octavum dicendum quod Creator non est obiectum fidei sub ratione Creatoris sed ut est veritas prima; unde non oportet quod fidei per se obiectum sit creatura: non enim quia eadem cognitio est domini et servi in quantum huiusmodi, propter hoc quicumque novit aliquid circa dominum novit aliquid circa servum.

9. Ad nonum dicendum quod, quamvis per veritatem primam deducamur in creaturas, principaliter tamen per eam deducimur in se ipsam quia ipsa principaliter de se testificatur; unde veritas prima se habet in fide et ut medium et ut obiectum.

10. Ad decimum dicendum quod caritas in proximo non diligit nisi Deum; unde ex hoc non sequitur quod caritatis obiectum sit aliquid aliud quam summum bonum.

11. Ad undecimum dicendum quod imagines per quas fides aliquid intuetur non sunt fidei obiectum, sed id per quod fides in suum obiectum tendit.

12. Ad duodecimum dicendum quod, quamvis fides sit de complexo quantum ad id quod in nobis est, tamen quantum ad id in quod per fidem ducimur sicut in obiectum est de simplici veritate.

13. Ad tertium decimum dicendum quod, quamvis prophetia pro materia habeat res creatas et temporales, tamen pro fine habet rem increatam: ad hoc enim omnes propheticae revelationes ordinantur, etiam illae quae de rebus creatis fiunt, ut Deus cognoscatur a nobis; et ideo prophetia inducit ad fidem sicut ad finem. | Nec oportet quod sit idem prophetiae et fidei obiectum vel materia, sed etsi aliquando sit de eodem fides et prophetia, non tamen secundum idem; sicut de passione Christi fuit prophetia antiquorum et fides, sed prophetia quantum ad id quod erat in ea temporale, fides autem quantum ad id quod erat in ea aeternum. *114ra*

14. Ad quartum decimum dicendum quod de passione non est fides nisi secundum quod coniungitur veritati aeternae, prout passio circa Deum consideratur; ipsa etiam passio, quamvis in se considerata sit contingens, tamen secundum quod divinae praescientiae substat, prout est de ea fides et prophetia, immobilem veritatem habet.

15. Ad quintum decimum dicendum quod subiectum se habet ad totam propositionem sicut materia; unde quamvis in talibus propositionibus, cum dicimus ' Deus est passus ', solummodo subiectum nominet quid increatum, tota tamen propositio dicitur esse de re increata sicut de materia, et sic non removetur quin fides habeat veritatem primam pro obiecto.

16. Ad sextum decimum dicendum quod pro tanto veritas prima dicitur esse fidei obiectum quia de ea est fides. Nec tamen oportet quod quodlibet enuntiabile de Deo formatum sit credibile sed illud solum de quo veritas divina testificatur, sicut etiam corpus mobile est subiectum naturalis philosophiae, nec tamen omnia enuntiabilia quae de corpore mobili possunt formari sunt scibilia, sed illa solum quae ex principiis naturalis philosophiae manifestantur; ipsum autem testimonium veritatis primae se habet in fide ut principium in scientiis demonstrativis.

A 214 resurrectio] illa etiam que *praem.* pA 236 unde...obiectum] . § Ad x.dicendum quod *praem.* pA 252 pro *sup. lin.* A] *om.* pA 258 finem *in appendice col.* 113$^{vb}$ 275 subiectum] tota complexio propositionis *praem.* pA 281 habeat] *litt. imp. praem.* pA 283 esse] *litt. imp. praem.* pA 293 primae...in fide] in fid (d *imp.*) *praem.* pA

Φ 215 etiam *om.* Φ 222 huius] *om.* $\delta^1$ huiusmodi *potius* Φ (-$\delta^1$) 274 quod] propositionis *add.* Φ 275 subiectum] obiectum Φ (-$\delta^1$)

## Articulus nonus

Nono quaeritur utrum fides possit esse de rebus scitis. Et videtur quod sic: unumquodque enim potest esse scitum quod necessaria ratione potest probari; sed secundum Richardum de Sancto Victore ad omnia quae credere oportet non deest ratio ' non solum probabilis sed etiam necessaria '; ergo de rebus creditis scientia haberi potest.

2. Praeterea, lumen gratiae divinitus infusum est efficacius quam lumen naturae; sed ea quae nobis manifestantur per lumen naturale rationis sunt a nobis scita vel intellecta et non solum credita; ergo et ea quae innotescunt nobis per lumen fidei divinitus infusum sunt a nobis scita, non solum credita.

3. Praeterea, certius et efficacius est Dei testimonium quam hominis quantumcumque scientis; sed eum qui procedit ex suppositione dicti alicuius scientis contingit habere scientiam, sicut patet in scientiis subalternatis quae sua principia supponunt a scientiis subalternantibus; ergo multo fortius de his quae sunt fidei habetur scientia cum supponantur ex testimonio divino.

4. Praeterea, quandocumque intellectus necessitate cogitur ad assentiendum habet scientiam de his quibus assentit: processus enim ex necessariis scientiam facit; sed his quae sunt fidei aliquis credens ex necessitate assentit: dicitur enim Iac. II[19] quod « daemones credunt et contremiscunt », quod non potest eorum voluntate fieri cum laudabilis eorum voluntas esse non possit, et sic relinquitur quod ex necessitate his quae sunt fidei assentiant; ergo de his quae sunt fidei potest esse scientia.

5. Praeterea, ea quae sunt naturaliter cognita sunt scita vel certius cognita quam scita; sed « cognitio Dei naturaliter est omnibus inserta », ut Damascenus dicit; fides autem est ad cognoscendum Deum; ergo ea quae sunt fidei possunt esse scita.

6. Praeterea, plus distat opinio a scientia quam fides; sed de eodem potest esse scientia et opinio, ut si aliquis unam et eandem conclusionem sciat et per syllogismum demonstrativum et per syllogismum dialecticum; ergo et potest de eodem esse scientia et fides.

7. Praeterea, Christum esse conceptum est articulus fidei; sed hoc Beata Virgo per experimentum scivit; ergo potest idem esse simul scitum et creditum.

8. Praeterea, Deum esse unum ponitur inter credibilia; sed hoc demonstrative probatur a philosophis, et ita potest esse scitum; ergo de eodem potest esse fides et scientia.

9. Praeterea, Deum esse est quoddam credibile; non autem credimus hoc eo quod sit Deo acceptum quia nullus potest extimare aliquid esse Deo acceptum nisi prius extimet esse Deum qui acceptet, et sic extimatio qua quis extimat Deum esse praecedit extimationem qua quis putat aliquid esse Deo acceptum, nec potest ex ea causari; sed ad credendum ea quae nescimus ducimur per hoc quod hoc credimus esse Deo acceptum; ergo Deum esse est creditum et scitum.

SED CONTRA, materia vel obiectum fidei principale est veritas prima; sed de prima veritate, id est de Deo, non potest esse homini scientia, ut videtur per Dionysium in I cap. De divinis nominibus; ergo non potest esse de eodem fides et scientia.

2. Praeterea, scientia per rationem perficitur; ratio autem vim fidei evacuat: « fides enim non habet meritum cui humana ratio praebet

A 31 quod] certum *add.* pA 49 Beata...per] p *imp. praem.* pA 52 unum] *idem conf. et imp. praem.* pA 53 probatur] potest *praem.* pA 59 prius] p *conf. et imp. praem.* pA extimet] extiss *praem.* pA 69 id est...non] non *praem.* pA

Φ 18 eum qui procedit] de eis (his δ) que procedunt Φ 20 sicut] ut Φ 21 supponunt] presupponunt Φ 25 necessitate cogitur] cogitur de necessitate Φ 31 potest] ex *add.* Φ 32 eorum] ipsorum Φ 33 ex] de Φ 34 assentiant] consentiant Φ 50 simul] *om.* α δ *post* scitum γ 57 eo] propter hoc Φ 59 esse[1] *om.* Σ 60 acceptet] accipit Φ 65 esse[1] *om.* Φ 69 potest] hic *add.* Φ 70 in *om.* Φ 71 esse] *om.* δ[1] *ante* fides[72] Φ (-δ[1])

1 Parall.: *II-II* q. 1 a. 4 et 5; *Super Sent. III* d. 24 a. 2 qc. 1 et 2; *Super Hebr.* cap. 11 lect. 1. 5 *De Trin.* I c. 4 (PL 196, 892 C). 39 *De fide* I c. 1 (PG 94, 789 B; Bt 12). 43 scientia et opinio: Arist. *Anal. post.* I 44 (89 a 25) ut refert Thomas *II-II* q. 1 a. 5 arg. 4. 45 syllogismum...dialecticum: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 7 n. 1 et Arist. *De soph. elench.* cap. 2 (165 a 38). 49 Beata Virgo...: idem exemplum profert Albertus *Super Sent. III* d. 24 a. 9 arg. 6. 71 § 1 (PG 3, 588 A; Dion. 7). 74 « fides...: Gregor. ut infra a. 10 91 in nota.

experimentum »; ergo fides et scientia non concurrunt in idem.

3. Praeterea, I Cor. XIII[10] « Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est »; sed cognitio fidei est ex parte, id est imperfecta, cognitio autem scientiae est perfecta; ergo scientia fidem evacuat.

RESPONSIO. Dicendum quod, secundum Augustinum in libro De videndo Deum, « creduntur illa quae absunt a sensibus nostris si videtur ideoneum testimonium quod eis perhibetur, videntur autem quae praesto sunt vel animi vel corporis sensibus »; quae quidem differentia evidens est in his quae praesto sunt corporis sensibus in quibus manifestum est quid praesto sit | sensibus et quid non sit *114rb* praesto, sed in sensibus animi quid praesto esse dicatur magis latet. Illa tamen praesto esse dicuntur intellectui quae capacitatem eius non excedunt ut intuitus intellectus in eis figatur: talibus enim aliquis assentit non propter testimonium alienum sed propter testimonium proprii intellectus; illa vero quae facultatem intellectus excedunt absentia esse dicuntur a sensibus animi, unde intellectus in eis figi non potest, unde eis non possumus assentire propter proprium testimonium sed propter testimonium alienum; et haec proprie credita esse dicuntur.

Unde fidei obiectum proprie est id quod est absens ab intellectu – « creduntur enim absentia sed videntur praesentia », ut in eodem libro Augustinus dicit –, vel etiam res non apparens, id est res non visa quia, ut dicitur Hebr. XI[1], « fides est argumentum non apparentum ». Quandocumque autem deficit ratio proprii obiecti, oportet quod et actus deficiat; unde quam cito incipit aliquid esse praesens vel apparens, non potest ut obiectum subesse actui fidei; quaecumque autem sciuntur proprie accepta scientia, cognoscuntur per resolutionem in prima principia quae per se praesto sunt intellectui, et sic omnis scientia in visione rei praesentis perficitur; unde impossibile est quod de eodem sit fides et scientia.

Sciendum tamen quod aliquid est credibile dupliciter: uno modo simpliciter, quod scilicet excedit facultatem intellectus omnium hominum in statu viae existentium, sicut Deum esse trinum et unum, et huiusmodi; et de his impossibile est ab aliquo homine scientiam haberi, sed quilibet fidelis assentit huiusmodi propter testimonium Dei cui haec sunt praesto et cognita. Aliquid vero est credibile non simpliciter sed respectu alicuius, quod quidem non excedit facultatem omnium hominum sed aliquorum tantum, sicut illa quae de Deo demonstrative sciri possunt, ut Deum esse, vel Deum esse unum aut incorporeum, et huiusmodi; et de his nihil prohibet quin sint ab aliquibus scita qui horum habent demonstrationes, et ab aliis credita qui horum demonstrationes non perceperunt. Sed impossibile est quod sint ab eodem scita et credita.

1. Ad primum igitur dicendum quod de omni quod oportet credi, si non est per se notum, habetur ratio non solum probabilis sed necessaria, ' quamvis eam nostram prudentiam contingat latere ', ut ibidem Richardus subdit; unde rationes credibilium sunt ignotae nobis, sed notae Deo et beatis qui de his non fidem sed visionem habent.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis lumen divinitus infusum sit efficacius quam lumen naturale, non tamen in statu isto participatur a nobis perfecte sed imperfecte; et ideo ex imperfecta participatione eius contingit quod non ducimur per illud lumen infusum

A 100 intellectus *rep.* A, *et alterum delevimus* 109 visa *em.* A] *conf.* pA 129 Aliquid] Quedam *praem.* pA 141 oportet] potest *praem.* pA 146 notae] ign *praem.* pA

Φ 76 concurrunt] concurrit Φ (-δ) 78 I *om.* Σ 80 sed *om.* Φ 91 sit[1]] corporis *add.* Φ sit praesto *om.* Φ 92 animi] cum Φ 95 figatur] figuratur Φ (-δ[2]) figura δ[2] 103 haec] hoc Φ (-δ[1]) 110 argumentum non apparentum] substantia etc. Φ 116 resolutionem (*cum* A) P] relationem Φ 121 tamen] autem Φ 123 intellectus *om.* Φ (-γ) 136 aliis] aliquibus P Φ 142 sed] etiam *add.* Φ 143 prudentiam] presentiam α β δ[2] scientiam γ pre sun *et lac.* δ[1] 152 ex imperfecta participatione] propter imperfectam participationem Φ

80 id est imperfecta: *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1661 D). 84 *Epist. 147* c. 2 (PL 33, 599). 108 L. c. hic supra. 144 ibidem: ut supra lin. 5.

in visionem eorum propter quorum cognitionem datur, sed hoc erit in patria quando perfecte illud lumen participabimus ubi ' in lumine Dei videbimus lumen '.

3. Ad tertium dicendum quod ille qui habet scientiam subalternatam non perfecte attingit ad rationem sciendi nisi in quantum eius cognitio continuatur quodam modo cum cognitione eius qui habet scientiam subalternantem; nihilominus tamen inferior sciens non dicitur de his quae supponit habere scientiam, sed de conclusionibus quae ex principiis suppositis de necessitate concluduntur; et sic etiam fidelis potest dici habere scientiam de his quae concluduntur ex articulis fidei.

4. Ad quartum dicendum quod daemones non voluntate assentiunt his quae credere dicuntur, sed coacti evidentia signorum ex quibus convincitur verum esse quod fideles credunt, quamvis illa signa non faciant apparere id quod creditur ut per hoc possint dici visionem eorum quae creduntur habere; unde et credere quasi aequivoce dicitur de hominibus fidelibus et de daemonibus, nec est in eis fides ex aliquo lumine gratiae infuso, sicut est in fidelibus.

5. Ad quintum dicendum quod de Deo non est fides quantum ad illud quod de Deo naturaliter est cognitum, sed quantum ad illud quod naturalem cognitionem excedit.

6. Ad sextum dicendum quod non videtur esse possibile quod aliquis de eodem simul habeat scientiam et opinionem quia opinio est « cum formidine alterius partis », quam formidinem scientia excludit; et similiter non est possibile quod sit de eodem fides et scientia.

7. Ad septimum dicendum quod Beata Virgo poterat quidem scire quod filium non ex virili commixtione conceperat; qua autem virtute conceptio illa facta fuerit non potuit scire, sed credidit angelo dicenti « Spiritus Sanctus superveniet in te » etc.

8. Ad octavum dicendum quod Deum esse unum prout est demonstratum, non ponitur articulus fidei sed praesuppositum ad articulos: cognitio enim fidei praesupponit cognitionem naturalem sicut et gratia naturam; sed unitas divinae essentiae talis qualis ponitur a fidelibus, scilicet cum omnipotentia et omnium providentia et aliis huiusmodi quae probari non possunt, articulum constituit.

9. Ad nonum dicendum quod aliquis potest incipere credere illud quod prius non credebat sed debilius extimabat; unde possibile est quod aliquis antequam credat Deum esse, extimaverit Deum esse et hoc esse ei placitum quod credatur eum esse. Et sic aliquis potest credere Deum esse eo quod sit placitum Deo, quamvis etiam hoc non sit articulus, sed antecedens articulum quia demonstrative probatur.

## Articulus decimus

Decimo quaeritur utrum necessarium sit homini habere fidem. Et videtur quod non: ut enim dicitur Deut. XXXII[4] « Dei perfecta sunt opera »; sed non est aliquid perfectum nisi provideatur ei de his quae sunt sibi necessaria ad finem proprium consequendum; ergo unicuique rei ex conditione suae naturae provisa sunt illa quae sufficiunt ad ultimum finem consequendum; sed ea quae sunt fidei sunt supra cognitionem homini ex naturali conditione competentem; ergo fides per quam huiusmodi accipiuntur sive cognoscuntur non *114va*

A 172 fideles] c *et litt. imp. add.* pA 181 quod] non *praem.* pA 189 scientia] s *conf. praem.* pA 192 commixtione] s (*inc.* semine *?*) *praem.* pA 203 probari *scrips. cum* P Φ] probatur *casu, in fine lin.*, A 210-213 credatur...probatur *in appendice col.* 114[rb]
9 consequendum] cons *idem conf. inc. praem.* pA 10 ex] *idem conf. praem.* pA

Φ 154 eorum] horum Σ 174 creditur] credatur Φ 181 illud] id *potius* Φ (-$\delta^1$) *om.* $\delta^1$ 182 est] non est (*ante* naturaliter β) α β *ante* de Deo γ nobis est *ante* naturaliter δ 182 illud] id Φ 183 cognitionem] *om.* α β *ante* naturalem δ 185 simul *om.* Φ 192 conceperat] acceperat Φ 193 fuerit] fuerat Φ 195 superveniet in te *om.* Φ 197 ponitur] dicitur Φ 202 omnium] omni Φ 209-210 et hoc...eum esse *om.* Σ (-$\delta^1$) 212 articulus] fidei *add.* Φ
5 sibi] ei Φ

156 ' in lumine...: Ps. XXXV[10]. 187 « cum formidine...: Avicenna ut supra a. 1 111 in nota. 194 « Spiritus...: Luc. I[35].
1 Parall.: *II-II* q. 2 a. 3 et 4; *Cont. Gent.* I c. 4 et 5; *Super Sent. III* d. 24 a. 3 qc. 1; *Super Boet. De Trin.* q. 3 a. 1; *Coll. de Credo* (in princ.).

est homini necessaria ad suum finem consequendum.

2. Sed dicebat quod homini ex sua conditione naturali sunt provisa illa quae sunt necessaria ad finem naturalem consequendum, cuiusmodi est felicitas viae quae ponitur a philosophis, non autem ad consequendum finem supernaturalem qui est beatitudo aeterna. — Sed contra, homo ex natura conditionis suae ad hoc factus est ut sit particeps aeternae beatitudinis: ad hoc enim Deus rationalem naturam capacem sui instituit, ut habetur in I dist. II Sententiarum; ergo in ipsa natura hominis debuerunt sibi esse indita principia per quae ipsum finem consequi posset.

3. Praeterea, sicut ad consequendum finem est necessaria cognitio, ita et operatio; sed ad consequendum finem supernaturalem non dantur nobis habitus virtutum ordinantes in alia opera quam in quae ordinamur per naturalem rationem, sed ad eadem opera perfectiori modo facienda: castitas enim infusa et acquisita eundem actum habere videntur, scilicet a delectationibus venereis refrenare; ergo nec propter consequendum finem supernaturalem oportuit nobis aliquem habitum cognitivum infundi ordinatum ad alia cognoscenda quam naturaliter cognoscere possumus, sed ad eadem perfectiori modo; et sic videtur quod habere fidem non apparentium rationi non fuit necessarium ad salutem.

4. Praeterea, potentia non indiget habitu propter id ad quod naturaliter determinatur, sicut patet de potentiis irrationabilibus quae sine habitu medio sua opera perficiunt, ut vis nutritiva et generativa; sed humanus intellectus naturaliter determinatur ad cognoscendum Deum; ergo non indiget habitu fidei ad hoc quod in cognitionem Dei ducatur.

5. Praeterea, perfectius est quod per se ipsum potest consequi finem quam quod non potest per se ipsum; sed alia animalia ex principiis naturalibus possunt consequi fines suos; cum ergo homo sit eis perfectior, videtur quod cognitio naturalis sit sibi sufficiens ad consequendum finem suum, et sic non indiget fide.

6. Praeterea, illud quod reputatur in vitium non videtur esse necessarium ad salutem; sed quod aliquis sit credulus reputatur in vitium, unde dicitur Eccli. XIX[4] « Qui cito credit levis est corde »; ergo credere non est necessarium ad salutem.

7. Praeterea, cum Deo sit summe credendum illi magis debemus credere per quem magis constat Deum esse locutum; sed magis constat Deum loqui per naturalem rationis instinctum quam per aliquem prophetam vel apostolum cum hoc certissimum sit Deum esse auctorem totius naturae; ergo his quae dictat ratio magis debemus adhaerere quam his quae praedicantur per apostolos vel prophetas, de quibus est fides; cum igitur huiusmodi videantur interdum dissonare ab his quae ratio naturalis dictat, sicut cum dicunt Deum trinum et unum vel virginem concepisse et alia huiusmodi, videtur quod non sit conveniens fidem habere de huiusmodi.

8. Praeterea, illud quod evacuatur altero adveniente non videtur esse propter illud necessarium: non enim evacuaretur nisi haberet aliquam oppositionem ad ipsum, oppositum autem non inducit ad suum oppositum sed magis abducit; sed fides evacuatur gloria adveniente; ergo non est necessaria propter gloriam consequendam.

9. Praeterea, nihil indiget ad suum finem consequendum eo per quod destruitur; sed fides destruit rationem: ut enim dicit Gregorius « Fides non habet meritum cui humana ratio praebet experimentum »; ergo ratio fide non indiget ad suum finem consequendum.

10. Praeterea, haereticus non habet habi-

A 15 sua] in *praem.* pA 35 a] *idem conf. praem.* pA 42 apparentium A 44 potentia] ad ea ad que *praem.* pA 58 fide (*e* fidei pA) *em.* A 63 ergo] fides vel *add.* pA 82 non] set hoc falsum est *praem.* pA enim] *idem conf. praem.* pA 85 sed ...ergo] ergo *praem.* pA

Φ 27 posset] possit Φ 42 fuit] fuerit Φ 45 determinatur] est determinata Φ 56 cum ergo] cum P unde cum Φ 57 sibi] ei Φ 63-64 levis...salutem] etc. α δ etc. *add.* β 74 huiusmodi] hoc (*seu* hec) Σ h' *praem.* β 79 huiusmodi] talibus Φ 91 cui...experimentum] etc. Φ

25 Cap. 4. 85 fides...adveniente: cf. *Glossa* Petri Lomb. super I Cor. XIII[10] (PL 191, 1662 D). 91 *In Evang.* II hom. 26 (PL 76, 1197 C).

tum fidei; sed contingit quod haereticus aliqua vera credit quae sunt supra facultatem rationis, sicut credit Filium Dei incarnatum quamvis non credat eum passum; ergo non est necessarius habitus fidei ad cognoscendum ea quae sunt supra rationem.

11. Praeterea, quando aliquid confirmatur per plura media, si unum illorum non habet firmitatem tota confirmatio efficacia caret, ut patet in deductionibus syllogismorum in quibus una de multis propositionibus falsa vel dubia existente probatio inefficax est; sed ea quae sunt fidei in nos per multa media devenerunt: a Deo enim dicta sunt apostolis vel prophetis, a quibus in successores eorum, et deinceps in alios, et sic usque ad nos pervenerunt per media diversa; non autem in omnibus istis mediis certum est esse infallibilem veritatem quia cum homines fuerint et decipi et decipere potuerunt; ergo nullam certitudinem habere possumus de his quae sunt fidei, et ita stultum videtur his assentire.

12. Praeterea, illud non videtur necessarium ad vitam aeternam consequendam quod meritum vitae | aeternae diminuit; sed cum difficultas operetur ad meritum, habitus qui facilitatem facit meritum diminuit; ergo habitus fidei non est necessarius ad salutem.

13. Praeterea, potentiae rationales sunt nobiliores quam naturales; sed naturales non indigent habitibus ad suos actus; ergo nec intellectus indiget habitu fidei ad suos actus.

SED CONTRA est quod dicitur Hebr. XI[6] « Sine fide impossibile est placere Deo ».

2. Praeterea, illud est necessarium ad salutem quo non habito homo damnatur; sed fides est huiusmodi: Marci ultimo « Qui vero non crediderit condemnabitur »; ergo fides est necessaria ad salutem.

3. Praeterea, altior vita altiori cognitione indiget; sed vita gratiae altior ⟨est⟩ quam vita naturae; ergo indiget aliqua cognitione supernaturali quae est cognitio fidei.

RESPONSIO. Dicendum quod habere fidem de his quae sunt supra rationem necessarium est ad vitam aeternam consequendam; quod hinc accipi potest. Non enim contingit aliquid de imperfecto ad perfectum adduci nisi per actionem alicuius perfecti; nec perfecti actio ab imperfecto statim in principio perfecte recipitur, sed primo quidem imperfecte et postmodum perfectius, et sic inde quousque ad perfectionem perveniat; et hoc quidem manifestum est in omnibus rebus naturalibus quae per successionem temporis perfectionem aliquam consequuntur. Et similiter etiam videmus in operibus humanis et praecipue in disciplinis: in principio enim homo imperfectus est in cognitione; ad hoc autem quod perfectionem scientiae consequatur, indiget aliquo instruente qui eum ad perfectionem scientiae ducat, quod facere non posset nisi ipse perfecte scientiam haberet utpote comprehendens rationes eorum quae sub scientia cadunt. Non autem in principio suae doctrinae statim ei qui instruitur tradit rationes scibilium de quibus instruere intendit, quia tunc statim in principio perfecte scientiam haberet qui instruitur, sed tradit ei quaedam quorum rationes tunc, cum primo instruitur, discipulus nescit, sciet autem post profectum in scientia; et ideo dicitur quod « oportet addiscentem credere »; et aliter ad perfectam scientiam pervenire non posset, nisi scilicet supponeret ea quae sibi in principio traduntur, quorum rationes tunc capere non potest. Ultima autem perfectio ad quam homo ordinatur consistit in perfecta Dei cognitione ad quam quidem pervenire non potest nisi operatione et quasi instructione divina, qui

114[vb]

A 103 tota] to *conf. praem.* pA 125 indigent] indiget (*casu om. comp. abbrev.*) A ergo] set *praem.* pA 128 Sine] sn *idem conf. inc. praem.* pA 131 marchi A 135 sed (*e* si pA) *em.* A ⟨est⟩ *suppl. cum* P Φ] *om.* A 140 quod...Non enim] non enim *praem.* pA 144 principio perfecte] per *praem.* pA 162 perfecte] perfectio *praem.* pA 170 Ultima autem] finis autem *praem.* pA 172 pervenire non] non *praem.* pA

Φ 113 fuerint] fuerunt Φ (-δ) 120 qui] autem Σ (*def.* δ[2]) 131 vero *om.* Φ 135 ⟨est⟩ *suppl.* P Φ 145 et postmodum perfectius] postea perfecte Φ 150 etiam *om.* Φ 160 scibilium] subtilium Σ (-δ[1]) sublimium (*seu* sublilium, sensibilium) δ[1] 173 quasi *om.* Σ

131 ultimo: XVI[16]. 166 « oportet...: Arist. [*De soph. elench.* cap. 2 (165 b 3)] ut refert Thomas *II-II* q. 2 a. 3.

est sui perfectus cognitor; huius autem perfectae cognitionis statim homo in sui principio capax non est, unde oportet ut accipiat per viam credendi aliqua per quae manuducatur ad perveniendum in perfectam cognitionem. Quorum quaedam talia sunt quod in hac vita perfecta cognitio de eis haberi non potest, quae totaliter vim humanae rationis excedunt; et ista oportet credere quamdiu in statu viae sumus, videbimus autem ea perfecte in statu patriae. Quaedam vero sunt ad quae etiam in hac vita perfecte cognoscenda possumus pervenire, sicut illa quae de Deo demonstrative probari possunt, quae tamen a principio necesse est credere, propter quinque rationes quas Rabbi Moyses ponit: quarum prima est profunditas et subtilitas istorum cognoscibilium quae sunt remotissima a sensibus, unde homo non est idoneus in principio perfecte ea cognoscere; secunda causa est debilitas humani intellectus in sui principio; tertia vero est multitudo eorum quae praeexiguntur ad istorum demonstrationem quae homo nonnisi in longissimo tempore addiscere potest; quarta est indispositio ad sciendum quae inest quibusdam propter pravitatem complexionis; quinta est necessitas occupationum ad providendum necessaria vitae.

Ex quibus omnibus apparet quod, si oporteret per demonstrationem solummodo accipere ea quae necessarium est cognoscere de Deo, paucissimi ad hoc pervenire possent et hi etiam nonnisi post longum tempus; unde patet quod salubriter est via fidei hominibus provisa per quam patet omnibus facilis aditus ad salutem secundum quodcumque tempus.

1. Ad primum igitur dicendum quod homini in conditione suae naturae perfecte providetur: in quantum ad finem illum consequendum qui est in potestate naturae dantur principia sufficientia ut sint causa illius finis, ad finem autem qui facultatem naturae excedit dantur principia non quae sint causae finis sed quibus homo est capax eorum per quae pervenitur ad finem; ut enim dicit Augustinus, « posse habere fidem et caritatem natura est hominum, habere autem est gratia fidelium ».

2. Ad secundum dicendum quod ab ipsa prima institutione natura humana est ordinata in finem beatitudinis, non quasi in finem debitum homini secundum naturam eius sed ex sola divina liberalitate; et ideo non oportet quod principia naturae sufficiant ad finem illum consequendum nisi fuerint adiuta donis superadditis ex divina liberalitate.

3. Ad tertium dicendum quod ille qui distat a fine potest habere cognitionem finis et affectionem, non autem operari circa finem sed solum circa ea quae sunt ad finem; et ideo ad perveniendum in finem supernaturalem in statu viae indigemus fide qua ipsum finem | cognoscamus ad quem cognitio naturalis non attingit. Sed ad ea quae sunt ad finem virtus naturalis attingit, non tamen prout sunt ordinata in finem illum; et ideo non indigemus habitibus infusis ad operandum alia quam dictat ratio naturalis sed ad eadem perfectiori modo facienda; non sic autem est ex parte cognitionis, ratione iam dicta. *115ra*

4. Ad quartum dicendum quod ad ea quae sunt fidei non naturaliter determinatur intellectus quasi ea naturaliter cognoscat, sed quodam modo naturaliter ordinatur in ipsa cognoscenda, sicut natura dicitur ordinari ad gratiam ex divina institutione; unde hoc non removet quin habitu fidei indigeamus.

5. Ad quintum dicendum quod homo perfectior est aliis animalibus, nec tamen determinata sunt sibi ab ipsa natura ea quae sunt necessaria ad finem consequendum sicut aliis animalibus, propter duas rationes: primo quia

A 174 perfectae...capax non est] perfectionis statim homo in sui principio capax non est *praem.* pA 176 est] quam *add.* pA 207 hominibus *ante et post* via fidei A, *et alterum delevimus* 214 ut sint causa] per viam causandi *praem.* pA 219-220 natura ...gratia (*et sic infra* q. 18 a. 6 *lin.* 132) A] naturae...gratiae *Augustinus* 242 iam] n *praem.* pA 248 divina *rep.* pA

Φ 176 ut] quod Φ 181 et] quia Φ 184 etiam] et Φ 214 ut] qui α $\delta^1$ que β γ $\delta^2$ 216 causae] causa Φ 219 natura] nature Φ 225-228 et ideo...liberalitate *hom. om.* α δ 227 adiuta] a vita β (*def.* α δ) 242 iam] supra P Φ 247 ordinari] ordinare Φ 248 institutione (*cum* A) P] iustificatione Φ

174 sui perfectus cognitor: Avicenna ut supra q. 2 a. 2 192. 189 *Dux neutr.* I c. 33. 218 *De praedest. sanct.* cap. 5 (PL 44, 968). 250 homo...: cf. Arist. *De part. animal.* IV c. 10 (686 a 25 sqq.) et Avicenna *De anima* V c. 1 (f. $22^{rb}$).

homo ad altiorem finem ordinatur, et ideo etiam si pluribus auxiliis indigeat ad ipsum consequendum et sibi naturalia principia non sufficiant, nihilominus perfectior erit; secundo quia hoc ipsum est in homine perfectionis quod multiplices vias potest habere ad consequendum suum finem. Unde non poterat ei una via naturalis determinari sicut aliis animalibus, sed loco omnium quae natura aliis animalibus providit data est homini ratio per quam et necessaria huius vitae sibi praeparare potest et disponere se ad recipienda divinitus auxilia futurae vitae.

6. Ad sextum dicendum quod esse credulum in vitium sonat quia designat superfluitatem in credendo, sicut esse bibulum superfluitatem in bibendo; ille autem qui credit Deo non excedit modum in credendo quia ei non potest nimis credi; unde ratio non sequitur.

7. Ad septimum dicendum quod per apostolos et prophetas numquam divinitus dicitur aliquid quod sit contrarium his quae naturalis ratio dictat; dicitur tamen aliquid quod comprehensionem rationis excedit, et pro tanto videtur rationi repugnare, quamvis non repugnet, sicut et rustico videtur repugnans rationi quod sol sit maior terra et quod 'diameter sit asymmeter costae', quae tamen sapienti rationabilia apparent.

8. Ad octavum dicendum quod fides evacuatur in gloria propter id quod est imperfectionis in ipsa, et secundum hoc habet aliquam oppositionem ad perfectionem gloriae; sed quantum ad id quod est cognitionis in fide, est necessaria ad salutem: hoc enim non est inconveniens ut aliqua imperfecta quae ordinantur ad perfectionem finis cessent fine veniente, sicut motus veniente quiete quae est eius finis.

9. Ad nonum dicendum quod fides non destruit rationem sed excedit eam et perficit, ut dictum est.

10. Ad decimum dicendum quod haereticus non habet habitum fidei etiamsi unum solum articulum discredat: habitus enim infusi per unum actum contrarium tolluntur; fidei etiam habitus hanc efficaciam habet ut per ipsum intellectus fidelis detineatur ne contrariis fidei assentiat, sicut et castitas refrenat a contrariis castitatis. Quod autem haereticus aliqua credat quae sunt supra naturalem cognitionem, non est ex aliquo habitu infuso quia ille habitus dirigeret eum in omnia credibilia aequaliter, sed est ex quadam extimatione humana, sicut etiam pagani aliqua supra naturam credunt de Deo.

11. Ad undecimum dicendum quod omnia media per quae ad nos fides venit suspicione carent: prophetis enim et apostolis credimus ex hoc quod Deus eis testimonium perhibuit miracula faciendo, ut dicitur Marci ultimo, «sermonem confirmante sequentibus signis»; successoribus autem apostolorum et prophetarum non credimus nisi in quantum nobis ea annuntiant quae illi in scriptis reliquerunt.

12. Ad duodecimum dicendum quod duplex est difficultas: quaedam ex ipsius condicione operis, et talis difficultas operatur ad meritum; alia est ex indispositione vel tarditate voluntatis, et talis potius diminuit meritum; et hanc aufert habitus, et non primam.

13. Ad tertium decimum dicendum quod potentiae naturales sunt determinatae ad unum et non indigent habitu determinante sicut rationabiles, quae sunt ad opposita.

A 255 finem] *idem conf. praem.* pA 263 natura] l *add.* pA 273 nimis *scrips.*] minis *casu* A 283 assymeter A (*cf. supra* q. 2 a. 1 *lin.* 249) 292 veniente] p *praem.* pA

Φ 260 quod] quia Φ 265 praeparare] parare Φ 282 et *om.* Φ 286 imperfectionis] perfectionis Φ 292 veniente] proveniente Φ 299 etiamsi] etsi Φ 306 sunt] *om.* Φ (-δ) *post* cognitionem δ 314 enim] etiam Φ 315 Deus eis] eis dominus Σ dominus eis β 324 vel] et Φ

282 'diameter...: Arist. ut supra q. 2 a. 1 249 in nota. 316 ultimo: XVI[20]. 328 potentiae naturales...: cf. Arist. *Metaph.* IX 2 (1046 b 5).

## Articulus undecimus

Undecimo quaeritur ⟨utrum⟩ sit necessarium explicite credere. Et videtur quod non: illud enim non est ponendum quo posito sequitur inconveniens; sed si ponamus quod sit necessarium ad salutem quod aliquid explicite credatur, sequitur inconveniens: possibile est enim aliquem nutriri in silvis vel etiam inter lupos, et talis non potest explicite aliquid de fide cognoscere, et sic erit aliquis homo qui de necessitate damnabitur, quod est inconveniens; et sic non videtur quod sit necessarium explicite aliquid credere.

2. Praeterea, ad illud quod non est in potestate nostra non tenemur; sed ad hoc quod explicite aliquid credamus indigemus auditu interiori vel exteriori: « fides » enim est « ex auditu », ut dicitur Rom. $x^{17}$, et audire non est in potestate alicuius nisi sit qui loquatur; et sic non est de necessitate salutis quod aliquid explicite credatur.

3. Praeterea, illa quae sunt subtilissima non sunt rudibus tradenda; sed nulla sunt subtiliora et altiora his quae rationem excedunt, qualia sunt articuli fidei; ergo talia non sunt populo tradenda, et sic non omnes saltem tenentur ad explicite aliquid credendum.

4. Praeterea, homo non tenetur ad cognoscendum illud quod etiam angeli | nesciunt; *115rb* sed angeli ante incarnationem mysterium incarnationis ignoraverunt, ut videtur Ieronymus dicere; ergo homines saltim tunc non tenebantur ad sciendum aliquid vel credendum explicite de Redemptore.

5. Praeterea, multi gentiles ante Christi adventum salvati sunt, ut Dionysius dicit IX cap. Caelestis hierarchiae; ipsi autem non poterant aliquid explicite de Redemptore cognoscere cum ad eos prophetae non pervenerint; ergo credere explicite articulos de Redemptore non videtur necessarium ad salutem.

6. Praeterea, inter articulos de Redemptore unus est de descensu ad inferos; sed de hoc articulo Iohannes dubitavit, secundum Gregorium, cum quaesivit « Tu es qui venturus es? », Matth. $xi^{3}$; cum igitur ipse fuerit de maioribus quia nullus eo « maior inter natos mulierum », ut ibidem dicitur, videtur quod nec etiam maiores teneantur ad cognoscendum explicite articulos de Redemptore.

SED E CONTRA videtur quod sit de necessitate salutis explicite omnia credere: eodem enim modo omnia ad fidem pertinent, ergo qua ratione oportet unum explicite credere eadem ratione oportet et omnia.

2. Praeterea, unusquisque tenetur ad vitandum omnes errores qui sunt contra fidem; sed hoc facere non potest nisi explicite omnes articulos cognoscat contra quos sunt errores; ergo oportet omnes explicite credere.

3. Praeterea, sicut mandata dirigunt in operandis, ita articuli in credendis; sed quilibet tenetur scire omnia mandata Decalogi: non enim excusaretur si per ignorantiam eorum aliquid committeret; ergo et quilibet tenetur omnes articulos explicite credere.

4. Praeterea, sicut Deus est obiectum fidei, ita et caritatis; sed nihil debet implicite diligi in Deo; ergo nec etiam aliquid implicite credi de eo.

5. Praeterea, haereticus, quantumcumque simplex, examinatur de omnibus articulis fidei; quod non esset nisi omnes explicite credere teneretur, et sic idem quod prius.

6. Praeterea, habitus fidei est idem specie in omnibus fidelibus; si igitur aliqui fideles

A 1 ⟨utrum⟩ *suppl. cum* P Φ] *om.* A de ex pA 3 enim] *idem conf. praem.* pA 25 saltem A 28 nesciunt] ne *in fine lin. et col.* 115ra *praem.* pA 29 angeli] etiam *add.* pA 31 saltim A 39 Redemptore] rep (p *imp.*) *idem conf. inc. praem.* pA 48 maiores...explicite] explicite *praem.* pA 53 credere] con *praem.* pA 72 quod] g (*inc.* ergo) *praem.* pA

Φ 1 ⟨utrum⟩ *suppl.* P Φ 27-33 Praeterea...Redemptore (*scil. arg.* 4) *om.* α 46 inter...mulierum *om.* α δ

1 Parall.: *II-II* q. 2 a. 5-8; *Super Sent. III* d. 25 q. 2 a. 1 et 2; *Super Hebr.* cap. 11 lect. 2. 3 quo posito...: Arist. ut supra q. 2 a. 12 21 in nota. 21 illa...tradenda: cf. I Cor. $iii^{1-2}$ ut referunt Thomas *Super Sent. III* d. 25 q. 2 a. 1 qc. 1 arg. 4 et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1554 A-C). 30 Ut supra q. 8 a. 4 141. 36 § 3 (PG 3, 261 A; Dion. 908). 44 *In Ez.* I hom. 1 (PL 76, 788 D) et *In Evang.* I hom. 6 (PL 76, 1095 D-1096 A), cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 25 c. 3. 47 ibidem: $xi^{11}$. 48 maiores: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 25 c. 2.

tenentur ad omnia quae sunt fidei explicite credenda, videtur quod etiam ad hoc omnes teneantur.

7. Praeterea, credere informiter non sufficit ad salutem; sed credere implicite est credere informiter quia frequenter praelati, in quorum fide nititur fides simplicium qui implicite credunt, habent fidem informem; ergo credere implicite non sufficit ad salutem.

RESPONSIO. Dicendum quod implicitum proprie dicitur esse illud in quo quasi in uno multa continentur, explicitum autem in quo unumquodque ipsorum in se consideratur; et transferuntur haec nomina a corporalibus ad spiritualia. Unde quando aliqua multa virtute continentur in aliquo uno, dicuntur esse in illo implicite, sicut conclusiones in principiis; explicite autem continetur in aliquo quod in eo actu existit. Unde ille qui cognoscit aliqua principia universalia habet implicitam cognitionem de omnibus conclusionibus particularibus, qui autem conclusiones actu considerat dicitur eas explicite cognoscere; unde et explicite dicimur aliqua credere quando eis actu cogitatis adhaeremus, implicite vero quando adhaeremus quibusdam in quibus sicut in universalibus principiis ista continentur, sicut qui credit fidem Ecclesiae esse veram, in hoc quasi implicite credit singula quae sub fide Ecclesiae continentur.

Sciendum est igitur quod aliquid est in fide ad quod omnes et omni tempore explicite credendum tenentur, quaedam vero sunt in ea quae omni tempore sunt explicite credenda sed non ab omnibus, quaedam vero ab omnibus sed non omni tempore, quaedam vero nec ab omnibus nec omni tempore. Quod enim oporteat omni tempore aliquid explicite credi a quolibet fideli, ex hoc apparet quia acceptio fidei se habet in nobis respectu ultimae perfectionis sicut acceptio discipuli de his quae sibi primo a magistro traduntur per quae in anteriora dirigitur; non posset autem dirigi nisi actu aliqua consideraret, unde oportet quod discipulus actualiter aliquid considerandum accipiat. Et similiter oportet quod fidelis quilibet aliquid explicite credat, et haec sunt duo illa quae Apostolus dicit Ad Hebr. XI[6] « Accedentem ad Deum oportet credere quia est et diligentibus se remunerator est »; unde quilibet tenetur explicite credere, et omni tempore, Deum esse et habere providentiam de rebus humanis.

Non est autem possibile ut aliquis in statu viae explicite cognoscat omnem illam scientiam quam Deus habet in qua nostra beatitudo consistit, sed possibile est aliquem in statu viae explicite cognoscere omnia illa quae proponuntur humano generi in hoc statu ut rudimenta quaedam quibus se in finem dirigat, et talis dicitur habere perfectam fidem quantum ad explicationem; sed haec perfectio non est omnium, unde et gradus in Ecclesia constituuntur ut quidam aliis praeponantur ad erudiendum in fide. Unde non tenentur omnes explicite credere omnia quae sunt fidei, sed solum illi qui eruditores fidei instituuntur, sicut sunt praelati et habentes curam animarum.

Nec tamen isti etiam secundum omne tempus tenentur omnia | explicite credere: sicut *115va*
enim est profectus unius hominis in fide per successiones temporum, ita etiam et totius humani generis; unde dicit Gregorius « per successiones temporum crevit divinae cognitionis augmentum ». Plenitudo autem temporis, quasi perfectio aetatis humani generis, est in tempore gratiae, unde in hoc tempore maiores omnia quae sunt fidei explicite credere tenen-

A 82 nititur] susten *praem.* pA 84 implicite *hic* A] informiter pA (*cf. nota insequens*) salutem] implicite *hic add.* pA, *quod ante* non *signis consuetis transposuit* A 86 in quo] quod *praem.* pA 92 explicite autem] et sic explicite *praem.* pA 98 explicite[2]] imp *praem.* pA 103 esse *hic conf.* pA] *clare post* veram A, *et ordinem dictatorum restituimus* 110 non *sup. lin.* A] *om.* pA 123 Accedentem... oportet] oportet *praem.* pA 124 diligentibus (*sic Thomas Super Sent. III* d. 25 q. 2 a. 1 qc. 1 sed c. 1 *manu propria*) A] inquirentibus *Vulg.* 141 fidei] in fide et *praem.* pA 144 explicite] scire (*in fine col.* 115[rb], *et trans. ad pag. casu non del.*) *praem.* A, *et delevimus*

Φ 77 videtur...teneantur] ergo et (et *om.* β) omnes tenentur ad hoc Φ 88 consideratur] –derantur Φ (-δ[1]) 98 eas] ea Φ (-δ[2]) eam δ[2] 113 omni tempore *om.* Φ a quolibet] ab omni Φ 114 quia] quod Φ 122 illa *om.* Φ 123 Ad *om.* Φ 124 et... est] etc. Φ 131 sed possibile est] licet possibile sit Φ 144 omnia] scire (*induc.* A) *add.* P Φ 146 successiones] –onem Φ (-δ[2])

85 implicitum...explicitum: vocabula theologiae scholasticae inde a Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. 3 c. 1 q. 5 (f. 133[va]). 147 *In Ez.* II hom. 4 (PL 76, 980 B). 149 Plenitudo...gratiae: cf. *Glossa* Petri Lomb. super Gal. IV[4] (PL 192, 135 B).

tur; sed temporibus praecedentibus etiam maiores non tenebantur ad credendum omnia explicite, plura autem explicite credebantur post tempus legis et prophetarum quam ante. In statu igitur ante peccatum non tenebantur explicite credere ea quae sunt de Redemptore quia adhuc necessitas redemptionis non erat; implicite tamen hoc credebant in divina providentia, in quantum scilicet Deum credebant diligentibus se provisurum de omnibus necessariis ad salutem. Sed ante peccatum et post omni tempore necessarium fuit a maioribus explicitam fidem de Trinitate habere, non autem a minoribus post peccatum usque ad tempus gratiae: ante peccatum enim forte talis distinctio non fuisset ut quidam per alios erudirentur de fide. Et similiter etiam post peccatum usque ad tempus gratiae maiores tenebantur habere fidem de Redemptore explicite, minores vero implicite, vel in fide patriarcharum et prophetarum vel in divina providentia.

Tempore vero gratiae omnes, maiores et minores, de Trinitate et de Redemptore tenentur explicitam fidem habere: non tamen omnia credibilia circa Trinitatem vel Redemptorem minores explicite credere tenentur sed soli maiores; minores autem tenentur explicite credere generales articulos, ut Deum esse trinum et unum, Filium Dei esse incarnatum, mortuum, et resurrexisse, et alia huiusmodi de quibus Ecclesia festa facit.

1. Ad primum igitur dicendum quod non sequitur inconveniens posito quod quilibet teneatur aliquid explicite credere etiam si in silvis vel inter bruta animalia nutriatur: hoc enim ad divinam providentiam pertinet ut cuilibet provideat de necessariis ad salutem dummodo ex parte eius non impediatur. Si enim aliquis taliter nutritus ductum rationis naturalis sequeretur in appetitu boni et fuga mali, certissime est tenendum quod Deus ei vel per internam inspirationem revelaret ea quae sunt necessaria ad credendum vel aliquem fidei praedicatorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium, Act. x[20].

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis non sit in potestate nostra cognoscere ea quae sunt fidei ex nobis ipsis, tamen si nos fecerimus quod in nobis est, ut scilicet ductum rationis naturalis sequamur, Deus non deficiet nobis ab eo quod est nobis necessarium.

3. Ad tertium dicendum quod ea quae sunt fidei non proponuntur simplicibus ut particulatim exponenda, sed in quadam generalitate; sic enim ea explicite credere tenentur, ut dictum est.

4. Ad quartum dicendum quod angeli, secundum Dionysium et Augustinum, primo sciverunt incarnationis Christi mysterium quam etiam homines, cum de ipso per angelos prophetae etiam sint instructi; sed a Ieronymo dicuntur per Ecclesiam hoc mysterium discere in quantum, praedicantibus apostolis, mysterium salutis gentium implebatur; et sic quantum ad aliquas circumstantias plenius sciebant iam praesens videntes quod futurum ante praeviderant.

5. Ad quintum dicendum quod gentiles non ponebantur ut instructores divinae fidei, unde quantumcumque essent sapientes sapientia saeculari inter minores computandi sunt, et ideo sufficiebat eis habere fidem de Redemptore implicite, vel in fide legis et prophetarum vel etiam in ipsa divina providentia; probabile tamen est multis etiam gentilibus ante Christi adventum mysterium redemptionis nostrae fuisse divinitus revelatum, sicut patet ex sybillinis vaticiniis.

6. Ad sextum dicendum quod Iohannes Baptista, quamvis suo tempore inter maiores fuerit computandus quia praeco veritatis fuit

A 167 forte] omnibus *praem.* pA 187 bruta] p *praem.* pA 191 ductum] *idem conf. praem.* pA 192 fuga (*e* figa pA) *em.* A 216 quantum] per *praem.* pA 229 sybillinis *em.* A] *conf.* pA 231 Johannes A

Φ 159 redemptionis (*cum* A) P] redemptoris Φ 162 de] in Φ 181 mortuum] et *praem.* Φ 209-219 Ad quartum... praeviderant *om.* α δ 213 instructi] abstracti β (*def.* α δ) 214 discere] dicere β γ (*def.* α δ) 225 et *om.* Φ 227 gentilibus (*cum* A) P] gentibus Φ 229 fuisse] gentilibus *praem.* Φ

210 *De cael. hier.* cap. 4 § 4 (PG 3, 181 B; Dion. 814) ut refert Thomas supra q. 8 a. 9 197; *De Gen. ad litt.* V c. 19 (PL 34, 334) ut refert Thomas supra q. 8 a. 9 204. 229 sybillinis vaticiniis: August. [*De civ. Dei* XVIII c. 23 (PL 41, 579)] ut refert Thomas *II-II* q. 2 a. 7 ad 3.

a Deo institutus, non tamen oportebat quod explicite crederet omnia quae post Christi passionem et resurrectionem tempore gratiae revelatae explicite creduntur: nondum enim suo tempore veritatis cognitio ad suum complementum pervenerat, quod praecipue factum est in adventu Spiritus Sancti. Quidam tamen dicunt quod Iohannes hoc quaesivit non ex persona sua, sed ex persona discipulorum qui dubitabant de Christo; quidam etiam dicunt quod non fuit quaestio dubitantis, sed pie admirantis humilitatem Christi si dignaretur ad inferos descendere.

1. Ad primum autem in contrarium dicendum quod non est eadem ratio de omnibus quae ad fidem pertinent: quaedam enim sunt aliis obscuriora et quaedam aliis sunt necessariora ad hoc quod homo dirigatur in finem; et ideo quosdam articulos prae aliis oportet explicite credere.

2. Ad secundum dicendum quod ille etiam qui non credit explicite omnes articulos potest omnes errores vitare quia ex habitu fidei retardatur ne assentiat contrariis articulorum quos etiam solum implicite novit, ut scilicet cum sibi proponuntur quasi insolita, suspecta habeat et assensum differat quousque instruatur per eum cuius est dubia in fide determinare.

3. Ad tertium dicendum quod mandata *115vb* Decalogi sunt de his quae | naturalis ratio dictat; et ideo quilibet tenetur ea explicite cognoscere; nec est similis ratio de articulis fidei qui sunt supra rationem.

4. Ad quartum dicendum quod diligere non distinguitur per implicite et explicite nisi quatenus dilectio fidem sequitur eo quod dilectio terminatur ad rem ipsam quae est extra animam quae in particulari subsistit, cognitio vero terminatur ad id quod est in apprehensione animae quae potest apprehendere aliquid vel in universali vel in particulari; et ideo non est simile de fide et caritate.

5. Ad quintum dicendum quod aliquis simplex qui accusatur de haeresi, non examinatur de omnibus articulis quia teneatur omnes explicite credere, sed quia tenetur non assentire pertinaciter contrario alicuius articulorum.

6. Ad sextum dicendum quod non est propter differentiam ex habitu fidei explicite credere quae aliis sufficit implicite credere, sed propter officium diversum; nam ille qui ponitur ut doctor fidei debet explicite nosse ea quae debet vel tenetur docere, et secundum quod est altior in officio debet etiam perfectiorem scientiam habere de his quae sunt fidei.

7. Ad septimum dicendum quod minores non habent fidem implicitam in fide aliquorum hominum particularium, sed in fide Ecclesiae quae non potest esse informis. Et praeterea unus non dicitur habere fidem implicitam in fide alterius propter hoc quod conveniat in modo credendi formate vel informiter, sed propter convenientiam in credito.

## Articulus duodecimus

Duodecimo quaeritur utrum una sit fides modernorum et antiquorum. Et videtur quod non: scientia enim universalis differt a scientia particulari; sed antiqui cognoscebant ea quae sunt fidei quasi in universali implicite credentes, moderni autem in particulari credentes explicite; ergo non est eadem fides modernorum et antiquorum.

2. Praeterea, fides est de enuntiabili; sed non sunt eadem enuntiabilia quae nos credimus et illi crediderunt, ut Christum nasciturum et Christum natum; ergo non est eadem fides nostra et antiquorum.

A 241 Johannes A 278 quia] quasi *imp. praem.* pA

Φ 235-237 omnia...creduntur *hom. om.* β γ 250 sunt *om.* Φ 257 assentiat] consentiat Φ 289 Ad septimum] ad viii Φ (-δ¹) 295 informiter] informis Φ

240 Quidam: Ioh. Chrysost. [*In Matth.* hom. 36 n. 2 (PG 57, 414)] ut refert Thomas *II-II* q. 2 a. 7 ad 2, cf. etiam Thomas *Cat. super Matth.* XI[8]. 243 quidam: Ambros. *Super Luc.* V n. 98 (PL 15, 1748) ut refert Thomas *II-II* q. 2 a. 7 ad. 2 291 in fide Ecclesiae: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. 3 c. 1 q. 5 (f. 133[va]).

1 Parall.: *II-II* q. 1 a. 2; *Super Sent. I* d. 41 expos. text.; *Super Sent. III* d. 24 a. 1 qc. 2. 9 fides est de enuntiabili: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. 2 c. 2 q. 2 (f. 134[vb]), Albertus *Super Sent. III* d. 24 a. 5, Bonaventura *Super Sent. III* d. 24 a. 1 q. 3, ipse Thomas *Super Sent. III* d. 24 q. 1 a. 1 sol. 2.

3. Praeterea, determinatum tempus in his quae sunt fidei est de necessariis ad credendum: aliquis enim infidelis reputatur ex hoc quod credit Christum nondum venisse sed esse venturum; sed in fide nostra et antiquorum sunt tempora variata: nos enim credimus de praeterito quod ipsi credebant de futuro; ergo non est eadem fides nostra et antiquorum.

SED CONTRA, Eph. IV[5] « Unus Dominus, una fides ».

RESPONSIO. Dicendum quod hoc pro firmo est tenendum, unam esse fidem antiquorum et modernorum; alias non esset una Ecclesia.

Ad hoc autem sustinendum quidam dixerunt esse idem enuntiabile de praeterito quod nos credimus et de futuro quod antiqui crediderunt; sed hoc non videtur esse conveniens ut variatis essentialibus compositionis partibus eadem compositio maneat; videmus etiam compositiones per alia accidentia verbi et nominis variari. Unde alii dixerunt quod enuntiabilia sunt diversa quae nos credimus et illi crediderunt, sed fides non est de enuntiabili sed de re; res autem est eadem quamvis enuntiabilia sint diversa: dicunt enim quod hoc per se competit fidei ut credat resurrectionem Christi, sed hoc est quasi accidentale ut credat eam esse vel fuisse. Sed hoc etiam falsum apparet quia credere, cum dicat assensum, non potest esse nisi de compositione in qua verum et falsum invenitur; unde cum dico ' credo resurrectionem ', oportet intelligi aliquam compositionem et hoc secundum aliquod tempus quod anima semper adiungit in dividendo et componendo, ut dicitur in III De anima, ut scilicet sensus ⟨sit⟩ ' credo resurrectionem ', id est credo resurrectionem esse vel fuisse vel futuram esse.

Et ideo dicendum est quod obiectum fidei dupliciter potest considerari: vel secundum se, prout est extra animam, et sic proprie habet rationem obiecti et ab eo accipit habitus multitudinem vel unitatem; vel secundum quod est participatum in cognoscente. Dicendum est igitur quod, si accipiatur id quod est obiectum fidei, scilicet res credita, prout est extra animam, sic est una quae refertur ad nos et antiquos, et ideo ex eius unitate fides unitatem recipit; si autem consideretur secundum quod est in acceptione nostra, sic plurificatur per diversa enuntiabilia, sed ab hac diversitate non diversificatur fides. Unde patet quod fides omnibus modis est una.

1. Ad primum igitur dicendum quod scire in universali et in particulari non diversificat scientiam nisi quantum ad modum sciendi, non autem quantum ad rem scitam a qua habitus habet unitatem.

**2.** Ad secundum patet responsio ex dictis.

**3.** Ad tertium dicendum quod tempus non variatur secundum quod est in re, sed secundum diversum ordinem ad nos vel ad illos: unum enim est tempus in quo Christus passus fuit, sed secundum diversos respectus ad aliquos dicitur praeteritum vel futurum, respectu praecedentium vel sequentium.

A 19 tempora] *idem conf. praem.* pA 27 dixerunt] quod *add.* pA 44 cum dico] d *praem.* pA 48 ⟨sit⟩ *suppl. cum* P Φ] *om.* A 56 participatum in] in *praem.* pA 60 unitatem *scrips.*] unitate (*compl. abbrev. casu om.*) A 68 sciendi] scien *conf. et in fine lin. praem.* pA 69 scitam] *idem praem.* pA 73 sed] *idem conf. praem.* pA 78 sequentium: *postea pars ultima col.* (*scil. quattuor lin. cum maiori parte alterius*) *vacat*

Φ 23 una fides] etc. *add.* Φ 28 esse] idem enuntiabile *praem.* Φ (-δ) *post* enuntiabile δ 30 esse *om.* Φ 37 est] *om.* Φ (-δ) *post* eadem δ 38 competit] convenit Φ 48 ut scilicet] ut Φ (-γ) et γ ⟨sit⟩] *ante* sensus *suppl.* P Φ 59 antiquos] ad *praem.* Φ 60 eius] *om.* Φ (-δ) hac δ 67 in[2] *om.* Φ (-δ) 74 ad[2] *om.* Φ

25 unam...modernorum: *Glossa ordin.* super Matth. XXI[9] (rectius Marc. XI[10]) ut refert Thomas *II-II* q. 107 a. 1 arg. 1, cf. etiam *Glossa* Petri Lomb. super II Cor. IV[13] (PL 192, 33 D) et Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. 2 c. 2 q. 2 (f. 134[va]). 27 quidam: Antiqui Nominales ut refert Thomas *I Pars* q. 14 a. 15 ad 3, cf. etiam supra q. 1 a. 6 49 in nota. 34 alii: Philippus Cancellarius *Summa de bono* (ms. Vat. lat. 7669, f. 84[vb]). 48 *De anima* III 11 (430 a 31).

# QUAESTIO QUINTA DECIMA

# De ratione superiori et inferiori

1. *Utrum intellectus et ratio sint diversae potentiae in homine.*
2. *Utrum ratio superior et inferior sint diversae potentiae.*
3. *Utrum in ratione superiori vel inferiori possit esse peccatum.*
4. *Utrum delectatio morosa sit peccatum mortale.*
5. *Utrum in ratione superiori possit esse peccatum veniale.*

## Articulus primus

116ra

Quaestio est de ratione superiori et inferiori. Et primo quaeritur utrum intellectus et ratio sint diversae potentiae in homine. Et videtur quod sic: dicitur enim in libro De spiritu et anima « Cum ab inferioribus ad superiora ascendere volumus, prius occurrit nobis sensus, deinde imaginatio, postea ratio, postea intellectus et postea intelligentia, et in summa est sapientia quae est ipse Deus »; sed imaginatio et sensus sunt diversae potentiae; ergo etiam ratio et intellectus.

2. Praeterea, homo, ut dicit Gregorius, cum omni creatura convenit, ratione cuius dicitur omnis creatura homo; sed id in quo homo convenit cum plantis est quaedam potentia animae, scilicet vegetativa, distincta a ratione quae est propria potentia hominis in quantum est homo, et similiter id in quo convenit cum brutis, scilicet sensus; ergo pari ratione id in quo convenit cum angelis qui sunt supra hominem, scilicet intellectus, est alia potentia a ratione quae est propria humani generis, ut dicit Boetius in V De consolatione.

3. Praeterea, sicut sensuum propriorum acceptiones terminantur ad sensum communem qui de eis iudicat, ita etiam rationis discursus terminatur ad intellectum ut iudicium feratur de his de quibus ratio contulit: tunc enim de his quae ratio confert homo iudicat, cum resolvendo ad principia devenitur quorum est intellectus, ratione cuius ars iudicandi resolutoria nominatur; ergo sicut sensus communis est alia potentia a sensu proprio, ita et intellectus a ratione.

4. Praeterea, comprehendere et iudicare sunt actus potentias diversas exigentes, ut patet in sensu proprio et communi, quorum sensus proprius comprehendit communis autem iudicat; sed, sicut dicitur in libro De spiritu et anima, « quicquid sensus percipit imaginatio repraesentat, cogitatio format, ingenium investigat, ratio iudicat, memoria servat, intelligentia comprehendit »; ergo ratio et intelligentia sunt diversae potentiae.

5. Praeterea, sicut se habet quod est omnibus

A 14 creatura] dicitur *add.* pA 19 in...cum] cum *praem.* pA 20 sunt] sut (*compl. abbr. om.*) A 28 de quibus] *idem conf. et imp. praem.* pA 42 ratio *in marg.* A] *idem conf.* pA

Φ 1 Quaestio: *eo quod per tractum quendam (praecipue qu.* 18) *quodam modo a stirpe* Φ *seiuncta est familia* δ, *ad clariorem status manifestationem nunc discrepantiae omnes notantur, quae a pluribus testium familiis praebentur* 3 in homine *om.* Σ 8 et[1] *om.* Φ 8 summa] summo Φ 11 etiam] et Φ et *om.* Φ (*cf. nota superior*) 14 homo[1] *om.* Σ in *om.* Φ (-δ) cum δ 30 quorum] de quibus Φ 41 cogitatio] cognitio Φ

1 Parall.: *Super Sent. III* d. 35 q. 2 a. 2 qc. 1; *I Pars* q. 79 a. 8. 5 Cap. 11 (PL 40, 786). 12 *In Evang.* II hom. 29 (PL 76, 1214 B). 23 Pr. 5 (PL 63, 854 B). 30 principia...intellectus: Arist. ut dicitur supra q. 2 a. 1 28. 31 resolutoria: cf. Boetius *De different. topic.* I (PL 64, 1173 B). 37 sensu...communi: cf. Arist. *De somno* cap. 2 (455 a 12 sqq.) et *De anima* III 2 (425 b 12 sqq.). 39 Cap. 11 (PL 40, 787).

modis simplex ad actum compositum, ita se habet illud quod est simpliciter compositum ad actum simplicem; sed intellectus divinus qui est omnibus modis simplex, non habet actum aliquem compositum sed simplicissimum; ergo et ratio nostra, quae composita est in quantum est collativa, non habet actum simplicem; actus autem intellectus est simplex, ' est enim intelligentia indivisibilium ' ut dicitur in III De anima; ergo intellectus et ratio non sunt una potentia.

6. Praeterea, anima rationalis secundum Philosophum in III De anima et Commentatorem ibidem, se ipsam cognoscit per aliquam similitudinem; mens autem in qua est imago secundum Augustinum in IX De Trinitate, se per se ipsam cognoscit; ergo ratio et mens sive intellectus non sunt idem.

7. Praeterea, potentiae diversificantur penes actus et actus penes obiecta; sed obiecta rationis et intellectus sunt maxime differentia: ut enim ⟨dicitur⟩ in libro De spiritu et anima, « anima sensu percipit corpora, imaginatione corporum similitudines, ratione corporum naturas, intellectu spiritum creatum, intelligentia spiritum increatum »; maxime autem differt natura corporea a spiritu creato; ergo intellectus et ratio sunt diversae potentiae.

8. Praeterea, Boetius dicit in V De consolatione « Ipsum hominem aliter sensus, aliter imaginatio, aliter ratio, aliter intelligentia intuetur. Sensus enim figuram in subiecta materia constitutam, imaginatio vero solam sine materia indicat figuram, ratio vero hanc quoque transcendit, speciem quoque ipsam quae in singularibus inest universali consideratione perpendit, intelligentia vero celsior oculus existit, supergressa namque universitatis ambitum ipsam illam simplicem formam pura mentis acie intuetur ». Sicut ergo imaginatio est diversa potentia a sensu ex hoc quod imaginatio considerat formam non in materia sensus vero in materia constitutam, ita intelligentia quae considerat formam absolute, est alia potentia a ratione quae considerat formam universalem in particularibus existentem. — Praeterea, Boetius dicit in IV De consolatione « Uti est ad intellectum ratiocinatio, ad id quod est id quod gignitur, ad aeternitatem tempus, ad punctum medium circulus, ita est fati series mobilis ad providentiae stabilem simplicitatem ». Sed constat quod providentia a fato, circulus a centro, tempus ab aeternitate, generatio ab ipso esse per essentiam differunt; ergo et ratio ab intellectu.

9. Praeterea, ut dicit Boetius in V De consolatione, « ratio humani tantum generis est sicut intelligentia sola divini »; sed id quod est divinum et humanum non potest communicare in eadem ratione potentiae; ergo non sunt una potentia.

10. Praeterea, secundum ordinem actuum est ordo potentiarum; sed accipere absolute aliquid, quod videtur esse intellectus, est prius quam conferre, quod pertinet ad rationem; ergo intellectus est ratione prior: nihil autem est prius se ipso; ergo non est eadem potentia ratio et intellectus.

11. Praeterea, est considerare rei entitatem absolute et entitatem rei in hoc, quarum considerationum neutra animae humanae deest; ergo oportet in anima humana esse duas potentias

A 47 compositum] *idem conf. et imp. praem.* pA 66 intellectus sunt] su (u *imp.*) *praem.* pA 67 ⟨dicitur⟩ *suppl.*] *om.* A 79 indicat A] iudicat *Boetius* 81 universali] quoque *add.* pA 82 vero] a (*inc.* autem?) *praem.* pA oculus *scrips.*] *conf.* (*fort.* circulus) A 83 ambitum] h (*ut videtur*) *praem.* pA 84 acie (*ex* aciem pA) *em.* A 91-100 Praeterea...intellectu: *quia hoc argumentum responsionem non habet, et ut ordo inter signationes aliorum solutionum servetur, non signatur numero solito* 92 Uti est] ubi (*potius*) est *praem.* pA 95 series *em.* A] *conf.* pA 97 a centro] as (s *imp.*) *praem.* pA 105 sunt...potentia] po (o *imp.*) *praem.* pA

Φ 47 illud *om.* Φ simpliciter] omnibus modis Σ 49 actum aliquem *inv.* Φ 54 ut] sicut Φ 57-58 Philosophum... Commentatorem *inv.* Φ 64-65 penes...penes] per...per Φ 67 ⟨dicitur⟩ *suppl.* Φ 68 sensu *post* corpora Φ 72 creato] increato Φ 78 constitutam] -tuta Φ (-δ²) 79 indicat] iudicat Φ (-α) 80 in singularibus inest] est in ipsis singularibus Φ 86 hoc] eo Φ 96 providentiae] divine *add.* Φ (-δ²) 99 differunt] differt Φ 103 divini] divina β γ δ² 105 eadem] una Φ 117 anima humana *inv.* Σ esse duas *inv.* Φ

55 Cap. 6 (430 a 26) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 333,1). 58 *De anima* III 9 (430 a 2). 59 Comm. 15 (VI¹, 159 F). 61 Cap. 3 (PL 42, 963). 64 potentiae...obiecta: Arist. ut supra q. 2 a. 2 219 in nota. 67 Cap. 11 (PL 40, 787). 75 Pr. 4 (PL 63, 849 A). 92 Pr. 6 (PL 63, 817 A). 102 Pr. 5 (PL 63, 854 B).

quarum una cognoscatur entitas absoluta, quod est intellectus, et alia entitas in alio, quod videtur esse rationis, et sic idem quod prius.

12. Praeterea, ut dicitur in libro De spiritu et anima, « ratio est mentis aspectus quo bonum malumque discernit, virtutes eligit Deumque diligit », quod ad affectum pertinere videtur qui est alia potentia quam intellectus; ergo et ratio est alia potentia ab intellectu.

13. Praeterea, rationalis contra concupiscibile et irascibile distinguitur; sed irascibilis et concupiscibilis pertinent ad appetitivam; ergo et ratio, et sic idem quod prius.

14. Praeterea, in III De anima Philosophus dicit quod ' in rationali est voluntas ', quae contra intellectum distinguitur, ergo idem quod prius.

*116rb* SED CONTRA est quod Augustinus dicere videtur in XV De Trinitate ubi dicit « Pervenimus ad Dei imaginem, quod est homo, in eo quod ceteris animalibus antecellit, id est ratione vel intelligentia, et quicquid aliud de anima rationali vel intellectuali dici potest quod pertineat ad illam rem quae mens vocatur vel animus »: ex quo videtur quod rationem et intelligentiam pro eodem accipiat.

2. Praeterea, in III Super Genesim ad litteram – et habetur in glosa Eph. IV[23] super illud ' Renovamini spiritu mentis vestrae ' – « Intelligamus in eo factum hominem ad imaginem Dei quo irrationabilibus animantibus antecellit: id autem est ipsa ratio vel mens vel intelligentia vel si quo alio vocabulo commodius appellatur »; ergo videtur quod ratio et intellectus secundum eum sint diversa nomina eiusdem potentiae.

3. Praeterea, ut dicitur in XIII De Trinitate ab Augustino, « Imago illius naturae qua nulla natura melior est, ibi quaerenda et invenienda est in nobis, quo etiam natura nostra nihil habet melius »; sed imago Dei est in nobis in superiori parte rationis, ut dicitur in XII et XV De Trinitate; ergo nulla alia potentia est in homine potior ratione. Intelligentia autem vel intellectus si essent aliud a ratione essent supra rationem, ut patet per auctoritates primo inductas Boetii et De spiritu et anima; ergo intellectus non est in homine alia potentia a ratione.

4. Praeterea, quanto aliqua potentia est immaterialior tanto ad plura potest se extendere; sed sensus communis quae est virtus materialis confert de sensibilibus propriis ea ad invicem discernendo; habet etiam eorum cognitionem absolute, alias inter ea discernere non posset ut probatur in II De anima; ergo multo fortius ratio quae est magis virtus immaterialis non solum potest conferre sed etiam absolute accipere, quod pertinet ad intellectum: et sic intellectus et ratio non videntur esse potentiae diversae.

5. Praeterea, in libro De spiritu et anima dicitur quod « mens universorum capax, omnium rerum similitudine insignita, anima dicitur et natura esse cum quadam potentia et naturali dignitate »; sed id quod totam animam nominat

A 118 una] *idem mac.* (*emendatum e* unam *primo scriptum*) *praem.* pA 120-134 esse rationis...quod prius *in appendice col.* 116ra A (*cf. nota insequens*) 135 Sed contra] esse (*conf. et imp. primo deletum*) esse rationis et sic idem quod prius *praem.* pA *in principio col.* 116rb 137 quod1 *ex Augustino* A 139 aliud de *scrips. cum Augustino*] aliude de pA aliud (*emend.* aliude *et casu del.* de) sA 141 rem] *conf.* pA *clare post* quae, *et signis consuetis suo loco restituit* A 147 imaginem *em.* A] *conf.* pA 148 irrationabilibus (*sic etiam infra* q. 22 a. 11 arg. 1) A] irrationalibus *Augustinus* 150 vel] *idem conf. et imp. praem.* pA 150 comodius A 154 XIII A] *revera* XIV 158 Dei] trini *praem.* pA superiori... rationis] ratione *praem.* pA 171 ea *scrips.*] eas (*e lapsu dictionis ut videtur, seu forsitan* differentias *sicut in auctoritate Aristotelis adlegata*) A 172 II] secundo A *revera* III 180 anima (*cf. lin.* 182) *sic* A] omnia *in auctoritate* dicitur] cum *praem.* pA (*cf. nota ad* cum *lin.* 181) 180 et *sup. lin.* A] *om.* pA 181 cum *sup. lin.* A] *hic om.* pA (*cf. nota ad* dicitur *lin.* 180)

Φ 119 et *om.* Φ 120 et...prius] et sic idem β *om.* Σ 126 est...intellectu *om.* Σ 127-134 Praeterea...prius (*scil. arg.* 13-14) *om.* α 133 ergo] et sic β γ idem...prius] etc. δ 136 in *om.* Φ 137 quod1] que Φ 142 et] vel Φ 143 accipiat *ante* pro eodem Φ 145 in glosa *om.* Σ 147 hominem *hic* A *cum Augustino*] *ante* in eo Φ 148 animantibus] animalibus Σ 150-151 vel si quo...appellatur *om.* Φ 151-153 videtur... potentiae] ut prius Φ 154-204 Praeterea...intellectus (*scil. arg. sed c.* 3-7) *om.* α δ 163 patet *om.* β γ 171 ea] eas (*cf.* A) β γ 180 et] etiam β γ

122 Cap. 11 (PL 40, 786). 127 rationalis...distinguitur: ps.-August. *De spir. et anima* ut refert Thomas infra q. 25 a. 2 sed c. 2. 131 *De anima* III 14 (432 b 5). 136 Cap. 1 (PL 42, 1057). 145 August. cap. 20 (PL 34, 292); *Glossa* Petri Lomb. (PL 192, 205 A). 154 Cap. 8 (PL 42, 1044). 159 Cap. 4 (PL 42, 1000). 160 Cap. 7 (PL 42, 1065). 163 inductas: supra arg. 2, 7, 8, 9 et 10. 166 quanto...extendere: cf. supra q. 2 a. 3 176 in nota. 172 *De anima* II (= III) 3 (426 b 12). 178 Cap. 11 (PL 40, 786).

non debet distingui ab aliqua animae potentia; ergo mens a ratione quae est quaedam animae potentia distingui non debet, et ita nec intellectus qui videtur esse idem quod mens.

6. Praeterea, in operatione animae humanae duplex compositio invenitur: una qua componit et dividit praedicatum cum subiecto formando propositiones, alia qua componit principia cum conclusionibus conferendo; sed in prima compositione eadem potentia animae humanae est quae ipsa simplicia apprehendit, id est praedicatum et subiectum, secundum proprias quiditates et quae componendo propositionem format, utrumque enim intellectui possibili attribuitur in III De anima; ergo et similiter una potentia erit quae ipsa principia accipit, quod est intellectus, et quae principia in conclusionem ordinat, quod est rationis.

7. Praeterea, in libro De spiritu et anima dicitur « Anima est spiritus intellectualis vel rationalis »; ex quo videtur quod ratio sit idem quod intellectus.

8. Praeterea, Augustinus dicit in XII De Trinitate quod ' ubi primum occurrit aliquid quod non sit nobis commune et pecori, hoc ad rationem pertinet '. Hoc etiam idem ad intellectum pertinet secundum Philosophum in libro De anima; ergo idem est ratio et intellectus.

9. Praeterea, differentia obiectorum quantum ad accidentales condiciones non demonstrat diversitatem potentiarum; homo enim coloratus et lapis coloratus eadem potentia sentiuntur; accidit enim sensibili in quantum est sensibile esse hominem vel lapidem. Sed obiecta quae in libro De spiritu et anima assignantur intellectui et rationi, scilicet spiritus creatus et natura corporea, non differunt sed conveniunt quantum ad per se rationem cognoscibilis: sicut enim spiritus incorporeus creatus ex hoc ipso intelligibilis est quod immaterialis est, ita etiam naturae corporeae non intelliguntur nisi in quantum a materia separantur, et sic utrumque in quantum cognoscitur communicat in una ratione cognoscibilis, in ratione scilicet immaterialis; ergo ratio et intellectus non sunt diversae potentiae.

10. Praeterea, omnis potentia quae comparat aliqua ad invicem oportet quod habeat utriusque absolute cognitionem, unde Philosophus probat in II De anima quod oportet in nobis esse unam potentiam quae cognoscat album et dulce per hoc quod discernimus inter ea; sed sicut qui discernit inter aliqua diversa comparat ea ad invicem, ita etiam qui confert unum alteri comparat; ergo illius potentiae quae confert, scilicet rationis, est etiam absolute aliquid accipere, quod pertinet ad intellectum.

11. Praeterea, nobilius est conferre quam conferri, sicut agere quam pati; sed per idem est aliquid intelligibile et conferibile; ergo et per idem est anima intelligens et conferens; ergo ratio et intellectus sunt idem.

12. Praeterea, unus habitus non est in diversis potentiis; sed idem habitus potest esse quo conferimus et absolute aliquid accipimus, sicut fides quae absolute aliquid accipit in quantum ipsi primae veritati inhaeret, confert vero in quantum eam in speculo creaturarum quodam quasi decursu intuetur; ergo eadem potentia est quae confert et absolute aliquid accipit.

RESPONSIO. Dicendum quod ad evidentiam istius quaestionis investigare oportet intellectus et rationis differentiam. Sciendum est igitur secundum Augustinum in III De Trinitate quod, sicut est ordo quidam inter substantias corporales ex quo quaedam aliis superiores dicuntur et earum regitivae, ita est etiam quidam ordo *116va*

A 183 non] *quandam litt. imp. praem.* pA 216 esse] *idem mac. et imp. praem.* pA obiecta *em.* A] obiectum *ut videtur* pA 216 quae...De spiritu] quod in libro de spiritu *praem.* pA (*cf. nota superior*) 224 utrumque *scrips.*] utrum *potius* A 234 hoc] *idem conf. praem.* pA 237 ergo] oportet esse *add.* pA 251 decursu A 252 accipit: *postea, tractum duxit scriba ut ultima linea col. compleatur*

Φ 200 est *om.* β γ 206 aliquid *om.* Σ 207 et pecori (cum bestiis *Augustinus*)] cum pecore Σ (-$\delta^1$) cum peccatore β cum pectore $\delta^1$ 211-228 Praeterea...potentiae *om.* α δ 225 cognoscitur] cognoscatur β γ 230 aliqua] alia α β 238 est etiam] erit Φ 238 accipere] cognoscere Σ 240-244 Praeterea...idem *om.* α δ 245 unus] idem Φ 247 absolute aliquid *inv.* Φ 250 eam] ipsam Φ 251 decursu (*cum* A) Σ] discursu β 252 absolute aliquid *inv.* Φ 255 igitur] quod *add.* Φ 257 corporales] corporeas Φ 259 est etiam *inv.* Φ

197 *De anima* III 11 (430 a 26). 201 Cap. 13 (PL 40, 788). 206 Cap. 8 (PL 42, 1005). 210 *De anima* III 4 (427 a 17). 217 Cap. 11 (PL 40, 787). 232 *De anima* II (= III) 3 (426 b 12). 256 Cap. 4 (PL 42, 873).

inter substantias spirituales. Superiorum autem et inferiorum corporum haec videtur esse differentia quod inferiora corpora suum perfectum esse per motum consequuntur, generationis scilicet, alterationis et augmenti ut patet in lapidibus, plantis et animalibus; superiora vero corpora suum perfectum esse habent quantum ad substantiam, virtutem, quantitatem et figuram absque omni motu statim in ipso sui principio, ut patet in sole, luna et stellis.

Perfectio autem spiritualis naturae in cognitione veritatis consistit. Unde sunt quaedam substantiae spirituales superiores quae sine aliquo motu vel discursu statim in prima et subita sive simplici acceptione cognitionem obtinent veritatis, sicut est in angelis, ratione cuius deiformem intellectum habere dicuntur. Quaedam vero sunt inferiores quae ad cognitionem veritatis perfectam pervenire non possunt nisi per quendam motum quo ab uno in aliud discurrunt ut ex cognitis in incognitorum notitiam perveniant, quod est proprie animarum humanarum: et inde est quod ipsi angeli intellectuales substantiae dicuntur, animae vero rationales.

Intellectus enim simplicem et absolutam cognitionem designare videtur; ex hoc enim aliquis intelligere dicitur quod intus in ipsa rei essentia veritatem quodam modo legit; ratio vero discursum quendam designat quo ex uno in aliud cognoscendum anima humana pertingit vel pervenit, unde dicit Ysaac in libro De diffinitionibus quod ratiocinatio est cursus causae in causatum. Motus autem omnis ab immobili procedit, ut dicit Augustinus in VIII Super Genesim ad litteram; motus etiam finis est quies, ut in V Physicorum dicitur: et sic motus comparatur ad quietem et ut ad principium et ut ad terminum, ita etiam et ratio quae comparatur ad intellectum ut motus ad quietem et ut generatio ad esse ut patet ex auctoritate Boetii supra inducta. Comparatur ad intellectum ut ad principium et ut ad terminum: ut ad principium quidem quia non posset mens humana ex uno in aliud discurrere nisi eius discursus ab aliqua simplici acceptione veritatis inciperet, quae quidem acceptio est intellectus principiorum; similiter etiam nec rationis discursus ad aliquid certum perveniret nisi fieret examinatio eius quod per discursum invenitur ad principia prima in quae ratio resolvit, ut sic intellectus inveniatur rationis principium quantum ad viam inveniendi, terminus vero quantum ad viam iudicandi. Unde quamvis cognitio humanae animae proprie sit per viam rationis, est tamen in ea aliqua participatio illius simplicis cognitionis quae in superioribus substantiis invenitur, ex quo etiam intellectivam vim habere dicuntur; et hoc secundum illum modum quem Dionysius in VII cap. De divinis nominibus assignat dicens quod divina sapientia « semper fines priorum coniungit principiis secundorum », hoc est dictu quod inferior natura in sui summo attingit ad aliquid infimum superioris naturae.

Et hanc quidem differentiam angelorum et animarum Dionysius in VII cap. De divinis nominibus ostendit sic dicens « Ex ipsa – scilicet divina sapientia – intellectuales angelicarum mentium virtutes simplices et bonos habent intellectus, non a divisibilibus aut sensibus aut sermonibus diffusis congregantes divinam cognitionem, sed uniformiter intelligibilia divinorum intelligunt ». Postea subiungit de animabus « Propter divinam sapientiam et animae

A 262 suum *em.* A] *conf.* pA 269 ut...stellis *in marg.* A] *om.* pA 293 VIII] *in forma insueta* (*scil.* viij) A 295 V] quinto A tertio *praem.* pA 298 et] vel *praem.* pA 299 ad esse (*ex* adesse pA) *em.* A 303 eius *em.* A] *conf.* pA 329 a divisibilibus *scrips.*] *coniunctim* A 333 sapientiam] sa *conf. praem.* pA

Φ 261 esse *om.* Φ 263 scilicet] et *add.* Φ 265 plantis] et *praem.* Φ 267 virtutem] et *add.* Φ 268 ipso sui] eorum Σ eorum *add.* β 269 sole] et *add.* Φ 275 deiformem intellectum *inv.* Φ 278 pervenire] venire Φ (-γ) 281 animarum humanarum *inv.* Φ 289 anima humana *om.* Σ 294 etiam] et Φ (-γ) 313 sit] fit Φ (-δ) 314 aliqua *om.* Σ 315 superioribus substantiis *inv.* Φ 318 in *om* Φ 321 sui] suo Φ 325 in *om.* Φ 329 sensibus] sensibilibus Φ (-α)

260 Superiorum...stellis: cf. Arist. *De caelo* II 18 (292 a 22 sqq.). 275 deiformem: Dionys. ut supra q. 8 a. 8 48. 282 intellectuales...rationales: Dionys. ut infra lin. 326 et supra q. 8 a. 15 66. 286 intus...legit: Petrus Helias ut supra q. 1 a. 12 26 in nota. 291 Ed. Muckle, p. 338, vide etiam ibid. p. 321. 294 Cap. 21 (PL 34, 388 sqq.), cf. etiam Albertus *Super Sent. I* d. 8 a. 17. 295 *Phys.* V 9 (230 a 3). 300 inducta: lin. 92. 305 intellectus principiorum: Arist. ut supra q. 2 a. 1 28. 318 § 3 (PG 3, 872 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 407). 326 § 2 (PG 3, 868 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 388). 332 subiungit: ibid. § 2 (PG 3, 868 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 390).

rationale habent diffusive quidem et circulo circa existentium veritatem circueuntes, divisibili varietate deficientes ab unitivis mentibus, sed per convolutionem multorum ad unum sunt dignae habitae intellectibus aequalibus angelis, in quantum animabus est proprium et possibile »: quod ideo dicit quia illud quod est superioris naturae non potest esse in inferiori natura perfecte sed secundum quandam tenuem participationem, sicut in natura sensitiva non est ratio sed aliqua rationis participatio in quantum bruta habent quandam prudentiam naturalem, ut patet in principio Metaphysicae. Id autem quod sic participatur non habetur ut possessio, id est sicut aliquid perfecte subiacens potentiae habentis illud, sicut dicitur in I Metaphysicae quod cognitio Dei est divina et non humana possessio. Unde ad id quod hoc modo habetur non deputatur aliqua potentia, sicuti bruta non dicuntur habere rationem aliquam quamvis aliquid prudentiae participent; sed hoc inest eis secundum quandam extimationem naturalem. Similiter etiam nec in homine est una specialis potentia per quam simpliciter et absolute sine discursu cognitionem veritatis obtineat, sed talis veritatis acceptio inest sibi secundum quendam habitum naturalem qui dicitur intellectus principiorum. Non est igitur in homine aliqua potentia a ratione separata quae intellectus dicatur, sed ipsa ratio intellectus dicitur ratione eius quod participat de intellectuali simplicitate, ex quo est principium et terminus in eius propria operatione: unde etiam in libro De spiritu et anima proprius actus intellectus rationi attribuitur, id autem quod est rationis
116$^{vb}$ proprium ponitur ut rationis actus | ubi dicitur quod « ratio est animi aspectus quo per se ipsum verum intuetur; ratiocinatio autem est rationis inquisitio ».

Dato etiam quod ad simplicem acceptionem et absolutam veritatis quae est in nobis aliqua potentia nobis proprie et perfecte competeret, non tamen esset alia potentia a ratione: quod sic patet. Quia secundum Avicennam in VI De naturalibus, diversi actus indicant potentiarum differentiam tunc tantum quando non possunt in idem principium referri, sicut in corporalibus non reducitur in idem principium recipere et retinere, sed hoc in humidum illud autem in siccum; et ideo imaginatio quae retinet formas corporales in organo corporali, est alia potentia a sensu qui recipit praedictas formas per organum corporale. Actus autem rationis qui est discurrere et intellectus qui est simpliciter apprehendere veritatem comparantur ad invicem ut generatio ad esse et motus ad quietem. In idem autem principium reducitur quiescere et moveri in omnibus in quibus utrumque invenitur, quia per quam naturam aliquid quiescit in loco per eandem movetur ad locum, sed se habent quiescens et motum ut perfectum et imperfectum. Unde et potentia discurrens et veritatem accipiens non erunt diversae sed una, quae in quantum perfecta est absolute veritatem cognoscit, in quantum vero imperfecta discursu indiget. Unde ratio proprie accepta nullo modo potest esse alia potentia ab intellectu in nobis. Sed interdum ipsa vis cogitativa, quae est potentia animae sensitivae, ratio dicitur quia confert inter formas individuales sicut ratio proprie dicta inter formas universales, ut dicit Commentator in III De anima; et haec habet organum determinatum, scilicet mediam cellulam cerebri, et haec ratio absque dubio alia potentia

A 356 specialis] *hic conf.* pA *clare* post potentia A, *et ordinem dictatorum restituimus* 358 sine discursu] *idem conf. et mac praem.* pA 361 homine] *idem conf. praem.* pA 364 ratione] quantum ad *praem.* pA 379 possunt] nisi *add.* A, *casu non del., et delevimus* 384 corporali (*e* corporale pA) *em.* A 388 comparantur *scrips.*] comparatur, *compl. abbr. casu om.*, A 396 sed] que (*seu* qui) *praem.* pA 397 quae *hic restituit* A] *post* perfecta pA 398 in quantum vero imperfecta] imperfecta vero *praem.* pA 399 indiget] etsi *add.* pA

Φ 334 rationale] rationales Φ (-α) 335 circueuntes] circuentes Φ (-δ) 338 angelis] angelicis Φ 342 secundum] per Φ (-$\delta^1$) 344 rationis participatio *inv.* Φ 350 est divina *inv.* Φ 355 eis *om.* Φ (-δ) 356 specialis potentia *inv.* Φ 357 absolute] et *add.* Φ 358 sine] absque Φ 359 secundum] per (*cf.* 342) Φ 364 ratione eius] eius Φ (-δ) eo δ 373-374 ad simplicem...in nobis *post* competeret$^{375}$ Φ 374 et absolutam] et cognitionem Σ absolutam et cognitionem β 391 utrumque *om.* α γ 397 perfecta est *inv.* Φ absolute veritatem *inv.* Φ 398 vero] est *add.* Φ (-$\delta^1$) non est $\delta^1$ 403 individuales] indivisibiles Φ (-δ)

346 *Metaph.* I 1 (980 b 21). 349 *Metaph.* I c. 2 (982 b 28) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 25,86). 367 Cap. 1 (PL 40, 781). 378 Sive *De anima* I c. 4 (f. 4). 405 Comm. 6 et 20 (VI$^1$, 154 B-C et 164 C). 406 mediam...cerebri: cf. supra q. 10 a. 5 89 in nota.

est ab intellectu; sed de hac ad praesens non intendimus.

1. Ad primum igitur dicendum quod liber De spiritu et anima non est authenticus, nec creditur esse Augustini. Sustinendo tamen eum potest dici quod auctor eius non intendit per illa distinguere potentias animae sed ostendere diversos gradus quibus anima in cognoscendo proficit, ut per sensum cognoscat formas in materia, per imaginationem formas accidentales, tamen sine materia sed cum materiae condicionibus, per rationem ipsam essentialem formam rerum materialium sine individuali materia, ex qua ulterius consurgit in habendo aliqualem cognitionem de spiritibus creatis, et sic dicitur habere intellectum quia huiusmodi spiritus substantias penitus sine materia existentes per prius cognoscunt, et ex hoc ulterius pertingit in aliquam cognitionem ipsius Dei, et sic dicitur intelligentiam habere quae proprie actum intellectus nominat, eo quod Deum cognoscere proprium Dei est, cuius intellectus est sua intelligentia, id est suum intelligere.

2. Ad secundum dicendum quod, sicut dicit Boetius in V De consolatione, « superior vis amplectitur inferiorem, inferior vero ad superiorem nullo modo consurgit »; unde natura superior plene potest in id quod est inferioris naturae, non autem plene in id quod est superioris. Et ideo natura animae rationalis habet potentias ad ea quae sunt sensitivae vel vegetativae naturae, non autem ad ea quae sunt intellectualis naturae quae supra ipsam existit.

3. Ad tertium dicendum quod sensus communis, cum omnia sensibilia percipiat secundum Philosophum, oportet quod in ea feratur secundum unam communem rationem, alias non haberet unum per se obiectum, et in hanc communem obiecti rationem nullus sensuum propriorum pertingere potest; sed in simplicem acceptionem ratio pertingit sicut ad suum terminum, ut quando discursus rationis in scientia concluditur: unde non oportet quod in nobis intellectus sit alia potentia a ratione sicut sensus communis a propriis.

4. Ad quartum dicendum quod iudicare non est proprium rationis per quod ab intellectu distingui possit, quia etiam intellectus iudicat hoc esse verum et illud falsum; sed pro tanto rationi iudicium attribuitur et comprehensio intelligentiae, quia iudicium in nobis ut communiter fit per resolutionem in principia, simplex autem veritatis comprehensio per intellectum.

5. Ad quintum dicendum quod illud quod est omnibus modis simplex totaliter compositione caret; sed simplicia in compositis salvantur et inde est quod in simplici non invenitur id quod est compositi in quantum est compositum, sicut corpus simplex non habet saporem qui sequitur mixtionem; sed corpora mixta habent ea quae sunt simplicium corporum licet modo imperfectiori, sicut calidum et frigidum, et leve et grave invenitur in corporibus mixtis. Et ideo in intellectu divino qui est omnino simplex nulla compositio invenitur; sed ratio nostra, quamvis sit composita, ex hoc quod in ipsa aliquid de natura simplicis invenitur, sicut exemplar in sua imagine, potest in aliquem actum simplicem, et in aliquem actum compositum vel prout componit praedicatum subiecto vel prout componit principia in ordine ad conclusionem. Unde eadem potentia in nobis est quae cognoscit simplices rerum quiditates et quae format propositiones et quae ratiocinatur, | quorum ultimum proprium est rationis in quantum est ratio; alia duo possunt esse etiam intellectus in quantum est intellectus. Unde secundum invenitur in angelis cum per plures species cognoscant, sed in Deo est solum primum, qui cognoscendo essentiam suam omnia intelligit et simplicia et complexa. *117ra*

A 411 autenticus A 421 in habendo A: *cf. supra lin.* 415, *infra* 507 423 spiritus] intellectu *praem.* pA 426 et...quae] que *praem.* pA 446 obiecti rationem] rationem *praem.* pA 467 corpora mixta] composi *praem.* pA

Φ 419 essentialem formam] *inv.* Φ (-$\delta^1$) formam esse naturalem $\delta^1$ 421 in habendo] ad habendum vel *praem.* Φ (-δ) ad habendum δ 421 aliqualem cognitionem *inv.* Φ 423 spiritus] spirituales Φ 424 cognoscunt] cognoscit Φ 432 in *om.* Φ (-δ) 434 consurgit] assurgit Φ 451 intellectus *om.* Φ 456 et *om.* Φ rationi iudicium *inv.* Φ 477 vel$^1$ *om.* Φ 482 ultimum] unum Φ 483 etiam *om.* Φ

432 Pr. 4 (PL 63, 849 B). 443 *De anima* III 3 (426 b 12). 466 corpus...mixtionem: cf. Albertus *Summa de homine* q. 32 a. 3 partic. 1.

6. Ad sextum dicendum quod anima quodam modo cognoscit se per se ipsam, secundum quod nosse est notitiam sui apud se tenere; et quodam modo se cognoscit per speciem intelligibilis prout cognoscere cogitationem et discretionem sui importat: et sic de eodem Philosophus et Augustinus loquuntur, unde non sequitur ratio.

7. Ad septimum dicendum quod talis differentia obiectorum non potest potentias diversificare eo quod est per accidentales differentias, ut in obiciendo probatum est. Ideo autem rationis obiectum ponitur natura corporea, quia proprium humanae cognitioni est ut a sensu et phantasmate ortum habeat; unde circa naturas rerum sensibilium primo figitur intuitus nostri intellectus, qui ratio proprie dicitur in quantum ratio est humano generi propria. Ex hinc autem ulterius assurgit in cognoscendo spiritum creatum vel increatum, quod magis competit ei secundum quod participat aliquid de natura superiori quam secundum id quod est sibi proprium et perfecte conveniens.

8. Ad octavum dicendum quod Boetius vult intelligentiam et rationem esse diversas vires cognitivas non tamen eiusdem sed diversorum: rationem enim vult esse hominum, et ideo dicit quod cognoscit formas universales in particularibus, quia humana cognitio proprie consistit circa formas a sensibus abstractas; intelligentiam autem vult esse substantiarum superiorum quae primo intuitu formas penitus immateriales apprehendunt. Et ideo vult quod ratio numquam pertingat ad id quod est intelligentiae quia ad videndas quiditates substantiarum immaterialium secundum infirmitatem huius cognitionis pertingere non possumus: hoc autem erit in patria cum per gloriam erimus deiformes.

9. Ad nonum dicendum quod prout ratio et intellectus sunt in diversis non sunt una potentia, sed nunc quaeritur de eis prout utrumque in homine invenitur.

10. Ad decimum dicendum quod ratio illa procedit de actibus qui sunt diversarum potentiarum. Contingit autem unius potentiae esse diversos actus, quorum unus est alio prior, sicut intellectus possibilis actus est intelligere quod quid est et formare propositiones.

11. Ad undecimum dicendum quod utrumque cognoscit anima sed per eandem potentiam. Hoc tamen proprium esse humanae animae videtur, in quantum est rationalis, quod cognoscat entitatem in hoc; entitatem vero absolute cognoscere magis videtur esse substantiarum superiorum, ut ex auctoritate supra inducta patet.

12. Ad duodecimum dicendum quod diligere Deum et eligere virtutes attribuitur rationi non quod sint immediate ipsius sed in quantum ex iudicio rationis voluntas afficitur in Deum sicut in finem, et ad virtutes sicut ad ea quae sunt ad finem. Et per hunc etiam modum rationale distinguitur contra irascibile et concupiscibile quia ad agendum inclinamur vel iudicio rationis vel passione quae est in irascibili vel concupiscibili. Dicitur etiam voluntas esse in ratione in quantum est in parte animae rationali sicut dicitur memoria esse in sensitivo in quantum est in parte sensitiva, non quod sit eadem potentia.

13-14. Et per hoc patet solutio ad tertium decimum et ad quartum decimum.

A 500 probatum est *em.* A] *casu coniunctim* pA 505 dicitur] *idem conf. praem.* pA 529 quaeritur] si (*ut videtur*) *praem.* pA 536 quid] *idem conf. praem.* pA 546 Deum *hic restituit* A] *post* eligere pA 551 irascibile] ir *conf. praem.* pA

Φ 491 nosse] se *add.* Φ 493 cogitationem] cognitionem Φ 502 cognitioni] –tionis Φ 503 phantasmate] –tasmata Φ (-δ) 507 in cognoscendo] ad cognoscendum Φ 508 vel increatum *om.* Φ 510 sibi proprium *inv.* Φ 514 cognitivas] cognoscitivas Φ 523 videndas] videndum Φ substantiarum immaterialium *inv.* Φ 529 utrumque] utraque Φ 536 propositiones] diversas *praem.* Σ diversas *add.* β 539 esse *om.* Φ humanae] *om.* β *post* animae Σ 549 ad[1]...finem. Et *hom. om.* α δ 553 vel[2]] et Φ 559 Et per...quartum decimum *om.* α δ

502 proprium...habeat: Arist. ut supra q. 1 a. 10 107 in nota. 544 inducta: lin. 102. 556 dicitur...sensitivo: Arist. *De mem.* cap. 1 (450 a 13) ut dicitur supra q. 13 a. 3 38.

## Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum ratio superior et inferior sint diversae potentiae. Et videtur quod sic: ut enim Augustinus dicit in XII De Trinitate, imago Trinitatis est in superiori parte rationis, non autem in inferiori: sed imago Dei in anima consistit in tribus potentiis; ergo inferior ratio non pertinet ad eandem potentiam vel easdem ad quas pertinet superior, et sic videntur esse diversae potentiae.

2. Praeterea, cum pars ad totum dicatur, eodem modo in aliquo genere invenitur pars quo invenitur totum; sed anima non dicitur esse totum nisi potentiale; ergo et diversae partes animae sunt diversae potentiae: sed ratio superior et inferior nominantur ab Augustino diversae portiones rationis; ergo sunt diversae potentiae.

3. Praeterea, omne aeternum est necessarium, et omne mutabile et temporale est contingens, ut patet per Philosophum in IX Metaphysicae. Sed pars animae quae dicitur scientificum a Philosopho in VI Ethicorum circa necessaria versatur, rationativum autem sive opinativum circa contingentia; cum ergo ratio superior secundum Augustinum inhaereat aeternis, inferior vero temporalia et caduca disponat, videtur quod idem sit rationativum quod inferior ratio et scientificum idem quod superior: sed scientificum et rationativum sunt diversae potentiae ut patet per Philosophum ibidem; ergo et ratio superior et inferior sunt diversae potentiae.

4. Praeterea, sicut Philosophus ibidem dicit, ad ea quae sunt genere altera oportet determinari alteras potentias animae, cum omnis potentia animae quae ad aliquod genus determinatur determinetur ad illud propter aliquam similitudinem, et sic ipsa diversitas obiectorum secundum genus attestatur diversitati potentiarum; sed aeternum et corruptibile sunt omnino genere | altera, cum corruptibile et incorruptibile nec in genere conveniant ut dicitur in X Metaphysicae; ergo ratio superior, cuius obiectum sunt res aeternae, est alia potentia a ratione inferiori, quae habet pro materia res caducas. *117rb*

5. Praeterea, potentiae distinguuntur per actus et actus per obiecta; sed aliud obiectum est verum contemplabile et bonum operabile; ergo et alia potentia est ratio superior quae verum contemplatur et alia ratio inferior quae bonum operatur.

6. Praeterea, illud quod in se non est unum multo minus alii comparatum est unum; sed superior ratio non est una potentia sed plures cum in ea sit imago in tribus potentiis consistens; ergo nec potest dici quod superior et inferior ratio sint una potentia.

7. Praeterea, ratio est simplicior quam sensus: in parte autem sensitiva non invenitur quod eadem potentia habeat diversa officia; ergo multo minus in parte intellectiva una potentia diversa officia habere potest; sed ratio superior et inferior per officia geminantur ut Augustinus dicit XII De Trinitate; ergo sunt diversae potentiae.

8. Praeterea, quandocumque animae attribuuntur aliqua quae non est reducere in idem principium, oportet secundum hoc diversas potentias in anima assignare, sicut secundum recipere et retinere distinguitur imaginatio a sensu; sed aeternum et corruptibile in eadem principia

A 7 pertinet] communicat vel *praem.* pA eandem *primo deletum, restituit* sA: *cf. nota insequens* potentiam] potentias *praem.* pA 22 a (*ex* ā pA) *em.* A Ethicorum] *idem conf. praem.* pA 24 circa] *quandam litt. imp. praem.* pA cum ergo] ergo *praem.* pA 28 et *scrips.*] *conf. et mac.* A 43 in] g *add.* pA X (*ex* xi pA) *em.* A 60 quod...habeat diversa officia] circa idem obiectum quod fiat gemi *praem.* pA 71 a sensu *coniunctim* A

Φ 3 XII] XIII Φ 8 ad...superior] cum superiori Φ 19 mutabile...temporale] *inv.* Φ (-δ) et temporale et mutabile δ 20 IX] XI Φ 21 scientificum] -tifica Φ 23 rationativum] ratiocinatur Φ (-$\delta^2$) ratiocinativum $\delta^2$ 24 opinativum] opinatur Φ (-$\delta^2$) 27 (*et* 29) rationativum] ratiocinativum Φ 31 sunt *om.* Φ(-δ) 43 X] XI Σ 44 res] rationes Φ 49 et] aliud *add.* Φ (-$\delta^1$) 49 bonum operabile *inv.* Φ 57 superior...inferior *inv.* Φ 63 potest] poterit Φ 64 Augustinus dicit *inv.* Φ

1 Parall.: *Super Sent. II* d. 24 q. 2 a. 2; *I Pars* q. 79 a. 9. 4 Cap. 4 (PL 42, 1000). 5 imago...potentiis: August. ut refert Thomas supra q. 10 a. 3 103. 13 totum nisi potentiale: cf. ipse Thomas *I Pars* q. 76 a. 8. 15 Ex Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 7 et *Glossa* Petri Lomb. super I Cor. $xi^8$ (PL 191, 1634 B), cf. August. *De Trin.* XII c. 7 (PL 42, 1005). 21 *Metaph.* IX 9 (1050 b 6). 22 *Ethic.* VI 1 (1139 a 12). 25 *De Trin.* XII c. 7 (PL 42, 1005) ut dicitur infra q. 16 a. 1 66. 30 *Ethic.* VI 1 (1139 a 8). 33 Ut hic supra. 43 *Metaph.* X 12 (1058 b 28). 47 potentiae...obiecta: Arist. ut supra q. 2 a. 2 219 in nota. 65 Cap. 4 (PL 42, 1000).

reduci non possunt: non enim sunt eadem principia corruptibilium et incorruptibilium proxima ut probatur in XI Metaphysicae; ergo non eidem potentiae animae attribui debent, et sic ratio superior et inferior sunt diversae potentiae.

9. Praeterea, Augustinus in XII De Trinitate per tria quae ad peccatum hominis concurrerunt, scilicet virum, mulierem et serpentem, tria significari dicit quae sunt in nobis, scilicet rationem superiorem et inferiorem et sensualitatem; sed sensualitas est alia potentia ab inferiori ratione; ergo et ratio inferior a superiori.

10. Praeterea, una potentia non simul potest peccare et non peccare; sed quandoque peccat ratio inferior superiori non peccante ut patet per Augustinum in XII De Trinitate; ergo ratio inferior et superior non sunt una potentia.

11. Praeterea, diversae perfectiones sunt diversorum perfectibilium cum proprius actus requirat propriam potentiam; sed habitus animae sunt perfectiones potentiarum; ergo diversi habitus sunt diversarum potentiarum: sed ratio superior deputatur sapientiae secundum Augustinum, inferior autem scientiae, quae sunt diversi habitus; ergo et ratio superior et inferior sunt diversae potentiae.

12. Praeterea, quaelibet potentia perficitur per suum actum; sed diversitas aliquorum actuum inducit vel manifestat potentiarum diversitatem; ergo et ubicumque invenitur diversitas actuum debet iudicari diversitas potentiarum: sed ratio superior et inferior habent diversos actus, quia per officia geminantur, ut Augustinus dicit; ergo sunt diversae potentiae.

13. Praeterea, ratio superior et inferior magis differunt quam intellectus agens et possibilis cum circa idem intelligibile attendatur actus agentis et possibilis, non autem actus superioris et inferioris rationis, sed circa diversa ut dictum est; sed agens intellectus et possibilis sunt diversae potentiae, ergo et ratio superior et inferior.

14. Praeterea, omne quod deducitur ab aliquo est aliud ab illo, quia nulla res est sui ipsius causa; sed inferior ratio deducitur a superiore ut dicit Augustinus XII De Trinitate; ergo est alia potentia a superiori.

15. Praeterea, nihil movetur a se ipso ut probatur in VII Physicorum; sed ratio superior movet inferiorem in quantum dirigit et gubernat eam; ergo superior ratio et inferior sunt diversae potentiae.

SED CONTRA, diversae potentiae animae sunt diversae res; sed ratio superior et inferior non sunt res diversae, unde dicit Augustinus XII De Trinitate « Cum disserimus de natura mentis humanae, de una quadam re disserimus, nec eam in haec duo quae commemoravimus nisi per officia geminamus »: ergo superior et inferior ratio non sunt diversae potentiae.

2. Praeterea, quanto aliqua potentia est immaterialior tanto ad plura se potest extendere; sed ratio est immaterialior quam sensus; eadem autem potentia sensitiva, scilicet visu, et aeterna sive incorruptibilia vel perpetua, scilicet caelestia corpora, et corruptibilia sicut haec inferiora, cernuntur; ergo et eadem potentia rationis est quae et aeterna contemplatur et temporalia disponit.

RESPONSIO. Dicendum quod ad evidentiam huius quaestionis oportet duo praecognoscere,

A 96 diversi (*e* diverse pA) *em.* A: *cf. nota proxima* 97 habitus] potentie *praem.* pA 99 quae (*ex* qui *ut videtur* pA) *em.* A 100 et$^2$ *scrips.*] *conf. et mac.* A 118 aliquo] *idem conf. praem.* pA

Φ 76 non] *om.* α β *post* attribui γ δ 79 Augustinus] dicit (*cf. lin.* 82) *add.* Φ 80 peccatum] *om.* α δ *post* hominis β 80 concurrerunt] concurrunt Φ 81 et *om.* Φ 85 inferior a superiori] superior ab inferiori Φ 89 superiori] superiore Φ (-δ$^2$) *om.* δ$^2$ 90 in *om.* Φ 91 ratio...superior *om.* Φ 100 et$^1$ *om.* Φ 120 superiore] –riori Φ 123 ut] sicut Φ 130 XII] in *praem.* α in XIII β δ in IX γ 137 potest extendere *inv.* Φ 142 cernuntur] cernimus α β terminus δ 143 et$^1$ *om.* Φ

75 *Metaph.* XI (= XII) 1-8 (1069 a 18 sqq.). 80 Cap. 12 (PL 42, 1007) ad mentem Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 6-7. 90 L. c. hic supra, ad mentem Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 9-12. 94 proprius...potentiam: Arist. *De anima* II 4 (414 a 25) sec. Thomam *Super Sent. II* d. 12 a. 1 arg. 1. 99 *De Trin.* XII c. 14 (PL 42, 1009) ut infra a. 3 13, cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 5. 109 Ut supra lin. 65. 114 dictum est: supra arg. 7, 8 et 12. 119 nulla...causa: cf. Alan. de Insulis *De arte seu art. cathol. fidei* I reg. 8 (PL 210, 600 A). 121 Cap. 4 (PL 42, 1000). 124 *Phys.* VII 1 (241 b 24). 131 Cap. 4 (PL 42, 1000). 136 quanto...extendere: vide supra q. 2 a. 3 176 in nota. 139 aeterna...corpora: cf. Arist. *De caelo* I 6 (270 a 12).

scilicet qualiter potentiae animae distinguantur et quomodo ratio superior et inferior differant; ex quibus duobus tertium poterit esse | notum quod ad praesens intendimus, scilicet utrum ratio superior et inferior sint una potentia vel diversae.

117va

Sciendum est igitur quod potentiarum diversitas penes actus et obiecta distinguitur. Quidam autem dicunt hoc non esse sic intelligendum quod actuum et obiectorum diversitas sit causa diversitatis potentiarum sed solummodo signum; quidam vero dicunt quod diversitas obiectorum est causa diversitatis potentiarum in passivis potentiis non autem in activis. Sed si diligenter consideretur in utrisque potentiis inveniuntur actus et obiecta esse non solum signa diversitatis sed aliquo modo causae. Omne enim cuius esse non est nisi propter finem aliquem, habet modum sibi determinatum ex fine ad quem ordinatur, sicut serra est huiusmodi et quantum ad materiam et quantum ad formam, ut sit conveniens ad finem suum qui est secare. Omnis autem potentia animae sive activa sive passiva ordinatur ad actum sicut ad finem ut patet in IX Metaphysicae; unde unaquaeque potentia habet determinatum modum et speciem secundum quod potest esse conveniens ad talem actum. Et ideo secundum hoc diversificatae sunt potentiae quod diversitas actuum diversa principia requirebat a quibus elicerentur. Cum autem obiectum comparetur ad actum sicut terminus, a terminis autem specificentur actus ut patet in V Physicorum, oportet quod etiam actus penes obiecta distinguantur, et ideo obiectorum diversitas potentiarum diversitatem inducit.

Sed obiectorum diversitas dupliciter attendi potest: uno modo secundum naturam rerum, alio modo secundum rationes diversas obiectorum, secundum naturam rerum ut color et sapor, secundum diversam rationem obiecti ut bonum et verum. Cum autem potentiae quae sunt actus determinatorum organorum non possint se extendere ultra suorum organorum dispositionem – non autem potest esse organum corporale unum et idem omnibus naturis cognoscendis accomodatum – oportet de necessitate quod potentiae quae sunt organis affixae, circa quasdam naturas determinatae sint, scilicet circa naturas corporeas: operatio enim quae per organum corporeum exercetur non se potest extendere ultra naturam corpoream. Sed cum in natura corporea inveniatur aliquid in quo omnia corpora conveniunt, aliquid vero in quo diversa corpora diversificantur, possibile erit aptari unam potentiam corpori alligatam omnibus corporibus secundum id quod commune habent, sicut imaginatio prout omnia corpora communicant in ratione quantitatis et figurae et consequentium – unde non solum ad naturalia sed ad mathematica se extendit –, sensus vero communis prout in omnibus corporibus naturalibus, ad quae solummodo se extendit, invenitur vis activa sive immutativa. Quaedam vero potentiae aptabuntur his in quibus corpora diversificantur secundum diversum modum immutandi, et sic est visus circa colorem, auditus circa sonum et sic de aliis. Ex hoc igitur quod pars sensitiva animae utitur organo in operando, duo ipsam consequuntur, scilicet quod non potest ei attribui aliqua potentia respiciens obiectum commune omnibus entibus, sic enim iam transcenderet corporalia; et iterum quod possibile est inveniri in ea diversas potentias secundum diversam naturam obiectorum propter condicionem organi, quae aptari potest vel huic vel illi naturae.

A 165 habet modum sibi] habet modus s *praem.* pA 175 potentiae] *idem conf. praem.* pA 180 penes] *idem conf. praem.* pA 189 organorum] e *et litt. imp. add.* pA 200 possible] *sequitur brevis ras.* A *non liquet* pA 210 Quaedam] Quantum vero ad ea in que *praem.* pA 213 sonum *sup. lin. eadem manu temp. post.* A] auditum pA 214 utitur] e *praem.* pA 216 ei attribui] respicere *praem.* pA 219 inveniri *scrips. cum* pA] inveni *potius* A 221 aptari *em.* A] *conf.* pA

Φ 147 distinguantur] – guuntur Φ 150-152 scilicet...diversae *om.* α δ 154 distinguitur] –guuntur Σ 157 solummodo signum *inv.* Φ (*def.* $\delta^2$) 161 consideretur] –derentur Φ (-$\delta^1$) –derantur $\delta^1$ 162 esse *post* solum Φ 163 sed] etiam *add.* Φ 163 causae *ante* aliquo Φ 167 materiam...formam *inv.* Φ 174 ideo *om.* Φ 178 a *om.* Σ 181 potentiarum] actuum Σ 184 rationes diversas] rationem. diversitas Φ 187 et *om.* Φ 188 possint] possunt Φ 196 se potest *inv.* Φ 199 conveniunt] conveniant Φ 201 aptari] aptare Φ 202 corporibus] corporeis Φ 204 communicant] conveniunt (*seu* conveniant) Φ 208 solummodo] solum Φ 209 sive] et Σ 210 aptabuntur] aptabantur Φ 217 obiectum commune *inv.* Φ 219 inveniri] *post* in ea Φ (-δ) invenire *post* in ea δ 221 organi] organis β $\delta^1$ originis α γ 222 vel[1] *om.* Φ

153 potentiarum...distinguitur: Arist. ut supra q. 2 a. 2 219 in nota. 154 Quidam: non invenimus. 158 quidam: non invenimus. 171 *Metaph.* IX 8 (1050 a 7). 179 *Phys.* V 1 (224 b 7). 193 organis affixae: vide supra q. 2 a. 5 322 in nota.

Illa vero pars animae quae non utitur organo corporeo in opere suo remanet non determinata sed quodam modo infinita, in quantum est immaterialis; et ideo eius virtus se extendit ad obiectum commune omnibus entibus. Unde obiectum intellectus dicitur esse quid quod in omnibus generibus entium invenitur; unde etiam Philosophus dicit quod « intellectus est quo est omnia facere et quo est omnia fieri ». Unde impossibile est quod in parte intellectiva distinguantur diversae potentiae ad diversas naturas obiectorum, sed solummodo secundum diversam rationem obiecti, prout scilicet secundum diversam rationem in unam et eandem rem quandoque actus animae fertur. Et sic bonum et verum in parte intellectiva diversificant intellectum et voluntatem: in verum enim intelligibile fertur intellectus ut in formam, cum oporteat eo quod intelligitur intellectum esse informatum, in bonum autem fertur ⟨voluntas⟩ ut in finem, unde et a Philosopho in VI Metaphysicae dicitur verum esse in mente et bonum in rebus cum forma sit intus et finis extra; non eadem ratione autem finis et forma perficit, et sic bonum et verum non habent eandem rationem obiecti. Sic etiam et circa intellectum agens intellectus et possibilis distinguuntur: non enim eadem ratione est obiectum aliquid in quantum est in actu et in quantum est in potentia, aut in quantum agit et patitur. Intelligibile enim actu est obiectum intellectus possibilis agens quasi in ipsum, prout eo exit de potentia in actum, intelligibile vero in potentia est obiectum intellectus agentis prout fit per intellectum agentem intelligibile actu. Sic igitur patet qualiter in parte intellectiva potentiae distingui possunt.

Ratio vero superior ⟨et inferior⟩ hoc modo distinguuntur. Sunt enim quaedam naturae anima rationali superiores quaedam vero inferiores. Cum vero omne quod intelligitur intelligatur per modum intelligentis, | rerum quae sunt supra animam intellectus est in anima rationali inferior ipsis rebus intellectis, earum vero quae sunt infra animam inest animae intellectus superior ipsis rebus cum in ea res ipsae nobilius esse habeant quam in se ipsis, et sic ad utrasque res diversam habitudinem habet et ex hoc diversa sortitur officia. Secundum enim quod ad superiores naturas respicit, sive ut earum veritatem et naturam absolute contemplans, sive ut ab eis rationem et quasi exemplar operandi accipiens superior ratio nominatur; secundum vero quod ad inferiora convertitur vel conspicienda per contemplationem vel per actionem disponenda, inferior ratio nominatur. Utraque autem natura, scilicet et superior et inferior, secundum communem rationem intelligibilis ab anima humana apprehenduntur, superior quidem prout est immaterialis in se ipsa, inferior autem prout a materia per actum animae denudatur. Unde patet quod ratio superior et inferior non nominant diversas potentias sed unam et eandem ad diversa diversimode comparatam. 117$^{vb}$

1. Ad primum igitur dicendum quod sicut dictum est in quaestione De mente, imago Trinitatis in anima attenditur quidem in potentiis ut in radice sed completive in actibus poten-

A 230 intellectus] anima *praem.* pA 235 prout]que quidem *praem.* pA 238 verum] m (*fort. inc.* malum?) *praem.* pA 242 ⟨voluntas⟩ *suppl.* (*cf. lin.* 239)] *om.* A 246 eadem ratione autem] est autem *praem.* pA 259 ⟨et inferior⟩ *suppl.*] *fort. e lapsu auditus om.* A 263 intelligentis] et non per modum intellecti *ante trans. ad col. add.* pA rerum *sup. ras.* A] *non liquet* (*fort.* res: *cf. nota proxima ubi* intelliguntur) pA 264 intellectus...anima rationali] intelliguntur ab anima rationali *praem.* pA 280 apprehenduntur *clare* A

Φ 226 ideo] sic Φ 227 Unde] commune *add.* Φ 235 diversam] *post* rationem Σ (-$\delta^2$) diversas *post* rationem $\delta^2$ 236 diversam rationem *inv.* Φ 242 ⟨voluntas⟩ *om.* Φ 244 et *om.* Φ bonum] et malum *add.* Φ 246 autem *ante* eadem (*induc.* pA) Φ 249 intellectus et possibilis] et passibilis intellectus Φ (-δ) et possibilis intellectus δ 250 aliquid] aliquod Φ 259 ⟨et inferior⟩ *om.* Φ 260 distinguuntur] distinguitur Φ 271 superiores] diversas α δ 278 et$^1$ *om.* Φ 280 apprehenduntur] –henditur Φ 283 nominant] nominat Φ(-γ) 284 diversas potentias] diversam potentiam Φ

223 pars...corporeo: Arist. *De anima* III 7 (429 a 26) ut supra q. 13 a. 4 130. 228 obiectum...quid: Arist. ut infra lin. 327. 230 *De anima* III c. 5 (430 a 14) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 320,25) ut refert Thomas *I Pars* q. 79 a. 3 sed c. 1. 244 *Metaph.* VI 4 (1027 b 25). 263 per modum intelligentis: vide supra q.1 a. 2 18 in nota; rerum...in se ipsis: *Liber de causis* prop. 8 (7) sec. Thomam *Super De causis* ibid. 270 Secundum...inferior ratio nominatur: Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 5 ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 24 q. 2 a. 2, vide August. *De Trin.* XII c. 7 (PL 42, 1005). 282 denudatur: vocabulum Avicennae, cf. e. g. *De anima* II c. 2 (f. 6$^{vb}$). 287 Supra q. 10 a. 3.

tiarum, et secundum hoc dicitur imago ad superiorem et non ad inferiorem rationem pertinere.

2. Ad secundum dicendum quod pars potentiae non semper potentiam distinctam designat, sed aliquando pars potentiae accipitur secundum partem obiectorum secundum quae virtualis quantitatis divisio attenditur, ut si aliquis possit centum libras portare, dicetur potentiae illius partem habere qui non potest portare nisi quinquaginta cum tamen sit eadem potentia specie. Et per hunc modum superior et inferior rationis portio dicuntur rationis portiones, secundum quod feruntur in partem obiectorum quae communiter accepta ratio respicit.

3. Ad tertium dicendum quod scientificum et rationativum vel opinativum non sunt idem quod ratio superior et inferior, quia etiam circa naturas inferiores quas respicit ratio inferior possunt accipi necessariae considerationes quae ad scientificum pertinent, alias physica et mathematica non essent scientiae. Similiter etiam et superior ratio ad actus humanos ex libero arbitrio dependentes et per hoc contingentes quodam modo convertitur, alias rationi superiori non attribueretur peccatum quod circa haec contingit; et sic ratio superior non ex toto separatur a rationativo vel opinativo. Scientificum autem et rationativum diversae quidem potentiae sunt, quia quantum ad ipsam rationem intelligibilis distinguuntur. Cum enim actus alicuius potentiae non se extendat ultra virtutem sui obiecti, omnis operatio quae non potest reduci in eandem rationem obiecti oportet quod sit alterius potentiae quae habeat aliam obiecti rationem. Obiectum autem intellectus est quid, ut dicitur in III De anima, et propter hoc actio intellectus extenditur quantum potest extendi virtus eius quod quid est. Per hanc autem statim ipsa principia prima cognita fiunt, ex quibus cognitis ulterius ratiocinando pervenitur in conclusionum notitiam; et hanc potentiam quae ipsas conclusiones in quod quid est nata est resolvere Philosophus scientificum appellat. Sunt autem quaedam in quibus non est possibile talem resolutionem fieri ut perveniatur usque ad quod quid est et hoc propter incertitudinem sui esse, sicut est in contingentibus in quantum contingentia sunt. Unde talia non cognoscuntur per quod quid est, quod erat proprium obiectum intellectus, sed per alium modum, scilicet per quandam coniecturam de rebus illis de quibus plena certitudo haberi non potest; unde ad hoc alia potentia requiritur. Et quia haec potentia non potest reducere rationis inquisitionem usque ad suum terminum quasi ad quietem sed sistit in ipsa inquisitione quasi in motu, opinionem solummodo inducens de his quae inquirit, ideo quasi a termino suae operationis haec potentia rationativum vel opinativum nominatur. Sed ratio superior et inferior distinguuntur penes ipsas naturas et ideo non sunt diversae potentiae sicut scientificum et opinativum.

4. Ad quartum dicendum quod obiecta scientifici et rationativi sunt altera genere quantum ad proprium genus cognoscibilis, cum secundum rationem diversam genere cognoscantur; sed res aeternae et temporales sunt diversae ge-

A 290 imago ad] a *imp. praem.* pA 302 portio] *idem conf. praem.* pA 318 a rationativo] *idem (ut videtur) conf. et imp. praem.* pA 328 extenditur] *idem mac. praem.* pA 329 quid est A] *coniunctim* pA 330 statim] primo *praem.* A, *quod coni. primam inscriptionem casu non deletam, et delevimus* 342 coniecturam] coniectu (*mac. et* u *imp.*) in *praem.* pA 344 ad hoc...requiritur] oportet quod *praem.* pA 344 requiritur (*e* reliquiritur pA) *em.* A 347 quasi...sed sistit in ipsa inquisitione] set sistit in ipsa inqui *praem.* pA 350 rationativum] *idem conf. et imp. praem.* pA 353 sunt diversae *inv.* pA 356 rationativi *em.* A] *conf.* pA

Φ 291 et non ad inferiorem] *om.* $\delta^1$ et inferiorem $\alpha\,\beta\,\delta^2$ 293 potentiae] anime Σ 298 portare *ante* centum Φ 301 per] secundum Φ 307 rationativum] ratiocinativum Φ (-δ) vel] et Φ 308 etiam *om.* Φ 311 alias] alia $\alpha\,\beta\,\delta^2$ 313 ratio *om.* Φ 317 haec] hoc *potius* Φ 318 separatur] superatur Φ rationativo] ratiocinativo Φ 319 rationativum] –cinativum Φ 325 aliam *om.* Σ 327 III] II (*seu* secundo) Φ 329 est] sit Φ (-γ) 330 statim] primo (*cf.* A Φ) prima *om.* Φ 332 potentiam] potentias Φ 333 est *om.* Φ 336 fieri] facere Φ 347 sistit] consistit Φ 350 rationativum] ratiocinativum Φ 352 distinguuntur] –guitur Φ (-δ) 355 quod] sicut dictum est...pertinere *ut supra lin.* 286-292, *neglectis variis lectionibus minus momenti, add.* Φ, *ex quo posthac numeri solutionum praecedunt ab unitate* 355 obiecta] obiecti Φ 356 rationativi] ratiocinativi Φ 359 res aeternae *inv.* Φ

297 virtualis quantitatis: cf. August. ut supra q. 8 a. 2 63 in nota; ut...specie: exemplum Arist. quod refert Thomas supra q. 10 a. 1 124. 327 *De anima* III 11 (430 b 28).

nere naturae, non autem quantum ad rationem cognoscibilis, secundum quam oportet similitudinem attendi inter potentiam et obiectum.

5. Ad quintum dicendum quod verum contemplabile et bonum operabile ad diversas potentias pertinent, scilicet ad intellectum et voluntatem, sed penes hoc non distinguitur ratio superior et inferior, cum utraque possit esse et speculativa et activa, quamvis ratione diversorum ut ex dictis patet, unde ratio non sequitur.

6. Ad sextum dicendum quod id quod in *118ra* se multa continet nihil prohibet esse unum cum alio in se multa continente si eadem multa contineantur ab utroque, sicut hic acervus et haec congregatio lapidum sunt unum et idem; et per hunc modum ratio superior et inferior | sunt una potentia quamvis utraque plures potentias quodam modo contineat, easdem enim utraque continet. Non autem dicuntur in ratione superiori esse plures potentiae, quasi in plures potentias ipsa rationis potentia dividatur, sed secundum quod voluntas sub intellectu comprehenditur, non quod sint una potentia sed quia ex apprehensione intellectus voluntas movetur.

7. Ad septimum dicendum quod etiam in parte sensitiva est aliqua potentia una, diversa officia habens; sicut imaginatio cuius officium est reservare ea quae sunt accepta a sensibus et iterum intellectui repraesentare; tamen cum virtus quanto est immaterialior tanto ad plura se possit extendere, unam et eandem potentiam nihil prohiberet in parte intellectiva habere diversa officia non autem in parte sensitiva.

8. Ad octavum dicendum quod quamvis aeternum et temporale non reducantur in eadem principia proxima, tamen cognitio aeterni et temporalis ad idem principium reducitur cum secundum unam rationem immaterialitatis utrumque ab intellectu apprehendatur.

9. Ad nonum dicendum quod sicut ad naturam humanam pertinebat vir et mulier, inter quos erat carnale coniugium, non autem serpens, ita ad naturam superioris rationis pertinet ratio inferior tamquam mulier non autem sensualitas tamquam serpens, ut dicit Augustinus in XII De Trinitate.

10. Ad decimum dicendum quod cum peccare sit actus quidam, proprie loquendo non est rationis neque superioris neque inferioris sed hominis secundum hanc vel illam. Nec est inconveniens, si una potentia ad diversa comparatur, quin secundum unam habitudinem sit peccatum et non secundum alteram, sicut cum plures habitus sunt in una potentia contingit peccare secundum actum unius habitus et non secundum actum alterius, ut si idem sit grammaticus et geometra et vera de lineis enuntiet soloecismum faciendo.

11. Ad undecimum dicendum quod quando perfectio complet perfectibile secundum totam eius capacitatem, impossibile est unius perfectibilis plures perfectiones ⟨esse⟩ in eodem ordine: et ideo non potest esse quod materia simul perficiatur duabus formis substantialibus quia una materia non est capax nisi unius esse substantialis. Secus autem est de accidentalibus formis quae non perficiunt sua subiecta secundum totam eorum potentiam, unde possibile est plura accidentia esse unius perfectibilis, et ideo etiam plures habitus esse unius potentiae possibile est cum habitus potentiarum sint accidentales perfectiones: superveniunt enim post completae potentiae rationem.

12. Ad duodecimum dicendum quod sicut dicit Avicenna in VI De naturalibus, diversi-

A 388 tamen] *idem conf. praem.* pA 391 parte (*e* partem pA) *em.* A 402 coniugium] convivium *praem.* pA 409 neque[1]...sed] set *praem.* pA 418 soloecissmum A 422 ⟨esse⟩ *suppl.* (*cf.* Φ)] *trans. ad lin. om.* A 427 subiecta] sta *idem conf. inc. praem.* pA 431 potentiarum] pa (*ut videtur*) *idem conf. inc. praem.* pA

Φ 361 secundum] sed Φ (-γ) 369 unde...sequitur *om.* Φ 372 in se *om.* Φ 377 quodam modo *ante* plures[376] Φ 377 enim] autem Φ 381 sub] ab Φ 386 officia habens *inv.* Φ 387 reservare] conservare Φ sunt accepta *inv.* Φ 390 et eandem *om.* Σ 391 prohiberet] prohibet Φ habere...officia *ante* in parte[391] Φ 392 diversa] plura Φ parte *om.* Φ 399 apprehendatur] comprehendatur Φ 404 ratio *om.* Σ 406 in *om.* Φ 413 et *om.* Φ non...alteram] secundum aliam non Φ 414 sunt] sint Φ 417 geometra] geometria Φ (-δ) geometer δ 417 et[2] *om.* Φ 422 ⟨esse⟩ *ante* plures *suppl.* Φ 424 simul perficiatur *inv.* Φ 425 est]videtur esse Φ 428 eorum] suam (*ante* totam β) Φ 431 possibile est *inv.* Φ potentiarum *post* perfectiones Φ 433 completae] completam Φ 435 dicit *post* naturalibus Φ

389 virtus...extendere: vide supra q. 2 a. 3 176 in nota. 406 Cap. 12 (PL 42, 1007) ad mentem Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 6-7. 418 soloecismum faciendo: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 7 n. 2. 435 Sive *De anima* I c. 4 (f. 4ra A).

tas actus quandoque indicat diversitatem potentiarum quandoque non. Quinque enim modis in actibus animae diversitas inveniri potest: uno modo secundum fortitudinem et debilitatem sicut opinari et credere; alio modo secundum velocitatem et tarditatem sicut currere et moveri; tertio modo secundum habitum et privationem ut quiescere et moveri; quarto modo secundum comparationem ad contraria eiusdem generis ut sentire album et sentire nigrum; quinto modo quando actus sunt diversorum generum ut apprehendere et movere vel sentire sonum et sentire colorem. Diversitas igitur primi et secundi modi diversitatem potentiae non indicat, quia sic oporteret tot esse potentias animae distinctas quot gradus fortitudinis et debilitatis, vel velocitatis et tarditatis inveniuntur in actibus. Similiter etiam nec diversitas tertii et quarti modi cum eiusdem potentiae sit ad utrumque oppositum comparari. Sola autem diversitas quinti modi indicat potentiae diversitatem, ut dicamus actus esse genere diversos qui in ratione obiecti non conveniunt: et secundum hoc diversitas actuum rationis superioris et inferioris diversitatem potentiae non indicat ut ex dictis patet.

13. Ad tertium decimum dicendum quod agens intellectus et possibilis plus differunt quam ratio superior et inferior, cum agens intellectus et possibilis respiciant obiecta diversa formaliter etsi non materialiter: respiciunt enim diversam rationem obiecti, quamvis utraque in eadem re intelligibili possibile sit inveniri; unum enim et idem potest esse prius intelligibile in potentia et post intelligibile in actu. Sed ratio superior et inferior respiciunt obiecta diversa materialiter non autem formaliter cum respiciant diversas naturas secundum unam rationem obiecti, ut ex dictis patet. Diversitas autem formalis maior est quam materialis, et propter hoc ratio non sequitur.

14. Ad quartum decimum dicendum quod inferior ratio dicitur a superiori deduci ratione eorum quae attendit inferior ratio, quae deducuntur ab his quae superior attendit; rationes enim inferiores a superioribus deducuntur. Unde nihil prohibet rationem inferiorem et superiorem esse unam potentiam, sicut videmus quod eiusdem potentiae est considerare principia subalternantis scientiae et principia subalternatae quamvis haec ab illis deducantur.

15. Ad quintum decimum dicendum quod pro tanto dicitur ratio superior inferiorem movere quia inferiores rationes regulandae sunt secundum superiores, sicut etiam scientia subalternata a subalternante regulatur.

## Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum in ratione superiori vel inferiori possit esse peccatum. Et videtur quod non, quia, ut dicit Philosophus in III De anima, intellectus semper rectus est; ratio autem est eadem potentia cum intellectu, ut supra habitum est; ergo etiam ratio semper recta est, ergo in ea peccatum non est.

2. Praeterea, quicquid est susceptivum alicuius perfectionis, si sit susceptivum defectus, non poterit esse in eo nisi defectus oppositus illi perfectioni quia contrariorum idem est susceptivum; sed secundum Augustinum in XII

A 440 alio modo *restaurat tertius* A] *del.* sA 446 quando] per comparationem a *praem.* pA 458 diversos] *idem conf. praem.* pA 465 obiecta diversa *inv.* pA 467 utraque in] in *praem.* pA 478 ratione...quae] q *imp. praem.* pA 480 superior *scrips. cum* Φ] inferior, *fort. mendum e lapsu dictionis,* A
4 rectus est] est *praem.* pA 7 peccatum] potest (*?*) *praem.* pA 11 contrariorum *scrips.*] contrarium *potius, casu* A

Φ 440 sicut] et *add.* Φ 445 sentire[2] *om.* Φ 446 modo] est *add.* Φ sunt] est Φ 447 et] vel Φ 448 sentire *om.* Φ 452 et[2]] vel Φ 455 comparari *ante* ad utrumque Φ 457 esse *om.* Φ 461 ut...patet *om.* Φ (-δ) 463 agens intellectus *inv.* Φ 464 agens intellectus *inv.* Φ 465 respiciant...formaliter] diversa obiecta formaliter respiciant Φ 467 utraque] utrumque Φ 468 possibile sit] possit Φ 469 enim *post* idem Φ 470 in[1] *om.* Φ 471 obiecta diversa *inv.* Φ 472 autem *om.* Φ (*def.* δ[2]) 473 diversas naturas *inv.* Φ 476 propter hoc] ideo Φ 482 inferiorem...superiorem *inv.* Φ 484 potentiae *om.* Φ 486 haec] hoc *potius* Φ 489 inferiores rationes *inv.* Φ 490 scientia subalternata *inv.* Φ
2 videtur *post* non[3] Φ 3 ut *om.* Φ 4 intellectus] quod *praem.* Φ rectus est *inv.* Φ 6-7 etiam...non est] etc. Φ 8 Praeterea] item (*et sic idem lin.* 17 21 43) Φ 10 poterit] potest Φ nisi defectus *inv.* Φ 12 in *om.* Φ

1 Parall.: *I-II* q. 74 a. 5; ibid. q. 15 a. 4. 4 Cap. 10 (433 a 26) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 364,11). 6 supra: a. 1. 11 contrariorum idem est susceptivum: cf. Arist. *Topic.* II c. 4 (111 a 14).

De Trinitate, propria perfectio superioris rationis est sapientia, inferioris autem scientia; ergo in eis aliud peccatum esse non potest nisi ignorantia et stultitia.

3. Praeterea, secundum Augustinum omne peccatum in voluntate est; | sed ratio est alia potentia a voluntate; ergo in ratione peccatum non est. *118rb*

4. Praeterea, nihil est susceptivum sui contrarii, quia contraria simul esse non possunt; sed omne peccatum hominis est rationi contrarium: malum enim hominis est contra rationem esse ut dicit Dionysius IV cap. De divinis nominibus; ergo peccatum in ratione esse non potest.

5. Praeterea, peccatum quod circa aliquam materiam committitur non potest attribui illi potentiae quae ad illam materiam non se extendit; sed ratio superior habet pro materia rationes aeternas, non autem delectabilia carnis; ergo peccatum quod circa delectabilia carnis committitur nullo modo superiori rationi attribui debet, cum tamen Augustinus ⟨dicat⟩ quod consensus in actum rationi superiori attribuitur.

6. Praeterea, Augustinus dicit quod superior ratio est quae superiora contemplatur et inhaeret eis, per amorem scilicet; sed ex hoc non contingit esse peccatum; ergo in superiori ratione peccatum esse non potest.

7. Praeterea, fortius non vincitur ab infirmiori; sed ratio est fortissimum eorum quae in nobis inveniuntur; ergo non potest vinci vel per concupiscentiam vel per iram vel aliud huiusmodi; et ita non potest in ea peccatum esse.

SED CONTRA, eiusdem est mereri et demereri; sed meritum in actu rationis consistit; ergo et demeritum.

2. Praeterea, secundum Philosophum contingit peccare non solum ex passione sed etiam ex electione; sed electio in actu rationis consistit cum sequatur consilium, ut dicitur in III Ethicorum; ergo in ratione contingit esse peccatum.

3. Praeterea, per rationem dirigimur et in speculabilibus et in operabilibus; sed in speculativis contingit esse peccatum circa rationem, ut cum aliquis ratiocinando paralogizat; ergo etiam in operativis contingit esse peccatum in ratione.

RESPONSIO. Dicendum quod secundum Augustinum in XII De Trinitate, peccatum quandoque est in superiori ratione, quandoque in inferiori; ad cuius intellectum oportet duo praecognoscere, scilicet quis actus rationi attribui possit et iterum quis superiori et quis inferiori.

Sciendum est igitur quod sicut est duplex apprehensiva, scilicet inferior quae est sensitiva, et superior quae est intellectiva vel rationalis, ita est etiam duplex appetitiva, scilicet inferior quae vocatur sensualitas quae dividitur per irascibilem et concupiscibilem, et superior quae nominatur voluntas. Huiusmodi autem appetitivae duae ad suas apprehensivas

A 15 ergo] si *add.* pA 21 est] sup *praem.* pA 31 materia] *quandam litt. imp. add.* pA 35 ⟨dicat⟩ *suppl.*] *om.* A 36 in actum] a *imp. praem.* pA 61 paralogizat *em.* A] paralogiszat pA

Φ 13 superioris rationis *inv.* Φ 14 autem] et *ante* inferioris Φ 15 aliud...potest] non poterit esse (esse *om.* $\delta^1$) aliud peccatum Φ 16 ignorantia] tristitia Φ (-γ) stultitia (*cf. nota proxima*) γ stultitia] ignorantia Φ 18 est[1] *ante* in voluntate Φ 23 rationi contrarium *inv.* Φ 26-27 peccatum...potest] etc. Φ 29 illi] alicui Φ 30 non se *inv.* Φ 31 rationes] res Σ 34 superiori rationi *inv.* Φ 36 attribuitur] attribuatur Φ 38-42 Praeterea...potest *om.* α δ 45 vel *om.* Φ 46 per iram vel *hom. om.* Φ 46 aliud] aliquid Φ 47 et ita...esse] ergo etc. Φ 49 Sed contra] Praeterea α γ contra δ 51 et demeritum] etc. Φ 56 in...peccatum] etc. Φ 58 et *om.* Φ 59 in[1] *om.* Σ 60-62 ut...ratione] ergo etc. α δ 61-62 etiam...ratione] etc. β γ (*def.* α δ) 64 in *om.* Φ 66 praecognoscere] cognoscere Φ (-$\delta^1$) agnoscere $\delta^1$ 68 possit *ante* rationi[87] Φ 72 est] *post* etiam β *post* duplex Σ 76 appetitivae duae *inv.* Φ

13 Cap. 14 (PL 42, 1009), cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 5. 17 Ex Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 41 c. 3, cf. August. *Retract.* I c. 15 (PL 32, 608), *De duabus anim.* cap. 10 (PL 42, 103). 22 contraria...possunt: cf. Arist. *Metaph.* IV 15 (1011 b 21). 26 § 32 (PG 3, 733 A; Dion. 309). 35 *De Trin.* XII c. 12 (PL 42, 1008) ad mentem Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 9-12. 38 *De Trin.* XII c. 7 (PL 42, 1005) ut dicitur infra q. 16 a. 1 66. 44 ratio...inveniuntur: cf. ipse Thomas *Super Ethic.* VII lect. 2. 52 *Ethic.* V 13 (1135 b 21) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 43 a. 1. 56 *Ethic.* III 9 (1113 a 2). 61 paralogizat: cf. Huguccio *Liber derivationum* s. v. logos: 'logos componitur cum para quod est iuxta et dicitur hic paralogismus sophistica argumentatio, quasi iuxta rationem vel diffinitionem sillogismi, unde paralogisticus, a, um, et paralogizo, as, paralogismum facere et paralogistice loqui vel paralogismo concludere vel decipere' (ms. Paris B. N. lat. 7625 A, f. 93$^{vb}$). 64 Cap. 12 (PL 42, 1007) ad mentem Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 9-12.

quantum ad aliquid similiter se habent, quantum ad aliquid autem diversimode: similiter quidem quantum ad hoc quod in neutro appetitu potest esse aliquis motus nisi praecedente aliqua apprehensione; appetibile enim non movet appetitum vel superiorem vel inferiorem, nisi apprehensum vel ab intellectu vel phantasia et sensu, ratione cuius non solum appetitus dicitur esse motivus sed etiam intellectus et phantasia et sensus; dissimiliter autem quantum ad hoc quod in appetitu inferiori inest quaedam naturalis inclinatio qua quodam modo naturaliter cogitur appetitus ut in appetibile tendat, sed superior appetitus non determinatur ad alterum, quia superior appetitus liber est non autem inferior. Et inde est quod motus inferioris appetitus non invenitur attribui potentiae apprehensivae, quia causa illius motus non est ex apprehensione sed ex inclinatione appetitus. Sed motus appetitus superioris attribuitur suae apprehensivae, scilicet rationi, quia superioris appetitus inclinatio vel in hoc vel in illud ex iudicio rationis causatur. Et inde est quod vires motivas distinguimus per rationabilem, irascibilem et concupiscibilem, in parte superiori nominantes quod apprehensionis est, in inferiori vero quod appetitus.

Sic igitur patet quod aliquis actus rationi attribuitur dupliciter: uno modo quia est immediate eius, utpote ab ipsa ratione elicitus, sicut conferre de agendis vel scibilibus; alio modo quia eius est mediante voluntate, quae per eius iudicium movetur. Sicut autem motus appetitus qui consequitur iudicium rationis rationi attribuitur ita motus appetitus consequentis deliberationem superioris rationis attribuitur superiori rationi, utpote cum aliquis deliberat de agendis ex hoc quod aliquid est Deo acceptum vel divina lege praeceptum vel aliquo huiusmodi modo; inferioris vero rationis erit quando motus appetitus consequitur iudicium inferioris rationis ut cum deliberatur de agendis per causas inferiores, utpote considerando turpitudinem actus, dignitatem rationis, offensam hominum vel aliquid huiusmodi.

Huiusmodi autem duae considerationes ordinatae sunt: finis enim secundum Philosophum in VII Ethicorum in operabilibus rationem principii tenet; in speculativis autem scientiis non perficitur iudicium rationis nisi quando conclusiones resolvuntur in prima principia, unde nec in operabilibus perficietur nisi quando fiet reductio usque ad ultimum finem: tunc enim solummodo ratio ultimam sententiam de operando dabit et haec sententia est consensus in opus. Et inde est quod consensus in actum attribuitur rationi superiori, quae finem ultimum inspicit, sed delectatio vel delectationis complacentia sive consensus attribuitur ab Augustino rationi inferiori. Quando igitur peccat aliquis consentiendo in actum malum, est peccatum in ratione superiori; quando vero per solam delectationem cum aliqua deliberatione | dicitur esse peccatum in inferiori ratione, *118va* propter hoc quod ipsa huiusmodi inferioribus disponendis immediate insistit. Sic autem dicitur esse peccatum in superiori ratione vel inferiori, in quantum motus appetitivae rationi attribuitur; sed considerando actum proprium rationis, dicitur esse peccatum in superiori vel inferiori ratione quando ratio superior vel inferior in propria collatione decipitur.

Ad primum igitur ⟨dicendum quod⟩, secundum Philosophum in III De anima, sicut

A 90 non...liber est] se habet in libertate *praem.* pA 92 non *em.* A] nisi (?) pA 94 quia] quasi *praem.* pA 97 rationi] *idem conf. praem.* pA 100 vires...distinguimus] in distinguendo *praem.* pA 117 quando] qnd *idem conf. inc. praem.* pA 118 iudicium inferioris *scrips.* (*cf. lin.* 112, 127)] *casu inv.* A 130 quando] ratio *add.* pA 144 inferiori *em.* A] *conf.* pA 148 ratio *scrips.*] ratione *e lapsu scribae* A 150 ⟨dicendum quod⟩ *suppl.*] *trans. ad lin. om.* A

Φ 77 quantum²] et *praem.* Φ 78 autem *om.* Φ diversimode]dissimiliter Φ 79 in *om.* Φ (-δ) 82 superiorem...inferiorem *inv.* Φ 83 phantasia et] a phantasmate vel a Σ (-δ²) a phantasia vel a β δ² 87 inest] est Φ 98 vel¹ *om.* Φ 100 rationabilem] rationalem Φ 104 rationi attribuitur *inv.* Φ 108 quia] quod Φ 110 consequitur] sequitur Φ 113 aliquis] aliquid Φ (-δ¹) quid δ¹ 117 erit] est Φ 118 iudicium *post* rationis Φ 121 offensam hominum *inv.* Φ vel aliquid] et Σ 125 in¹ *om.* Φ 128 conclusiones] rationes *post* resolvuntur Φ 129 perficietur] perficitur Φ 135 inspicit] respicit Φ vel] sive Φ 136 complacentia] placentia Φ 138 consentiendo *post* actum Φ malum *om.* Φ (-δ) 142 ipsa *om.* Φ 144 vel] et Σ vel in β 150 ⟨dicendum quod⟩ *suppl.* Φ

84 non...sensus: cf. Arist. *De anima* III 15 (433 a 10). 125 *Ethic.* VII 8 (1151 a 16). 137 *De Trin.* XII c. 12 (PL 42, 1007) ad mentem Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 9-12. 151 *De anima* III 4 (427 b 11-12) et ibid. 6 (428 b 18).

sensus in propriis sensibilibus numquam decipitur, circa sensibilia autem communia et per accidens decipi potest, ita intellectus circa proprium obiectum, scilicet quod quid est, numquam decipitur nisi forte per accidens, nec circa prima principia quae statim notis terminis cognoscuntur; sed decipitur in conferendo et applicando principia communia ad particulares conclusiones: et ita contingit rationem sua rectitudine privari et in ea esse peccatum.

2. Ad secundum dicendum quod sapientiae et scientiae secundum se opponuntur directe stultitia et ignorantia, sed quodam modo indirecte etiam omnia alia peccata, in quantum scilicet regimen sapientiae et scientiae quod in agendis requiritur, per peccatum depravatur, ratione cuius omnis malus dicitur esse ignorans.

3. Ad tertium dicendum quod peccatum dicitur esse in voluntate non sicut in subiecto sed sicut in causa, quia ad peccatum requiritur quod sit voluntarium; illud autem quod a voluntate causatur rationi etiam attribuitur, ratione supradicta.

4. Ad quartum dicendum quod peccatum hominis dicitur esse contra rationem in quantum est contra rationem rectam in qua peccatum esse non potest.

5. Ad quintum dicendum quod ratio superior fertur in rationes aeternas directe sicut in propria obiecta; sed ab eis quodam modo reflectitur ad temporalia et caduca prout ex illis rationibus aeternis de huiusmodi temporalibus iudicat. Et sic, cum eius iudicium pervertitur circa aliquam materiam, peccatum illud rationi superiori ascribitur.

6. Ad sextum dicendum quod quamvis ratio superior ad hoc sit ordinata ut aeternis inhaereat non tamen semper eis inhaeret; et sic in ea potest esse peccatum.

7. Ad septimum dicendum quod similem rationem Socrates faciebat, ostendere volens quod nullum scientem contingit peccare quia scientia, cum sit fortior, a passione non vincitur. Ad quod respondet Philosophus in VII Ethicorum, distinguendo scientiam in universalem et particularem, et in scientiam in habitu et in actu; et in habitu scientiam distinguit per hoc quod habitus potest esse solutus vel ligatus, ut in ebriosis accidit. Contingit igitur aliquem habentem scientiam universalem in actu, in particulari circa quod est opus non habere scientiam nisi in habitu ligato per concupiscentiam vel aliam passionem, ut sic iudicium rationis in particulari operabili non possit informari secundum universalem scientiam, et ita contingit errare rationem in electione, et a tali errore electionis omnis malus est ignorans, quantumcumque habeat in universali scientiam. Et per hunc etiam modum ratio ad peccatum deducitur in quantum per concupiscentiam ligatur.

## Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum delectatio morosa per consensum in delectationem in inferiori ratione existens sine consensu in opus sit peccatum mortale. Et videtur quod non: ut enim dicit Augustinus in Enchiridion, tunsio pectoris et Oratio dominica sunt remedia contra veniale deputata; sed consensus in delectationem sine consensu in opus inter illa peccata computatur quibus remedium adhibetur per pectoris tunsionem et Orationem dominicam:

A 160 sua *scrips.*] suam A: *mendum scribae, ut videtur, e* rationem *attractionem accipientis* 177 peccatum] ut recta *add.* pA 178 non potest] p *imp. praem.* pA 193 peccare] *idem mac. praem.* pA 195 Ethicorum] quod *add.* pA 203 in habitu] in particulari *praem.* pA 204 rationis] ro *mac.* (*inc.* rationis) *praem.* pA
1 utrum] in inf. *add.* pA

Φ 157 prima] propria Φ 163 directe *om.* Σ 167 agendis] quolibet opere Φ 168 esse *om.* Σ 185 peccatum *om.* Φ 187-190 Ad sextum...peccatum *om.* Σ 191 septimum] sextum Σ 195 in *om.* Φ 199 vel] et Φ 203 in *om.* Σ 204 aliam *om.* Σ 205 operabili] operatione Σ 208 est] erit Φ
3 ratione] parte rationis Φ 4 peccatum mortale *inv.* Φ

154 intellectus...per accidens: Arist. *De anima* III 11 (430 b 27) sec. Thomam supra q. 1 a. 12 45. 157 prima...cognoscuntur: Arist. ut supra q. 10 a. 12 79. 168 omnis... ignorans: Arist. ut infra q. 18 a. 6 231. 191 similem...vincitur: Arist. *Ethic.* VII 2 (1145 b 22). 196 *Ethic.* VII 3 (1146 b 31 sqq.).
1 Parall.: *Super Sent. II* d. 24 q. 3 a. 4; *I-II* q. 74 a. 8; *Quodlib.* XII q. 22 a. 1. quaeritur...mortale: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 12 n. 209; morosa: cf. Huguccio *Liber derivationum* s. v. moror: ' item mora in re, tarditas in homine. unde haec morula, e. diminutivus. et morosus. a. um. id est tardus. et comparatur unde morose. sius. me. adverbium. et haec morositas. tis. ' (ms. Paris B. N. lat. 7625 A, f. 106$^{va}$). 5 Cap. 71 (PL 40, 265).

dicit enim Augustinus in XII De Trinitate « Nec sane, cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis non quidem decernens esse facienda tenens tamen et volvens libenter quae statim ut attigerunt animum respui debuerunt, negandum est esse peccatum, sed longe minus quam si opere statuatur implendum; et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda ⟨est⟩ pectusque percutiendum et dicendum ' Dimitte nobis debita nostra '» etc.; ergo consensus in delectationem praedictus non est peccatum mortale.

2. Praeterea, consensus in veniale peccatum venialis est, sicut et consensus in mortale mortalis; sed delectatio peccatum veniale est; ergo et consensus in eam venialis erit.

3. Praeterea, in actu fornicationis duo invenimus propter quae malus iudicari potest: scilicet vehementiam delectationis quae absorbet rationem, et nocumentum ex actu proveniens, scilicet incertitudo prolis et alia huiusmodi quae consequerentur nisi concubitus matrimonii lege ordinaretur; non autem potest dici quod fornicatio sit peccatum mortale ratione delectationis quia illa delectationis vehementia invenitur in actu matrimoniali, qui non est peccatum; ergo non est peccatum mortale nisi propter nocumentum quod ex actu provenit; ergo ille qui consentit in delectationem fornicationis et non in actum non appropinquat fornicationi ex parte illa qua est peccatum mortale, et ita non videtur peccare mortaliter.

4. Praeterea, non minus peccatum est homicidium quam fornicatio; sed qui cogitat de homicidio et delectatur, et consentit in delectationem, non peccat mortaliter, alias omnes illi qui delectantur in historiis bellorum audiendis et in hanc delectationem consentirent, mortaliter peccarent, quod non videtur probabile; ergo nec consensus in delectationem fornicationis est peccatum mortale.

5. Praeterea, cum veniale et mortale quasi in infinitum distent, quod ex distantia poenae perpenditur, veniale non potest fieri mortale; sed delectatio quae in sola cogitatione consistit ante consensum est venialis; ergo consensu adveniente non potest fieri mortalis.

6. Praeterea, ratio peccati mortalis in aversione a Deo consistit; | averti autem a Deo non *118vb* est inferioris rationis sed superioris, cuius est etiam converti: opposita enim eiusdem sunt; ergo peccatum mortale in inferiori ratione esse non potest, et ita consensus in delectationem, qui ab Augustino inferiori rationi adscribitur, non erit peccatum mortale.

7. Praeterea, ut Augustinus in libro I Contra manichaeos dicit, « Si cupiditas nostra mota fuerit, quasi iam mulieri persuasum erit; sed aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrenat atque compescit, quod cum fit non labimur in peccatum »; ex quo videtur accipi quod in spirituali coniugio nobis intimo si mulier peccat et non vir non est peccatum. Sed quando consentitur in delectationem et non in actum mulier peccat et non vir, ut Augustinus dicit in XII De Trinitate; ergo consensus in delectationem non est peccatum mortale.

8. Praeterea, secundum Philosophum in X Ethicorum, delectatio in bonitate et malitia consequitur operationem ex qua causatur; sed actus exterior fornicationis qui consistit in motu corporali, alius est ab interiori, scilicet cogitatione; ergo et delectatio quae consequitur interiorem actum alia erit ab illa quae consequitur exteriorem. Actus autem interior ex genere suo

A 14 volvens *scrips. cum fonte et ipso Thoma* I-II q. 74 a. 6 ad 3] volens (*fort. mendum scribae e lapsu auditus*) A 18 ⟨est⟩ *suppl. cum fonte*] *om.* A 57 mortalis in aversione] in adversione perficitur *praem.* pA aversione *scrips.* (*cf.* averti *lin.* 58)] adversione (*fort. mendum scribae e lapsu auditus*) A

Φ 11 in *om.* Φ 15 animum] animam Φ (-δ) ipsam δ 18 ⟨est⟩ *om.* Φ 19 percutiendum] tundendum Φ 20 nostra *om.* Φ 22 Praeterea] item (*et sic idem lin.* 26 42 51 57 65 77 96 107 117 126 136 160) Φ 23 et *om.* Φ mortalis] est *add.* Φ 25 erit] est Φ 31 lege (legem β) *ante* matrimonii Φ 35 matrimoniali] matrimonii Φ 38 in *om.* Φ (*def.* $\delta^2$) 40 et ita...mortaliter] ergo etc. Φ 45 illi *om.* Φ 47 mortaliter peccarent *inv.* Φ 54 cogitatione (cognitione Σ) *post* consistit Φ 60 etiam *om.* Φ (-γ) eiusdem sunt *inv.* Φ 61 mortale] *om.* α β $\delta^1$ est $\delta^2$ 62 et ita] sed Σ 63 qui *om.* Φ 63 inferiori...adscribitur] ponitur in inferiori Σ 64 non...mortale] ergo etc. Σ mortale] ponitur in inferiori ergo etc. *add.* β 66 manichaeos] manicheum Φ dicit *ante* Augustinus Φ 67 quasi iam *inv.* Φ erit] est Φ 68 ratio viriliter *inv.* Φ 74 Augustinus dicit *inv.* Φ 75 in[1] *om.* Φ (-$\delta^1$) consensus...mortale] etc. Φ 77 in *om.* Φ 83 actum] cognitionem Φ (-γ) cogitationem γ 83 erit] est Φ

11 Cap. 12 (PL 42, 1008). 63 *De Trin.* XII c. 12 (PL 42, 1007) ad mentem Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 9-12. 66 Rectius II c. 14 (PL 34, 207). 71 in...intimo: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 8 n. 205 et ibid. cap. 12 n. 211. 75 Cap. 12 (PL 42, 1007) ad mentem Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 9-12. 78 *Ethic.* X 8 (1175 b 24).

non est peccatum mortale sicut erat exterior; ergo nec delectatio interior est de genere peccati mortalis; ergo videtur quod consensus in talem delectationem non sit peccatum mortale.

9. Praeterea, illud solum videtur esse peccatum mortale quod lege divina prohibetur, ut patet per diffinitionem peccati ab Augustino datam quod « peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei »; sed non invenitur lege divina prohibitus consensus in delectationem; ergo non est peccatum mortale.

10. Praeterea, idem iudicium videtur esse de consensu interpretativo et de consensu expresso; sed consensus interpretativus non videtur esse peccatum mortale, quia peccatum non transfertur in aliquam potentiam nisi per actum illius potentiae; in interpretativo autem consensu non invenitur aliquis actus rationis quae dicitur consentire sed sola negligentia reprimendi illicitos motus; ergo consensus interpretativus in delectationem non est peccatum mortale; et similiter nec consensus expressus.

11. Praeterea, ex hoc est aliquid peccatum mortale, ut dictum est, quod est contra praeceptum divinum; alias non contemneretur Deus in transgressione praecepti, et sic peccantis animus non averteretur a Deo; sed ratio inferior non advertit rationem praecepti divini, hoc enim est officium superioris rationis quae aeternas rationes consulit; ergo in inferiori ratione peccatum mortale esse non potest, et sic consensus praedictus non est mortalis.

12. Praeterea, cum in peccato sint duo, conversio et aversio, ad conversionem aversio sequitur: hoc enim ipso quod aliquis ad unum contrarium convertitur ab uno avertitur; sed ille qui consentit in delectationem et non in actum non plene convertitur ad bonum commutabile, quia complementum in actu consistit; ergo nec est ibi completa aversio et ita nec est ibi mortale peccatum.

13. Praeterea, ut dicitur in glosa in principio Ieremiae, « Deus pronior est ad miserendum quam ad puniendum »; sed si aliquis in meditatione divinorum praeceptorum delectaretur et in talem delectationem consentiret, dummodo non proponeret opere implere divina praecepta non mereretur praemium: ergo nec poenam meretur si in delectationem peccati consentiat dummodo non statuat peccatum opere implere; et ita non videtur mortaliter peccare.

14. Praeterea, inferior pars rationis mulieri comparatur; sed mulier non est suae voluntatis, quia « non habet potestatem sui corporis » ut Apostolus dicit; ergo nec inferior pars rationis suae voluntatis est, et ita non potest peccare.

SED CONTRA, nullus damnatur nisi pro peccato mortali; sed homo damnabitur pro consensu in delectationem: unde dicit Augustinus in XII De Trinitate « Totus homo damnabitur nisi haec quae sine voluntate operandi sed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per Mediatoris gratiam remittantur »; ergo consensus in delectationem est peccatum mortale.

2. Praeterea, delectatio operationis alicuius et ipsa operatio ad idem genus peccati reducuntur, sicut et operatio virtutis et delectatio in ea ad eandem virtutem: iusti enim est et operari iusta et delectari de iustis operibus ut patet in I Ethicorum. Sed ipse actus fornica-

A 97 interpretativo *scrips.* (*cf. lin.* 98, 101, 104)] interpretato *casu compl. abbr. om.* A 102 actus] illius *et litt. imp. add.* pA 112 advertit *scrips.*] avertit (*mendum scribae e lapsu auditus*) A 115 mortale] mor *ante trans. ad lin. praem.* pA 120 ab] *idem mac. praem.* pA 132 praemium *em.* A] *conf.* pA 142 pro] *quandam litt. imp. add.* pA 153 iusti] *idem conf. et imp. praem.* pA

Φ 89 illud] id Φ (*def.* $\delta^2$) 93 vel...Dei *om.* α δ 94 lege] in *praem.* Σ divina *om.* Σ 95 non...mortale] etc. Φ 97 de consensu$^2$ *om.* Φ 106 et] ergo Φ similiter nec *inv.* Φ 113 enim] *om.* δ *post* est Φ (-δ) superioris rationis *inv.* Φ (-δ) 113 aeternas...consulit *inv.* Φ 115 et sic...mortalis *om.* α δ 120 uno] alio Φ 124 est ibi *inv.* Φ 125 mortale peccatum *inv.* Φ 126 dicitur in] dicit Φ 127 miserendum] miserandum Φ 134 peccatum *om.* Φ 135 et ita... peccare *om.* α δ 136 pars] potestas Φ (-$\delta^1$) 138 non...corporis] corporis sui potestatem non habet Φ Apostolus dicit *inv.* Φ 141 Sed *om.* Φ 143 dicit...in] augustinus α β $\delta^2$ secundum augustinum γ augustinus in $\delta^1$ 146 animum] animi β γ non *add.* δ 147 peccata] peccatum Φ 148 Mediatoris] meditationis Φ (-γ) 150 operationis alicuius *inv.* Φ 153 ea] eo Φ

91 Cf. August. *Cont. Faust.* XXII c. 27 (PL 42, 418) sec. litteram Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 35 c. 1. 108 dictum est: supra arg. 9. 112 hoc...consulit: cf. August. *De Trin.* XII c. 3 (PL 42, 999). 127 *Glossa ordin.* super Ier. Prol. [ex Origenis *In Ier.* hom. 1 n. 1 Hieron. interprete (PG 13, 255 A)], vide etiam Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 30 c. 1 (f. 102$^{vb}$). 136 inferior...comparatur: August. ut supra a. 2 8o. 139 dicit: I Cor. VII$^4$. 144 Cap. 12 (PL 42, 1008). 155 *Ethic.* I 13 (1099 a 10).

tionis est in genere peccati mortalis; ergo et etiam delectatio in cogitatione de fornicatione, et sic consensus in delectationem erit peccatum mortale.

3. Praeterea, si in ratione inferiori peccatum mortale esse non posset, gentiles, qui non deliberabant de actibus nisi secundum inferiores rationes mortaliter non peccassent fornicando vel aliquid huiusmodi faciendo, quod patet esse falsum; ergo in inferiori ratione potest esse mortale peccatum.

RESPONSIO. Dicendum quod eadem quaestio est qua quaeritur de delectatione morosa utrum sit peccatum mortale et qua quaeritur de consensu in delectationem; dubitatio enim de delectatione morosa esse non potest an sit peccatum mortale si dicatur esse morosa a mora temporis; certum est enim quod prolixitas temporis non potest dare actui rationem peccati mortalis nisi aliquid aliud interveniat cum non sit circumstantia in infinitum aggravans. | Sed hoc videtur dubitabile utrum delectatio quae dicitur morosa ex consensu rationis superveniente, mortale peccatum sit. Circa quod diversimode aliqui opinati sunt.

Quidam enim dixerunt quod non est peccatum mortale sed veniale. Quae quidem opinio dictis Augustini adversari videtur qui ex tali consensu damnationem homini comminatur ut patet ex verbis eius inductis. Contradicit etiam isti opinioni fere communis modernorum opinio, et videtur etiam in periculum vergere animarum cum ex consensu in talem delectationem homo promptissime in peccatum incidere possit. Unde alteri opinioni magis videtur assentiendum quae ponit talem consensum esse peccatum mortale; cuius opinionis veritas hinc accipi potest.

Sciendum namque est quod sicut ad exteriorem fornicationis actum sequitur sua delectatio sensibilis, ita etiam ad actum cogitationis sequitur quaedam interior delectatio. Sed ad cogitationem duplex delectatio consequitur: una quidem ex parte ipsius cogitationis, alia vero ex parte ipsius cogitati; delectamur enim quandoque in cogitando propter ipsam cogitationem ex qua nobis acquiritur quaedam cognitio in actu aliquorum quamvis illa nobis displiceant; sicut aliquis iustus cogitat de peccatis de eis disputando vel conferendo, et in veritate huius cogitationis delectatur; sed tunc propter ipsa cogitata delectatio consequitur quando ipsa res cogitata affectum movet et allicit. Et hae quidem duae cogitationes in quibusdam actibus manifeste differunt et aperte distinguuntur, sed earum distinctio in cogitationibus de peccatis carnis magis latet eo quod propter corruptionem concupiscibilis ad cogitationem talium concupiscibilium statim sequitur motus in concupiscibili ex ipsis concupiscibilibus causatus. Delectatio igitur illa quae ad cogitationem sequitur ex parte ipsius cogitationis, omnino ad aliud genus reducitur quam delectatio exterioris actus. Unde talis delectatio qualiumcumque malorum cogitationem sequatur vel penitus non est peccatum sed laudabilis delectatio cum quis delectatur in cognitione veri; vel si sit ibi aliqua immoderantia continebitur sub peccato curiositatis. Sed illa delectatio quae sequitur cogitationem ex parte rei cogitatae in idem genus coincidit cum delectatione exterioris actus. Ut enim dicitur in XI Metaphysicae delectatio per se in actu consistit, sed spes et memoria prop-

119ra

A 168 de delectatione *conf.* A 195 fornicationis *in marg.* A] *om.* pA 222 vel si] *quandam litt. imp. praem.* pA 223 continebitur] conte *idem conf. inc. praem.* pA 227 delectatio: *post sequitur rasura* A, *non liquet* pA

Φ 157 etiam *om.* Φ cogitatione] cognitione Φ (-γ) 158-159 et sic...mortale] ergo etc. Φ 164 vel...faciendo *om.* Σ 165 inferiori ratione *inv.* Φ 166 mortale] *om.* Σ (-δ²) *post* peccatum β δ² 168 qua quaeritur *om.* Σ 179 mortale peccatum *inv.* Φ 179 quod] hoc autem Φ 183 dictis Augustini] augustinus Φ (-δ) 185 Contradicit...opinioni] isti etiam (igitur δ) opinioni contradicit Φ 186 modernorum opinio *inv.* Φ 189 promptissime *post* peccatum Φ 190 videtur] esse *add.* Φ 194 est *om.* Σ 197 interior delectatio *inv.* Φ 198 consequitur] sequitur Φ 201 cogitando] cogitatione Φ 205 vel] et Σ 205 huius] istius Φ 207 consequitur] sequitur Φ 209 cogitationes] cognitiones Φ (-γ) 211 cogitationibus] cogitatione β δ cognitione α γ 216 ad cogitationem] cognitionem Φ (-δ) 217 cogitationis] cognitionis Φ (-δ) 221 cum] ut cum Φ (-γ) et cum γ

181 Quidam: e. g. Symon Tornacensis *Disputationes* XLIV (ed. Warichez, pp. 127-128), Alan. de Insulis *Regulae de sacra theologia* 78 (PL 210, 661 C-D). 186 communis modernorum opinio: Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 24 c. 9-12, *Summa fr. Alexandri* III pars n. 298 et 387, Albertus *Super Sent. II* d. 24 a. 13, Bonaventura *Super Sent. II* d. 24 p. II a. 2 q. 2. 227 *Metaph.* XI ( = XII) 8 (1072 b 16).

ter actum delectabilia sunt. Unde constat quod talis delectatio secundum genus suum inordinata est eadem inordinatione qua est inordinata delectatio exterior: dato igitur quod delectatio exterior sit peccati mortalis, tunc etiam interior delectatio in se et absolute considerata de genere peccati mortalis est. Quandocumque autem ratio se subicit peccato mortali per approbationem tunc est peccatum mortale; excluditur enim a ratione rectitudo iustitiae cum ipsa subicitur iniquitati per approbationem: tunc autem se subicit huic delectationi perversae quando in eam consentit. Et haec est prima subiectio qua ei se subicit; et ex hac subiectione consequitur quandoque ut ipsum actum inordinatum eligat propter hanc delectationem perfectius consequendam; et quanto in plures inordinationes tendit ad hoc quod delectationem consequatur, tanto magis in peccato progreditur. Totius tamen istius progressus prima radix erit ille consensus quo delectationem acceptavit, unde ibi peccatum mortale inchoatur.

Unde simpliciter concedimus consensum in delectationem fornicationis vel alterius mortalis esse peccatum mortale. Ex quo etiam sequitur quod quicquid homo agit ex consensu talis delectationis ad hoc ut huiusmodi delectationem nutriat et teneat, sicut sunt turpes tactus vel libidinosa oscula vel aliquid huiusmodi, totum est peccatum mortale.

1. Ad primum igitur dicendum quod, sicut Augustinus in Enchiridion dicit, Oratio dominica et alia huiusmodi non solum ad delenda venialia peccata valent, sed etiam ad remissionem mortalium, quamvis non ita ad deletionem mortalium sicut sufficiunt ad deletionem venialium.

2. Ad secundum dicendum quod delectatio illa quae consequitur cogitationem de fornicatione ex parte cogitati, est mortalis secundum suum genus; sed per accidens tantum est veniale peccatum, in quantum scilicet praevenit consensum deliberatum in quo perficitur ratio peccati mortalis, sine quo, etiamsi corpus inquinaretur per violentiam, non esset peccatum mortale, quia non potest inquinari corpus inquinatione peccati sine consensu mentis, ut dicit Lucia. Et ideo quando consensus advenit removetur praedictum accidens et fit peccatum mortale, sicut etiam accideret in ea quae per violentiam corrumperetur si consentiret.

3. Ad tertium dicendum quod tota inordinatio fornicationis undecumque contingat redundat in delectationem quae ex ipsa causatur; unde qui huius generis delectationem approbat mortaliter peccat.

4. Ad quartum dicendum quod si aliquis delectaretur in cogitatione homicidii propter ipsam rem cogitatam hoc non esset nisi propter affectionem quam haberet ad homicidium, et ita peccaret mortaliter; sed si aliquis delectetur in cogitatione tali | propter notitiam eorum de quibus cogitat vel propter aliquid aliud huiusmodi, non erit peccatum mortale semper, sed reducetur ad aliquod aliud genus peccati quam homicidium, scilicet ad curiositatem vel aliquid huiusmodi. *119rb*

5. Ad quintum dicendum quod illa delectatio quae fuit venialis numquam eadem numero erit mortalis; sed actus consensus superveniens peccatum mortale erit.

6. Ad sextum dicendum quod quamvis ratio superior sola per se convertatur ad Deum, tamen huius conversionis aliqualiter fit particeps inferior ratio secundum quod a superiori regulatur, sicut et irascibilis et concupiscibilis dicuntur participare aliqualiter ratione in quan-

A 234 interior] in...(*mac.*) *idem inc. praem.* pA 236 ratio] as (*inc.* aliquis *?*) *praem.* pA 242 ei se subicit] eam eligit. Secunda Si *praem.* pA 256 teneat] d *praem.* pA 262 remissionem] satis (*inc.* satisfactionem *?*) *praem.* pA 267 cogitationem *scrips.* (*cf. lin.* 322)] delectationem (*fort. e lapsu dictionis*) A 274 quia non] quando n *praem.* pA 286 cogitatione *scrips.*] cogitationem *casu* A 304 irascibilis *em.* A] *conf.* pA

Φ 235 mortalis *om.* Φ (-δ) est] erit Φ 238 rectitudo iustitiae *om.* α γ 256 et] vel Φ tactus] actus Φ 258 peccatum mortale *inv.* Φ 260 dicit *ante* in Φ 262 venialia peccata *inv.* Φ 263 deletionem] delectationem Σ 264 sufficiunt] sufficiant *ante* ad deletionem[263] (*et repet. hic* β) Φ 264 ad deletionem *om.* Σ 271 consensum] assensum (*induc.* A) Φ 287 propter] per Σ 288 ad *om.* Φ (-δ) 289 delectetur] delectaretur Φ 290 tali] mali Φ 291 aliud *om.* Φ 293 quam homicidium *om.* Φ 294 aliquid] aliud *add.* Φ 299 peccatum *om.* Φ (-γ) mortale erit *inv.* Φ 303 superiori] superiore Φ 304 et[1] *om.* Φ irascibilis...concupiscibilis *inv.* Φ

275 dicit Lucia: cf. Mombritius, *Sanctuarium*, Passio S. Luciae V. M. (ed. 2a, Parisiis 1910, II p. 106).

tum rationi oboediunt; et ita etiam aversio peccati mortalis potest pertinere ad rationem inferiorem.

7. Ad septimum dicendum quod Augustinus in libro Contra manichaeos non eodem modo exponit illa tria sicut in libro De Trinitate. In XII De Trinitate enim serpentem attribuit sensualitati, mulierem inferiori rationi, virum superiori; sed in libro Contra manichaeos serpentem sensui, mulierem concupiscentiae sive sensualitati, virum rationi: unde patet quod ratio non sequitur.

8. Ad octavum dicendum quod actus interior, scilicet cogitatio, habet alterius modi delectationem a delectatione actus exterioris quae consequitur cogitationem per se ipsam; sed delectatio quae consequitur cogitationem ex parte actus cogitati, reducitur in idem genus quia nullus delectatur in aliquo nisi afficiatur ad illud et apprehendat illud ut conveniens: unde qui consentit in delectationem interiorem approbat etiam exteriorem delectationem et vult ea frui, saltem cogitando de ea.

9. Ad nonum dicendum quod consensus in delectationem prohibetur praecepto illo « Non concupisces » etc.; non enim sine causa de actu exteriori et de interiori concupiscentia diversa praecepta dantur in lege. Nihilominus tamen si nullo praecepto speciali prohiberetur, ex hoc ipso quod fornicatio prohibetur prohibentur et omnia consequentia quae ad idem pertinent.

10. Ad decimum dicendum quod antequam ratio delectationem perpendat vel nocumentum ipsius, non habet interpretativum consensum etiamsi non resistat; sed quando iam perpendit ratio de delectatione insurgente et de nocumento consequente, utpote cum percipit homo se totaliter per huiusmodi delectationem in peccatum inclinari et in praeceps ruere, nisi expresse resistat, videtur consentire et tunc peccatum ad rationem transfertur per actum eius, quia agere et non agere cum quis agere debet ad genus actus reducuntur secundum quod peccatum omissionis ad peccatum actus reducitur.

11. Ad undecimum dicendum quod vis praecepti divini pervenit usque ad rationem inferiorem in quantum participat regimen superioris rationis, ut prius dictum est.

12. Ad duodecimum dicendum quod conversio qua quis post deliberationem ad aliquid de genere mali convertitur, sufficit ad rationem peccati mortalis, quamvis post hanc completionem aliqua alia completio addi possit.

13. Ad tertium decimum dicendum quod, sicut dicit Dionysius in IV cap. De divinis nominibus, « bonum causatur ex una tota et perfecta causa sed malum ex singularibus defectibus »; et ita plura requiruntur ad hoc quod aliquid sit bonum meritorium quam ad hoc quod sit malum demeritorium, quamvis Deus sit pronior ad remunerandum bona quam ad puniendum mala: unde consensus delectationis sine consensu operis non sufficit ad merendum, sufficit autem in malis ad demerendum.

14. Ad quartum decimum dicendum quod mulier de iure non debet velle contra viri debitam ordinationem sed tamen de facto quandoque potest contrarium velle et vult, et ita etiam est de inferiori ratione.

Rationes in contrarium concedimus, quamvis ultima falso concludat: procedit enim ac si gentilis secundum superiorem rationem peccare non posset, quod falsum est; nullus est enim qui non extimet in aliquo esse finem humanae vitae, et cum ex illo deliberationem accipit, ad rationem superiorem pertinet.

A 322 cogitationem] delectationem (*cf. supra lin.* 267) *praem.* pA 326 interiorem approbat *inv.* pA 336 consequentia] conn (9n) *idem conf. inc. praem.* pA 338 antequam ratio delectationem] quando ratio delectatio *praem.* pA 340 habet interpretativum] int (t *imp.*) *praem.* pA 342 de[2]] d (*?*) *add.* pA 362 sicut] plura *praem.* pA (*cf. lin.* 365) 378 falso *em.* A] *conf.* pA

Φ 310 (*et* 314) manichaeos] manicheum Φ 311 libro] XII Φ (-$\delta^1$) 2 $\delta^1$ 312 XII...enim] libro enim de trinitate Φ 315 sive] vel Φ 316 unde patet quod] et ideo Φ 318 actus interior *inv.* Φ 319 cogitatio] delectatio Σ 327 delectationem *om.* Φ 331 etc. *om.* Φ 334 nullo] in *praem.* Φ (-$\delta^1$) in illo $\delta^1$ 336 et *om.* Φ idem] genus *add.* Φ 343 cum] ut cum Φ 345 ruere] ruine Σ 353 divini] *om.* β dei Σ 354 quantum] ipsa *add.* Φ 355 rationis...est *om.* α δ 362 dicit Dionysius *inv.* Φ (-δ) in *om.* Φ 371 in malis *om.* Φ (*def.* δ) 373 viri] *post* debitam Φ (-γ) *post* ordinationem γ 376 etiam *om.* Φ 380 quod falsum est *om.* Φ

330 « Non concupisces »: Deut. v[21]. 363 § 30 (PG 3, 729 C; Dion. 298).

## Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum in ratione superiori possit esse peccatum veniale. Et videtur quod non: superioris enim rationis est inhaerere rationibus aeternis; ergo et peccatum in ea esse non potest nisi per hoc quod deflectitur ab aeternis rationibus: sed deflecti a rationibus aeternis est peccatum mortale; ergo in superiori ratione non potest esse peccatum nisi mortale.

2. Praeterea, peccatum veniale per contemptum fit mortale; sed non videtur esse sine contemptu quod aliquis deliberet aliquid esse malum et a Deo puniendum et tamen illud committere consentiat; ergo videtur quod quandocumque post deliberationem superioris rationis in actum consentitur etiam peccati venialis, sit mortale peccatum.

3. Praeterea, est aliquid in anima in quo non potest esse peccatum nisi veniale, scilicet sensualitas; aliquid vero in quo potest esse et veniale et mortale, ut ratio inferior; ergo videtur quod aliquid etiam sit in anima in quo non sit nisi peccatum mortale: hoc autem non est synderesis quia in ea nullum est peccatum; ergo hoc convenit superiori rationi.

4. Praeterea, in angelo et in homine in statu innocentiae non poterat esse peccatum veniale propter hoc quod peccatum veniale ex corruptione carnis oritur, quae tunc non erat; sed ratio superior est remota a carnis corruptione; ergo in ea peccatum veniale esse non potest.

SED CONTRA, consensus in actum peccati non est gravior quam ipse actus peccati; sed consensus in actum venialis peccati ad superiorem rationem pertinet; | ergo et peccatum veniale. *119va*

2. Praeterea, subitus motus infidelitatis peccatum veniale est, et non est nisi in superiori ratione; ergo in ea est peccatum veniale.

RESPONSIO. Dicendum quod in superiori parte rationis potest esse peccatum veniale et mortale, sed tamen aliqua materia est circa quam in superiori ratione non potest esse nisi peccatum mortale: quod sic patet. Superior enim ratio habet actum circa aliquam materiam directe, scilicet circa rationes aeternas, et circa aliquam materiam indirecte, scilicet circa res temporales, de quibus iudicat secundum rationes aeternas. Circa materiam autem propriam, scilicet circa rationes aeternas, habet actum duplicem, et subitum et deliberatum. Cum autem peccatum mortale non perficiatur nisi post actum deliberationis, poterit esse in superiori ratione peccatum veniale quando est motus subitus, mortale autem quando est deliberatus, sicut in peccato infidelitatis apparet. Sed circa materiam temporalium rerum non habet nisi actum deliberatum quia non fertur in ea nisi conferens ad ea rationes aeternas: unde quantum ad huiusmodi materiam si sit in genere peccati mortalis semper actus rationis superioris erit peccatum mortale; si autem sit in genere venialis peccati erit veniale, ut patet cum quis consentit in verbum otiosum.

1. Ad primum igitur dicendum quod ratio superior peccat per hoc quod deflectitur a rationibus aeternis non solum faciendo contra eas sed etiam faciendo praeter eas, quod est peccatum veniale.

2. Ad secundum dicendum quod non quilibet contemptus facit peccatum mortale, sed contemptus Dei: per hunc enim solum homo

A 3 non] etiam *add.* pA 5 nisi (*e* nisi si pA) *em.* A 8 peccatum *scrips.*] potest *potius* (*casu compl. abbrev. om.*) A 25 convenit] non *praem.* pA 42 nisi] si (*ut videtur*) *praem.* pA 53 veniale] m *in fine lin. praem.* pA mortale autem quando] veniale autem qn (n *imp. inc.* quando) *praem.* pA 58 ea *em.* A] eas *ut videtur* pA 67 praeter] contra *praem.* pA

Φ 2 videtur *post* non Φ 6 ab] a Φ aeternis rationibus *inv.* Φ a] ab Φ rationibus aeternis] *inv.* β γ illis α δ 7-9 in...mortale] etc. Φ 16 consentitur] consentit Φ 17 mortale peccatum *inv.* Φ 18 Praeterea] item (*et sic lin.* 26 *et* 36) Φ 19 peccatum nisi *inv.* Φ 20 aliquid vero] et aliquid Φ et *om.* Φ 21 ut] scilicet Φ ratio inferior *inv.* Φ 22 aliquid] ibi Φ 22 in anima] aliquid Φ 23 sit] possit esse Φ peccatum *om.* Φ 24 est peccatum *inv.* Φ ergo...rationi] etc. Φ 31 in ea...potest] etc. Φ 32 Sed *om.* Σ 35 et...veniale] etc. Φ 37 superiori] superiore α γ inferiori δ 38 in ea... veniale] etc. Φ 41 in...ratione *om.* Σ 42 esse] in ea *add.* Φ 43 ratio] tantum *add.* Φ 46 res] rationes Φ 49 et] scilicet Φ 53 est] erit Φ 54 est] erit Φ 56 nisi actum *inv.* Φ 57 in] ad Φ 60 rationis superioris *inv.* Φ 61 venialis peccati *inv.* Φ 71 Dei] solum *add.* Φ

1 Parall.: *Super Sent. II* d. 24 q. 3 a. 5; *I-II* q. 74 a. 9 et 10; *De malo* q. 7 a. 5. 3 superioris...aeternis: August. ut infra q. 16 a. 1 66. 19 scilicet sensualitas: vide infra q. 25 a. 5. 21 ratio inferior: vide supra a. 3. 24 in ea nullum est peccatum: vide infra q. 16 a. 2. 28 ex corruptione carnis: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 31 c. 4-5.

a Deo avertitur. Post quantamcumque autem deliberationem aliquis in peccatum veniale consentiat, non contempnit Deum nisi forte extimaret peccatum illud esse contrarium praecepto divino, unde ratio non sequitur.

3. Ad tertium dicendum quod hoc quod in sensualitate non possit esse nisi peccatum veniale contingit ex imperfectione eius; ratio autem perfecta potentia est et ideo in ea potest esse peccatum secundum omnem peccati differentiam, actus enim eius potest esse in quolibet genere completus; unde si sit in genere peccati venialis erit veniale, si in genere mortalis erit mortale.

4. Ad quartum dicendum quod quamvis ratio superior non sit immediate carni coniuncta, tamen corruptio carnis usque ad eam pertingit in quantum superiores potentiae ab inferioribus accipiunt.

A 72 avertitur] averti *conf. praem.* pA 77 hoc] ideo aliqua po *praem.* pA 82 actus] *signum novae paragraphi imp. praem.* pA

Φ 72 a Deo *post* avertitur Φ 73 aliquis] homo Φ 76 unde...sequitur *om.* α δ 78 possit] posset Φ nisi *om.* Σ 83 peccati *om.* Φ 84 erit...erit] est...est Φ 87 eam] ipsam Φ

# QUAESTIO SEXTA DECIMA

# De synderesi

1. *Utrum synderesis sit potentia vel habitus.*
2. *Utrum synderesis possit peccare.*
3. *Utrum synderesis in aliquibus extinguatur.*

## Articulus primus

Quaestio est de synderesi. Et quaeritur utrum synderesis sit potentia vel habitus. Et videtur quod sit potentia: ea enim quae veniunt in eandem divisionem sunt eiusdem generis; sed synderesis dividitur contra rationabilem, irascibilem et concupiscibilem in glosa Ieronymi Ez. $1^9$; cum igitur irascibilis et concupiscibilis et rationalis sint potentiae, synderesis potentia erit.

2. Sed dicebat quod non significat potentiam absolute sed potentiam cum habitu. — Sed contra, subiectum cum accidente non dividitur contra subiectum absolute sumptum; non enim esset conveniens divisio qua diceretur animalium aliud homo, aliud homo albus; ergo cum habitus comparetur ad potentiam sicut accidens ad subiectum, videtur quod non possit convenienter dividi id quod dicit potentiam tantum, ut rationabilis et concupiscibilis et irascibilis contra id quod nominat potentiam cum habitu.

3. Praeterea, unius potentiae contingit esse diversos habitus; si ergo ratione habitus una potentia contra aliam distingueretur, quot sunt habitus potentiarum tot membra esse deberent illius divisionis qua partes animae ab invicem distinguuntur.

4. Praeterea, nihil unum et idem potest esse regulans et regulatum; sed potentia per habitum regulatur; ergo non potest potentia et habitus in idem concidere ut unum nomen potentiam et habitum designet simul.

5. Praeterea, habitui non inscribitur aliquid sed potentiae tantum; sed universalia principia iuris dicuntur inscribi synderesi; ergo ipsa potentiam nominat absolute.

6. Praeterea, ex duobus non potest unum fieri nisi eorum altero transmutato; sed habitus ille naturalis quem significare dicitur nomen synderesis non mutatur, quia naturalia oportet manere; nec iterum potentiae animae transmutantur, et ita videtur quod ex habitu et potentia non potest unum fieri ut utrumque uno nomine nominari possit.

A 34 synderesi] *idem (ut videtur) conf. et imp. praem.* pA potentiam] nominat *praem.* pA

Φ 1 Quaestio est] Consequenter queritur Φ Et] primo *add.* Φ 5-6 rationabilem(–nalem Φ)...concupiscibilem *inv.* Φ 6 in] ut dicitur *praem.* Φ 7 cum igitur] sed Φ 8 sint] sunt Φ 8-9 synderesis...erit] ergo et synderesis Φ 14 conveniens divisio *inv.* Φ 14 qua *om.* Σ diceretur] *om.* α δ *ante* conveniens γ 15 ergo cum] sed Σ 16 comparetur] comparatur Φ 17 videtur quod] ergo Φ possit] debet (*post* dividi $\delta^1$) Φ 18 convenienter *om.* Φ 19 ut] scilicet Φ rationabilis (rationalis Φ)...irascibilis *inv.* Φ 19 et$^1$ *om.* α γ $\delta^1$ et$^2$ *om.* Σ 21 Praeterea] item (*et sic infra lin.* 27 32 36 44 49 58 68 73 80 86 101 114 120 139 149 157 *et* 167) Φ 22 ergo] igitur Φ 25 ab] ad Φ 31 designet simul *inv.* Φ 33 tantum *om.* Σ 34 ergo] etc. (*post* absolute δ) *add.* Φ ipsa...absolute *om.* Φ (-δ) 37 eorum *om.* Σ 38 ille *om.* Φ 39 naturalia *post* manere Φ 41 et ita] ergo Φ videtur quod *om.* Φ habitu] naturali *add.* Φ 42 unum fieri *inv.* Φ 43 nominari possit] nominetur Φ

1 Parall.: *Super Sent. II* d. 24 q. 2 a. 3; *I Pars* q. 79 a. 12. 7 *Glossa ordin.*, ex Hieron. *Comment. in Ez.* I c. 1 (PL 25, 22 A-B). 33 universalia...synderesi: August. ut referunt Thomas *Super Sent. II* d. 24 q. 2 a. 3 arg. 3 et Albertus *Summa de homine* q. 71 a. 1 arg. 2 et q. *De synderesi* (ms. Vat. lat. 781, f. $37^{ra}$). Quamquam apud August. textus noster ad litteram non invenitur, conferri tamen possunt *De lib. arb.* II c. 10 (PL 32, 1256) et *De Trin.* XIV c. 15 (PL 42, 1052).

7. Praeterea, sensualitas synderesi opponitur, quia sicut sensualitas inclinat semper ad malum ita synderesis semper ad bonum; sed sensualitas est absolute potentia sine habitu; ergo et synderesis potentiam nominat absolute.

8. Praeterea, ut dicitur in IV Metaphysicae, ratio quam significat nomen est diffinitio; ergo illud quod non est hoc modo unum quo diffinibile est, uno nomine nominari non potest; sed aggregatum ex subiecto et accidente, ut hoc quod dico homo albus, diffiniri non potest, ut probatur in VII Metaphysicae, et sic etiam nec aggregatum ex potentia et habitu; ergo non potest potentia cum habitu uno nomine significari.

9. Praeterea, superior ratio potentiam nominat absolute; sed synderesis est idem quod superior ratio ut videtur: ut enim dicit Augustinus in libro De libero arbitrio, in naturali iudicatorio quod nos synderesim dicimus adsunt « quaedam regulae et lumina virtutum et vera et incommutabilia ». Incommutabilibus autem rationibus adhaerere secundum Augustinum in XII De Trinitate, est superioris rationis; ergo synderesis est potentia absolute.

10. Praeterea, secundum Philosophum in II Ethicorum, omne quod est in anima est potentia aut habitus aut passio; ergo vel divisio Philosophi est insufficiens, vel non est aliquid in anima quod sit simul potentia et habitus.

11. Praeterea, contraria non possunt esse in eodem; sed nobis est fomes innatus qui semper inclinat ad malum; ergo in nobis non potest esse aliquis habitus semper inclinans ad bonum; et ita synderesis quae semper inclinat ad bonum non est habitus vel potentia cum habitu, sed potentia absolute.

12. Praeterea, ad operandum sufficit potentia et habitus; si ergo | synderesis sit potentia *119vb* cum habitu innato, cum synderesis inclinet ad bonum, homo sufficiens erit ex puris naturalibus ad bene operandum: quod videtur esse Pelagii haeresis.

13. Praeterea, si synderesis sit potentia cum habitu non erit potentia passiva sed activa cum habeat operationem aliquam; sicut autem potentia passiva fundatur supra materiam, ita activa supra formam; in anima autem humana est duplex forma: una per quam cum angelis convenit in quantum spiritus est, quae est superior, alia inferior per quam corpus vivificat in quantum anima est. Oportet igitur quod synderesis fundetur vel supra formam superiorem vel supra formam inferiorem: si supra formam superiorem est superior ratio, si supra inferiorem est ratio inferior; sed tam ratio superior quam inferior potentiam nominat absolute; ergo synderesis absolute potentia est.

14. Praeterea, si synderesis nominat potentiam cum habitu, hoc non est nisi cum habitu innato; si enim cum habitu acquisito vel infuso possibile esset synderesim amittere; sed synderesis non nominat habitum innatum; ergo nominat potentiam absolute. Probatio mediae: omnis habitus qui praesupponit aliquem actum temporalem non est habitus innatus; sed synderesis praesupponit actum temporalem: est enim synderesis remurmurare malo et instigare ad bonum, quod esse non potest nisi prius ac-

A 55 aggregatum *em.* A] *conf.* pA 58 nominat *hic conf.* pA] *clare post* absolute A, *et ordinem dictatorum restituimus* (*cf. lin.* 35 *et* 48) 75 ergo] sp (p *imp.*) *add.* pA 76 aliquis *scrips.*] *valde conf.* A et ita] *signum novae paragraphi praem.* pA 81 ergo] in nobis (*ante trans. ad col.*) *add.* pA 85 Pelagii] pl *idem conf. inc. praem.* pA 87 cum] ei (*inc.* enim *?*) *add.* pA 93 alia (*ex* aliam pA) *em.* A 107 aliquem *scrips.*] aliquam *casu* A 111 esse] ei (*ut videtur*) *praem.* pA

Φ 44 sensualitas *post* opponitur Φ 45 inclinat semper *inv.* Φ 48 et...absolute] etc. Φ 49 ut] sicut Φ in *om.* Σ 50 significat] designat Φ 51 unum] nomen *add.* Φ 55 in *om.* Φ et sic] ergo Φ etiam nec *inv.* Φ 56 potentia *post* habitu Φ 58 nominat absolute *inv.* Φ 60 ut² *om.* Φ enim dicit *inv.* Φ 62 quod] quos Φ 65 in *om.* Φ 70 vel *post* Philosophi Φ 72 simul] *om.* α δ *post* potentia γ 78 potentia] habitus Φ habitu, sed] *om.* β potentia sed α δ potentia vel γ 85 haeresis *ante* esse Φ 93 inferior *om.* α δ 94 est] que est inferior (*cf. nota superior*) *add.* Φ Oportet igitur] oportet ergo Φ (-γ) ergo oportet γ 95 supra formam²] *om.* Σ supra β 96 formam² *om.* Σ 98 ratio¹] *om.* Σ *post* inferior β 98 ratio² *post* inferior⁹⁹ Φ 99 potentiam nominat *inv.* Φ synderesis...est] etc. Φ 101 nominat potentiam] sit potentia Φ 103 acquisito...infuso *inv.* Φ 110 remurmurare malo *inv.* Φ (*def.* γ) 111 esse *post* potest Φ (*def.* γ)

49 Cap. 7 (1012 a 23) sec. transl. *Novae Metaph.* (ed. Averroes VIII, 97 K). 55 *Metaph.* VII 3 (1029 b 27). 61 II c. 10 (PL 32, 1256). 66 Cap. 7 (PL 42, 1005). 69 *Ethic.* II 5 (1105 b 20). 73 contraria...eodem: cf. Arist. *Metaph.* IV 15 (1011 b 21). 74 fomes innatus: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 30 c. 8. 85 Pelagii haeresis: August. *De haeres.* 88 (PL 42, 47) ut refert Thomas e. g. *I-II* q. 100 a. 10 arg. 3 et ibid. q. 109 a. 4 sed. c. 90 in...anima est: cf. ps.-August. *De spir. et anima* cap. 9 (PL 40, 784). 109 est...bonum: ut dicunt ' Sancti et Glosae ' sec. Bonaventuram *Super Sent. II* d. 39 a. 2 q. 3.

tualiter cognoscatur bonum et malum; ergo synderesis praeexigit actum temporalem.

15. Praeterea, officium synderesis videtur esse iudicare, unde et naturale iudicatorium dicitur; sed liberum arbitrium a iudicando nomen accepit; ergo synderesis est idem quod liberum arbitrium: sed liberum arbitrium est potentia absolute, ergo et synderesis.

16. Praeterea, si synderesis sit potentia cum habitu, quasi composita ex utroque, hoc non erit compositione logica qua species ex genere et differentia componitur, quia potentia non se habet ad habitum ut genus ad differentiam: sic enim quilibet habitus potentiae superinductus specialem potentiam constitueret; ergo est compositio naturalis. Sed in naturali compositione compositum est aliud a componentibus, ut probatur in VII Metaphysicae; ergo synderesis nec erit potentia nec habitus sed aliquid praeter haec, quod esse non potest; relinquitur igitur quod sit potentia absolute.

SED CONTRA, si synderesis sit potentia oportet quod sit potentia rationalis; rationales autem potentiae se habent ad opposita; ergo synderesis ad opposita se habebit, quod patet esse falsum quia semper instigat ad bonum et numquam ad malum.

2. Praeterea, si synderesis sit potentia aut est eadem cum ratione aut alia: sed non est eadem quia contra rationem dividitur in glosa Ieronymi Ez. I prius inducta; nec etiam potest dici quod sit alia potentia a ratione, specialis enim potentia specialem actum requirit; nullus actus autem synderesi attribuitur quem ratio facere non possit, ratio enim ipsa et instigat ad bonum et remurmurat malo; ergo synderesis nullo modo est potentia.

3. Praeterea, fomes semper inclinat ad malum, synderesis autem semper ad bonum; ergo ista duo directe opponuntur; sed fomes est habitus vel per modum habitus se habens: ipsa enim concupiscentia quae in pueris habitualis est secundum Augustinum, in adultis vero actualis, fomes esse dicitur; ergo et synderesis est habitus.

4. Praeterea, si synderesis est potentia, aut est cognitiva aut motiva; sed constat quod non est cognitiva absolute, ex hoc quod actus eius est inclinare ad bonum et remurmurare malo; ergo si sit potentia erit motiva: hoc autem apparet esse falsum quia potentiae motivae sufficienter dividuntur per irascibilem, concupiscibilem et rationabilem, contra quas dividitur synderesis ut prius dictum est; ergo synderesis nullo modo est potentia.

5. Praeterea, sicut in parte operativa animae synderesis numquam errat, ita in parte speculativa intellectus principiorum numquam errat; sed intellectus principiorum est habitus quidam ut patet per Philosophum in VI Ethicorum; ergo et synderesis quidam habitus est.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hanc quaestionem diversae inveniuntur opiniones. Quidam namque dicunt quod synderesis absolute potentiam nominat et potentiam aliam a ratione, ea superiorem; alii vero dicunt esse quidem synderesim potentiam absolute sed esse rationi eandem secundum rem sed consideratione diversam: consideratur enim ratio ut ratio, id est in quantum ratiocinatur et confert et sic nomina-

A 114 videtur] *quandam litt. imp. praem.* pA 121 habitu] oportet quod habitus *add.* pA 122 qua (*e* quas pA) *em.* A 123 potentia] habitus *praem.* pA 143 ratione] quia *in fine lin. add.* pA 145 actus autem] enim *praem.* pA 171 per] h *add.* pA 171 Ethicorum] p (*ut videtur*) *praem.* pA 181 confert] *idem conf., iterum idem conf. et imp. praem.* pA

Φ 117 synderesis] liberum arbitrium Φ liberum arbitrium] synderesis (*cf. nota superior*) Φ 119 et synderesis] etc. Φ 125 quilibet] *om.* α δ quibus γ 126 constitueret] constituet Φ 127 naturali compositione *inv.* Φ 129 in *om.* Φ nec erit] non est Φ 131 haec] hoc Φ 133 Sed *om.* Φ 134 autem] sed *ante* rationales Φ 136-138 quod...malum *om.* α δ 139 sit] est Φ 140 est² *om.* Φ 142 Ieronymi *om.* Φ potest] oportet Σ 143 potentia *om.* Σ 145 actus autem *inv.* Φ 147 synderesis...potentia] etc. Φ 150 autem *om.* Φ 155 et *om.* Φ 158 est *om.* Φ 165 synderesis...potentia] etc. Φ 167 operativa animae *inv.* Φ 172 et *om.* Φ quidam *om.* Σ 173 Dicendum quod *om.* Σ 174 inveniuntur] *post* opiniones β γ sunt *post* opiniones α δ 175 namque] enim Φ absolute potentiam *inv.* Φ 177 esse *om.* Φ synderesim *om.* Σ 178 potentiam *ante* quidem Φ sed esse *inv.* Φ rationi] rationem *post* eandem Φ 179 sed] tamen *post* consideratione Φ

115 naturale iudicatorium: Basilius [*Hom.* XII In princ. Prov. n. 9 (PG 31, 405 C) Rufino interprete n. 9 (PG 31, 1772 B)] ut dicitur infra q. 17 a. 1 36. 129 *Metaph.* VII 17 (1041 b 11). 134 rationales...opposita: Arist. ut supra q. 5 a. 2 13 in nota. 142 prius inducta: supra lin. 7. 154 Ex Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 30 c. 9, cf. August. *De pecc. mer. et rem.* II c. 4 (PL 44, 152) sec. Thomam *I-II* q. 82 a. 1 sed c. 165 prius dictum est: supra lin. 7. 172 *Ethic.* VI 5 (1141 a 7). 174 Quidam: e. g. Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 12 q. 1 (f. 65$^{vb}$). 177 alii: e. g. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 418 (p. 493).

tur vis rationalis, et ut natura, id est in quantum aliquid naturaliter cognoscit et sic dicitur synderesis; alii vero dicunt synderesim nominare ipsam potentiam rationis cum aliquo habitu naturali: quid autem horum verius sit, sic videri potest.

Sicut enim dicit Dionysius in VII cap. De divinis nominibus « divina sapientia coniungit fines primorum principiis secundorum »: naturae enim ordinatae ad invicem sic se habent sicut corpora contiguata quorum inferius in sui supremo tangit superius in sui infimo, unde et natura inferior attingit in sui supremo ad aliquid quod est proprium superioris naturae, imperfecte illud participans. Natura autem humanae animae est infra naturam angelicam si consideremus naturalem modum cognoscendi utriusque; naturalis enim modus cognoscendi et proprius naturae angelicae est ut veritatem cognoscat sine inquisitione et discursu; humanae vero animae proprium est ut ad veritatem cognoscendam perveniat inquirendo et ab uno in aliud discurrendo. Unde et anima humana quantum ad id quod in ipsa supremum est, aliquid attingit de eo quod proprium est angelicae naturae, scilicet ut aliquorum cognitionem habeat subito et sine inquisitione, quamvis etiam quantum ad hoc inveniatur angelo inferior, in quantum in his etiam | veritatem cognoscere non potest nisi a sensu accipiendo.

120ra

Invenitur autem in natura angelica duplex cognitio, speculativa qua ipsam rerum veritatem simpliciter et absolute intuetur, et practica, tam secundum philosophos qui ponunt angelos motores orbium et omnes formas naturales praeexistere in eorum praeconceptione, quam etiam secundum theologos qui ponunt angelos Deo in spiritualibus officiis ministrare, secundum quae ordines distinguuntur. Unde et in natura humana in quantum attingit angelicam, oportet esse cognitionem veritatis sine inquisitione et in speculativis et in practicis, et hanc quidem cognitionem oportet esse principium totius cognitionis sequentis, sive practicae sive speculativae cum principia oporteat esse certiora et stabiliora. Unde et hanc cognitionem oportet homini naturaliter inesse cum haec quidem cognitio sit quasi seminarium quoddam totius cognitionis sequentis, – et in omnibus naturis sequentium operationum et effectuum quaedam naturalia semina praeexistant –; oportet etiam hanc cognitionem habitualem esse ut in promptu existat ea uti cum fuerit necesse. Sicut igitur humanae animae est quidam habitus naturalis quo principia speculativarum scientiarum cognoscit, quem vocamus intellectum principiorum, ita etiam in ea est quidam habitus naturalis primorum principiorum operabilium, quae sunt universalia principia iuris naturalis, qui quidem habitus ad synderesim pertinet. Hic autem habitus non in alia potentia existit quam ratio nisi forte ponamus intellectum esse potentiam a ratione distinctam, cuius contrarium supra dictum est.

Restat igitur ut hoc nomen synderesis vel nominet absolute habitum naturalem similem habitui principiorum vel nominet ipsam potentiam rationis cum tali habitu, et quodcumque horum fuerit non multum differt, quia hoc non facit dubitationem nisi circa nominis significationem. Quod autem ipsa potentia rationis prout naturaliter cognoscit synderesis dicatur, absque omni habitu esse non potest quia naturalis cognitio rationi convenit secundum habitum ali-

A 186 videri *em.* A] *conf.* pA 192 inferius] s *et litt. imp.* (*inc.* superius *?*) *praem.* pA 193 superius] inferius *praem.* pA 197 infra] i[a] (*ut videtur, idem conf. inc.*) *praem.* pA 201 sine] *idem conf. praem.* pA 202 ad] eo (*seu* co) *praem.* pA 205 sumppremum A 208 quamvis] et *praem.* pA 224 esse] homini naturaliter inesse u (*cf. lin* 228) *praem.* pA 225 sive[1]] *idem conf. et imp. praem.* pA 235 est *scrips. cum* pA] st (*forsit.* e *casu expunctum*) A 237 quem] ita etiam in ea est habitus quidam naturalis (*cf. lin.* 238) *praem.* pA 240 iuris] *idem conf. et imp. praem.* pA 242 ratio *clare* A

Φ 183 aliquid *post* cognoscit Φ 184 vero] autem Φ 186 horum *om.* Φ 188 enim *om.* Φ (-δ) in *om.* Φ 196 humanae animae *inv.* Φ 206 angelicae naturae *inv.* Φ 207 habeat] *om.* α *post* inquisitione δ habeant β 210 in his *post* etiam Φ 215 ponunt] posuerunt Φ 217 praeconceptione] cognitione α δ[1] (*def.* δ[2]) cognitione *praem.* β 219 spiritualibus officiis *inv.* Φ 225 practicae...speculativae *inv.* Φ 228 haec] hoc *potius* Φ 229 cognitio sit] cognoscit Φ 232 praeexistant] –existunt Φ 235 humanae animae *inv.* Φ 236 quo...cognoscit *om.* α δ 238 etiam *om.* Φ ea] ipsa Φ 242 ratio] in ratione Φ 248 nominet] nominat Φ 255 habitum aliquem *inv.* Φ

184 alii: e. g. Albertus *Summa de homine* q. 71 a. 1. 189 § 3 (PG 3, 872 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 407). 215 philosophos: vide supra q. 5 a. 8 245 in nota et *I Pars* q. 110 a. 1 ad 3. 218 theologos: cf. *I Pars* q. 110 a. 1 ad 3. 240 universalia...naturalis: vide supra lin. 33. 244 supra: q. 15 a. 1.

quem naturalem, ut de intellectu principiorum patet.

1. Ad primum igitur dicendum quod aliqua possunt in eandem divisionem venire secundum quod in aliquo communi conveniunt, quicquid sit illud commune, sive sit genus sive sit accidens. In illa igitur divisione quadrimembri qua synderesis contra tres potentias distinguitur, non distinguuntur ad invicem membra divisionis secundum quod conveniunt in hoc communi quod est potentia, sed secundum quod conveniunt in hoc communi quod est principium motivum: unde non sequitur quod synderesis sit potentia sed quod sit quoddam principium motivum.

2. Ad secundum dicendum quod quando ex accidente supervenit subiecto aliquid speciale praeter id quod competit sibi ex sua natura, tunc nihil prohibet accidens dividi contra subiectum, vel subiectum cum accidente contra subiectum absolute sumptum; sicut si dividerem superficiem coloratam contra superficiem absolute sumptam, in quantum superficies absolute sumpta est quid mathematicum, per hoc vero quod dicitur colorata, trahitur ad genus naturae. Ita etiam et ratio nominat cognitionem secundum modum humanum sed per habitum naturalem trahitur ad alterius generis condicionem, ut ex dictis patet; unde nihil prohibet vel ipsum habitum dividi contra potentiam in divisione qua dividitur principium motivum, vel ipsam potentiam habitualem dividi contra potentiam absolute sumptam.

3. Ad tertium dicendum quod alii habitus qui insunt potentiae rationali eodem modo movent per illum modum qui est proprius rationi in quantum est ratio; et ideo illi habitus distingui non possunt contra rationem sicut habitus naturalis a quo synderesis nominatur.

4. Ad quartum dicendum quod synderesis non dicitur significare potentiam et habitum quasi eadem res sit potentia et habitus sed quia uno nomine significatur ipsa potentia cum habitu cui substernitur.

5. Ad quintum dicendum quod scribi aliquid in alio intelligitur dupliciter: uno modo sicut in subiecto et sic in anima non potest aliquid scribi nisi quantum ad potentiam, vel sicut in continente et sic nihil prohibet etiam habitui aliquid inscribi, secundum quod dicimus singula quae ad geometriam pertinent ipsi geometriae inscribi.

6. Ad sextum dicendum quod ratio illa procedit quando aliquid fit unum ex duobus per modum mixtionis; sic autem non fit unum ex habitu et potentia sed sicut ex accidente et subiecto.

7. Ad septimum dicendum quod hoc quod sensualitas inclinat semper ad malum habet ex corruptione fomitis, quae quidem corruptio inest ei per modum cuiusdam habitus: et sic etiam synderesis ex habitu aliquo naturali habet quod semper ad bonum inclinet.

8. Ad octavum dicendum quod homo albus non potest diffiniri diffinitione proprie dicta, qualis est diffinitio substantiarum quae significat unum per se; sed potest diffiniri diffinitione quadam secundum quid, in quantum ex accidente et subiecto fit unum secundum quid, et talis unitas sufficit ad hoc quod unum nomen possit imponi; unde etiam ibidem Philosophus dicit quod subiectum cum accidente uno nomine nominari potest.

9. Ad nonum dicendum quod synderesis neque nominat superiorem rationem neque inferiorem sed aliquid communiter se habens ad utramque. In ipso enim habitu universalium principiorum iuris continentur quaedam quae pertinent ad rationes aeternas, ut hoc quod est

A 261 accidens] cu (*inc.* cum ?) *add.* pA 279 per hoc vero] secundum vero *praem.* pA 281 ratio nominat] n *praem.* pA 283 condicionem] cognitionem *praem.* pA 292 ratio] ro *idem inc. praem.* pA 323 in] et *imp. praem.* pA 332 utramque] *idem conf. et imp. praem.* pA 334 pertinent] *idem conf. praem.* pA

Φ 258 igitur] ergo Φ (-$\delta^2$) 273 competit] convenit Φ 278 sumptam] dictam Φ quantum] enim *add.* Φ 279 sumpta] sumitur Φ 279 quid] quiddam Φ 280 ad] in Σ 281 etiam *om.* Φ et *om.* Σ 301 alio] aliquo Φ intelligitur] est Φ 311 habitu...potentia *inv.* Φ accidente] potentia Σ 316 ei *om.* Σ 317 habitu aliquo *inv.* Φ 321 significat] significant Σ (-$\delta^1$) 323 accidente...subiecto *inv.* Φ 326 ibidem] idem Φ (-$\delta^1$) Philosophus *post* etiam Φ 328 potest *ante* uno Φ 330 superiorem rationem *inv.* Φ 332 utramque] utrumque (*cf.* pA) Φ 334-336 aeternas...rationes *hom. om.* $\delta^2$

326 *Metaph.* VII 3 (1029 b 27).

120$^{rb}$ Deo | esse oboediendum, quaedam vero quae pertinent ad rationes inferiores, utpote secundum rationem esse vivendum. Aliter autem synderesis dicitur incommutabilibus intendere et aliter ratio superior: dicitur enim aliquid incommutabile per incommutabilitatem naturae, et sic divina incommutabilia sunt, et hoc modo ratio superior incommutabilibus dicitur inhaerere; dicitur etiam aliquid immutabile per necessitatem veritatis quamvis etiam sit circa res secundum naturam mutabiles, sicut ista veritas ' omne totum maius est sua parte ' incommutabilis est etiam in mutabilibus rebus; et hoc modo synderesis incommutabilibus inhaerere dicitur.

10. Ad decimum dicendum quod quamvis omne quod est in anima sit solum habitus vel solum potentia vel solum passio, tamen non omne quod in anima nominatur est alterum horum tantum: ea enim quae secundum rem distincta sunt potest intellectus coniungere et uno nomine nominare.

11. Ad undecimum dicendum quod habitus ille inclinans ad malum innatus pertinet ad inferiorem partem animae qua corpori coniungitur; habitus vero naturaliter inclinans ad bonum pertinet ad superiorem partem; et ideo hi duo contrarii habitus non sunt eiusdem secundum idem.

12. Ad duodecimum dicendum quod habitus cum potentia sufficit ad actum qui est illius habitus; actus autem huius habitus naturalis quem synderesis nominat est remurmurare malo et inclinare ad bonum, et ideo ad hunc actum homo naturaliter potest. Non autem ex hoc sequitur quod in opus meritorium peragendum homo ex puris naturalibus possit: haec enim naturali facultati solummodo deputare pelagianae impietatis est.

13. Ad tertium decimum dicendum quod synderesis secundum quod potentiam nominat magis videtur nominare potentiam passivam quam activam. Non enim distinguitur potentia activa a passiva ex hoc quod habet operationem, quia cum cuiuslibet potentiae animae tam activae quam passivae sit operatio aliqua, quaelibet potentia animae esset activa. Cognoscitur autem earum distinctio per comparationem potentiae ad obiectum: si enim obiectum se habeat ad potentiam ut patiens et transmutatum, sic erit potentia activa; si autem e converso se habeat ut agens et movens sic est potentia passiva. Et inde est quod omnes potentiae vegetabilis animae sunt activae quia alimentum transmutatur per animae potentiam tam in nutriendo quam in augendo et etiam quam in generando. Sed potentiae sensitivae omnes sunt passivae, quia per sensibilia obiecta moventur et fiunt in actu. Circa intellectum vero aliqua potentia est activa et aliqua passiva, eo quod per intellectum fit intelligibile potentia intelligibile actu, quod est intellectus agentis, et sic intellectus agens est potentia activa; ipsum etiam intelligibile in actu facit intellectum in potentia esse intellectum actu, et sic intellectus possibilis est potentia passiva. Non autem ponitur quod intellectus agens sit subiectum habituum sed magis intellectus possibilis; unde et ipsa potentia quae habitui naturali subicitur magis videtur esse potentia passiva quam activa.

Dato autem quod sit potentia activa, ulterius non recte procedit: non enim in anima sunt duae formae sed una tantum quae est eius essentia, quia per essentiam suam spiritus est, et per es-

A 343 immutabile *clare* A: cf. mutabiles$^{345}$ 361 hi] hii A 371 naturalibus *em.* A] *conf.* pA 376 passivam...activam *scrips.* (*cf. lin.* 400-404)] *inv.* (*e lapsu dictionis ut videtur*) A 378 habet] *idem* (*?*) *conf. et imp. praem.* pA 379 quia *sup. lin.* A] *om.* pA 385 activa] a *conf. praem.* pA 386 et] ad *praem.* pA 396 agentis] q *add.* pA 405 ulterius non] non oportet *praem.* pA 406 enim *scrips.*] erit A

Φ 338 et *om.* Σ 340 per] propter Φ 342 dicitur] intendit α δ intendit *praem.* β γ 343 immutabile] incommutabile Φ 343 per] propter Φ 346 maius est *inv.* Φ 347 mutabilibus] commutabilibus Φ 351 est] sit Φ 352 potentia...passio *inv.* Φ 354 ea] illa Φ 360 vero] autem Φ 369 ex hoc *post* sequitur Φ 370 peragendum *om.* Φ 371 haec] hoc Φ (-$\delta^2$) 372 solummodo *ante* pelagianae Φ deputare] imputare α δ 382 earum] eorum Φ 385 habeat] habet Φ 386 est] erit Φ 389 animae potentiam *inv.* Φ 390 et *om.* Φ etiam quam *inv.* Φ 394 et *om.* Φ fit (sit β $\delta^2$) *post* potentia Φ 399 actu] in actu Φ (-δ) 399 est] erit Φ 401 intellectus *om.* Φ 402 et *om.* Φ 403 naturali] natura Φ 405 potentia activa *inv.* Φ 406 procedit] proceditur Φ in anima *post* sunt Φ

346 ' omne...parte ': vide supra q. 10 a. 12 160 in nota. 387 omnes....passivae: Arist. *De anima* II 10 (417 a 2 sqq.) ut refert Thomas infra q. 19 a. 1 191, cf. nota ibid.

sentiam suam forma corporis est, non per aliquid superadditum. Unde ratio superior et inferior non fundantur super duas formas sed super unam essentiam animae. Nec etiam verum est quod ratio inferior fundetur super essentiam animae secundum illam habitudinem qua est forma corporis, sic enim fundantur in essentia animae solummodo illae potentiae quae sunt organis affixae, qualis non est ratio inferior. Dato etiam quod illa potentia quam nominat synderesis sit idem quod ratio superior vel inferior, nihil prohibet nomine rationis nominari illam potentiam absolute, nomine autem synderesis nominari eandem cum habitu sibi inhaerente.

14. Ad quartum decimum dicendum quod actus cognitionis non praeexigitur ad potentiam vel habitum synderesis sed ad actum ipsius; unde per hoc non excluditur quin habitus synderesis sit innatus.

15. Ad quintum decimum dicendum quod iudicium est duplex, scilicet in universali, et hoc pertinet ad synderesim, et in particulari operabili et est hoc iudicium electionis, et hoc pertinet ad liberum arbitrium, unde non sequitur quod sint idem.

16. Ad sextum decimum dicendum quod compositio physica et naturalis est multiplex: est enim compositio mixti ex elementis, et in hac compositione loquitur Philosophus quod oportet formam mixti esse aliud omnino ab ipsis elementis; est etiam compositio formae substantialis et materiae, ex qua resultat tertium, scilicet forma speciei, quae quidem non est aliud omnino a materia et forma, sed se habet ad eas ut totum ad partes; est etiam compositio subiecti et accidentis, in qua non resultat aliquid tertium ex utroque; et talis est compositio potentiae et habitus.

## Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum synderesis possit peccare. Et videtur quod sic, quia dicitur in glosa Ieronymi post mentionem de synderesi factam Ez. I[9] « Hanc interdum praecipitari videmus »; sed praecipitatio in operabilibus nihil est aliud quam peccatum; ergo synderesis peccare potest.

2. Praeterea, cum peccare non sit habitus proprie loquendo neque potentiae sed hominis, quia actus singularium sunt, dicitur tamen aliquis habitus vel potentia peccare secundum quod per actum alicuius habitus vel potentiae homo inducitur ad peccandum; sed per actum synderesis homo inducitur ad peccandum quandoque quia dicitur Ioh. XVI[2] « Venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium praestare Deo », et sic ad occisionem apostolorum aliqui inclinabantur ex hoc arbitrio quo iudicabant esse obsequendum Deo, | quod iudicium ad synderesim certum est pertinere; ergo synderesis peccat. *120va*

3. Praeterea, Ier. III dicitur « Filii Mempheos constupraverunt te usque ad verticem »; vertex autem est superior pars animae ut dicit glosa super illud Psal. « In verticem ipsius iniquitas eius descendet », et sic ad synderesim pertinet quae est supremum in anima; ergo synderesis etiam a daemonibus per peccatum constupratur.

A 415 corporis] *quandam litt. imp. praem.* pA 436 est] *quandam litt. imp. praem.* pA 437 elementis] corpori *praem.* pA 440 etiam] enim *praem.* pA 444 partes] *idem mac. praem.* pA
15 Ioh. XVI...hora] h *praem.* pA 19 (obsequen) dum Deo: *in appendice col.* 120[rb] A

Φ 416 solummodo] solum Σ potentiae] vires Φ 430 scilicet *om.* Φ 433 unde...idem *om.* α δ non] ratio *praem.* β 439 aliud] aliam Φ
3 post mentionem *om.* Σ de synderesi] *om.* β *post* Ez. I Σ 4 factam *om.* Σ 6 est aliud *inv.* Φ synderesis... potest] etc. Φ 8 Praeterea] item (*et sic infra lin.* 22 30 34 38 47) Φ 10 singularium sunt *inv.* Φ 12 habitus...potentiae *inv.* Φ 16 interficit] interficiat Φ (-δ[1]) arbitretur...Deo] etc. Φ 17 apostolorum *om.* α δ 18 arbitrio quo] quod α δ arbitrio quod β γ 19 iudicium *om.* Φ 20 certum est pertinere] pertinet Φ 21 synderesis peccat] etc. Φ 22 Mempheos] et pthaneos *add.* α β δ[2] et phaneos *add.* δ[1] et prohaneos *add.* γ 28 etiam *om.* Φ per peccatum *om.* Φ

416 potentiae...affixae: cf. supra q. 2 a. 5 322 in nota.
1 Desunt loci parall. 3 *Glossa ordin.*, cf. Hieron. *Comment. in Ez.* I c. 1 (PL 25, 22 C) et Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 12 q. 1 (f. 65[vb]). 10 actus...sunt: Arist. *Metaph.* I 1 (981 a 16) ut refert Thomas *Super Metaph.* V lect. 3 in fine, cf. ps.-Beda *Sententiae sive axiomata philos.* sect. 1 (PL 90, 967 C). 22 Rectius Ier. II[16]. 25 *Glossa* Petri Lomb. super Ps. VII[17] (PL 191, 119 A), cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 12 q. 1 (f. 65[vb]).

4. Praeterea, potentia rationalis se habet ad opposita secundum Philosophum; sed synderesis est rationalis potentia; ergo se habet ad opposita; ergo potest bonum facere et peccare.

5. Praeterea, contraria nata sunt fieri circa idem; sed virtus et peccatum sunt contraria; cum igitur in synderesi sit actus virtutis quia instigat ad bonum, erit etiam in ea actus peccati.

6. Praeterea, sicut se habet intellectus principiorum in speculativis ita synderesis in operativis; sed omnis operatio rationis speculativae ex principiis primis oritur; ergo et omnis operatio practicae rationis ex synderesi initium sumit; ergo sicut synderesi attribuitur operatio rationis practicae quae est secundum virtutem, ita attribuetur ei operatio rationis quae est secundum peccatum.

7. Praeterea, poena respondet culpae; sed anima tota punietur in damnatis, etiam secundum synderesim; ergo etiam synderesis peccat.

SED CONTRA, bonum potest esse magis purum quam malum quia aliquod bonum est cui non admiscetur aliquid de malo; nihil autem est adeo malum quod non habeat aliquid de bono permixtum: sed in nobis est aliquid quod semper inclinat ad malum, scilicet fomes; ergo et aliquid erit quod semper inclinat ad bonum; hoc nihil videtur esse nisi synderesis, et sic synderesis numquam peccat.

2. Praeterea, quod naturaliter inest semper inest; sed naturale est synderesi quod remurmuret malo; ergo ipsa numquam in malum consentit, ergo non peccat.

RESPONSIO. Dicendum quod natura in omnibus suis operibus bonum intendit et conservationem eorum quae per operationem naturae fiunt; et ideo in omnibus naturae operibus semper principia sunt permanentia et immutabilia et rectitudinem conservantia: « principia enim manere oportet » ut dicitur in I Physicorum. Non enim posset esse aliqua firmitas vel certitudo in his quae sunt a principiis nisi ipsa principia essent firmiter stabilita. Et inde est quod omnia mutabilia reducuntur ad aliquid primum immobile; inde etiam est quod omnis speculativa cognitio derivatur ab aliqua certissima cognitione circa quam error esse non potest, quae est cognitio primorum principiorum universalium, ad quae omnia alia cognita examinantur et ex quibus omne verum approbatur et omne falsum respuitur, in quibus si aliquis error posset accidere, nulla certitudo in tota cognitione sequenti inveniretur.

Unde et in operibus humanis ad hoc quod aliqua rectitudo in eis esse possit oportet esse aliquod principium permanens quod rectitudinem immutabilem habeat, ad quod omnia humana opera examinentur, ita quod illud principium permanens omni malo resistat et omni bono assentiat: et haec est synderesis, cuius officium est remurmurare malo et inclinare ad bonum; et ideo concedimus quod in ea peccatum esse non potest.

1. Ad primum igitur dicendum quod synderesis numquam praecipitatur in universali, sed in ipsa applicatione universalis principii ad aliquod particulare potest accidere error propter falsam deductionem vel alicuius falsi assumptionem; et ideo non dixit quod synderesis simpliciter praecipitetur sed quod conscientia prae-

A 34 nata] mata *idem conf. praem.* pA 42 primis] que *praem.* pA 43 initium] p *praem.* pA 58 et sic] § *signum novae paragraphi praem.* pA 58 synderesis[2]] secundum *add.* pA 61 synderesi *scrips.*] sinderesis *casu* A 69 conservantia: *supra lin. exstat brevis rasura* sA *non liquet* pA 72 his...principiis] ipsis pri *praem.* pA 74 omnia] inr *praem.* pA 84 operibus *in marg.* A] operabilibus pA

Φ 32 rationalis potentia *inv.* Φ habet] habebit Φ (-γ) 37 ea] ipsa Φ 39 intellectus] habitus Φ 42 principiis primis *inv.* Φ 49 anima tota *inv.* Φ punietur] punitur Φ secundum synderesim] synderesis Φ 50 etiam synderesis] et ipsa Φ 53 non] nihil Φ aliquid *om.* Φ 54 est adeo *inv.* Φ 57 inclinat] inclinet Φ 58 hoc] autem *add.* Φ nihil] non Σ 58 et sic...peccat *om.* α δ 74 aliquid] aliquod Φ 75 etiam est] est γ δ[2] *inv.* α β δ[1] 76 speculativa] specifica Φ 83 cognitione sequenti *inv.* Φ 85 aliqua rectitudo (certitudo δ) *post* in eis Φ 87 humana *om.* Φ 88 examinentur] -minantur Φ 90 haec] hoc *potius* Φ 93 non potest] non possit *ante* peccatum Φ 94 igitur] ergo Φ 98 falsam] perfectam vel *praem.* Φ (-γ) imperfectam vel *praem.* γ 99-100 quod...praecipitetur] simpliciter quod (non *add.* γ) precipitatur synderesis Φ

31 Cf. *Metaph.* IX 2 (1046 b 4). 34 contraria...idem: cf. Arist. *Topic.* II c. 4 (111 a 14). 49 anima...synderesim: vide infra a. 3 39. 70 Cap. 6 (189 a 19) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 9[v]). 74 omnia...immobile: Arist. ut supra q. 2 a. 13 75 in nota. 90 synderesis...bonum: ut dicunt ' Sancti et Glosae ' sec. Bonaventuram *Super Sent. II* d. 39 a. 2 q. 3.

cipitatur, quae universale iudicium synderesis ad particularia opera applicat.

2. Ad secundum dicendum quod quando in aliquo syllogismo conclusio falsa inducitur ex duabus propositionibus quarum una est vera et altera falsa, peccatum conclusionis non attribuitur propositioni verae sed falsae; et ideo in illo arbitrio quo occisores apostolorum arbitrabantur se obsequium praestare Deo peccatum non proveniebat ex universali iudicio synderesis quod est Deo esse obsequendum, sed ex falso iudicio rationis superioris quae arbitrabatur occisionem apostolorum esse beneplacitam Deo; et ideo non oportet concedere quod per actum synderesis ad peccandum inclinarentur.

3. Ad tertium dicendum quod vertex sicut est suprema pars corporis ita vertex animae dicitur suprema pars animae; unde secundum diversas distinctiones partium animae vertex animae diversimode accipitur. Distinguendo partem intellectivam a sensitiva, tota intellectiva pars vertex animae dici potest; ulterius distinguendo intellectivam partem in rationem superiorem et inferiorem, ratio superior vertex dicetur; ulterius distinguendo rationem in naturale iudicium et rationis deliberationem, naturale iudicium dicetur esse vertex. Cum igitur anima dicitur usque ad verticem constuprari intelligendum est secundum quod vertex nominat superiorem rationem non autem prout nominat synderesim.

4. Ad quartum dicendum quod potentia rationalis quae de se se habet ad opposita, per habitum quandoque determinatur ad unum, et maxime si sit habitus completus; synderesis autem non nominat potentiam rationalem absolute sed perfectam per habitum certissimum.

5. Ad quintum dicendum quod actus synderesis non est actus virtutis simpliciter, sed praeambulum ad actum virtutis, sicut naturalia sunt praeambula virtutibus gratuitis et acquisitis.

6. Ad sextum dicendum quod sicut in speculativis ratio falsa, quamvis originem sumat a principiis, non tamen a principiis primis falsitatem habet sed ex malo usu principiorum, ita etiam et in operativis accidit, unde ratio non sequitur.

7. Ad septimum dicendum quod Augustinus XII De Trinitate ostendit hoc argumentum non valere, dicit enim quod pro peccato | solius *120*$^{vb}$ inferioris rationis totus homo damnatur: et hoc ideo quia ad unam personam pertinet utraque ratio cuius est proprie peccare. Et ideo poena respondet directe personae et non potentiae nisi in quantum potentia est personae: pro peccato enim quod homo una sui parte commisit, ipsa persona hominis poenam meretur quantum ad omnia quae in persona continentur; unde etiam et in iudicio saeculari pro homicidio quod homo manu committit non sola manus punitur.

## Articulus tertius

Tertio queritur utrum synderesis in aliquibus extinguatur. Et videtur quod sic: in Psal. super illud ‘ Corrupti sunt et abominabiles facti sunt ’, dicit glosa « corrupti, id est omni lumine rationis privati »; sed lumen synderesis est lumen rationis; ergo synderesis in aliquibus extinguitur.

2. Praeterea, haeretici non habent aliquem remorsum de sua infidelitate quandoque; infi-

A 113 beneplacitam] p *imp. praem.* pA 115 inclinarentur *scrips.*] inclinaretur *compl. abbr. casu om.* A 119 vertex] *idem conf. et imp. praem.* pA 128 construprari A 139 virtutis simpliciter] s *praem.* pA 140 sicut] *idem in fine lin. praem.* pA 144 primis falsitatem] fa *praem.* pA 148 septimum] vii (*ex* viij pA) *em.* A 151 totus] *idem conf. praem.* pA 159 et (*ex* etiam pA) *em.* A 161 punitur]. s *add.* pA
6 ergo] lu *add.* pA 9 infidelitas] cu (*inc.* cum *?*) *praem.* pA

Φ 106 altera] alia Φ 111 quod...obsequendum *om.* α δ 115 peccandum] peccatum Φ inclinarentur *ante* ad Φ 116 vertex sicut] vertex $\delta^2$ *inv.* Φ (-$\delta^2$) 117 est] corporis *praem.* Φ (-γ) dicitur] est Φ 120 partem] enim *praem.* Φ 123-125 intellectivam...distinguendo *hom. om.* α δ 129 intelligendum est] intelligitur Φ 146 et *om.* Φ unde...sequitur *om.* Φ 149 XII] in *praem.* Φ 152 personam] partem Φ 159 etiam *om.* Φ
1 aliquibus] aliquo Φ 2 in *om.* Φ 3 super illud *om.* Φ 4 sunt] *om.* α δ etc. β ergo etc. *add.* γ dicit *om.* Φ 4 id est *om.* Φ 8 Praeterea] item (*et sic infra lin.* 13 24 35) Φ haeretici] infideles Φ 9 remorsum] conscientie *add.* Φ

149 Cap. 12 (PL 42, 1008).
1 Parall.: *Super Sent. II* d. 39 q. 3 a. 1. 3 super illud: Ps. XIII[1]. 4 *Glossa* Petri Lomb. (PL 191, 163 A).

delitas autem peccatum est; cum igitur officium synderesis sit remurmurare peccato, videtur quod ipsa in eis sit extincta.

3. Praeterea, secundum Philosophum in VII Ethicorum, ille qui habet habitum vitii est corruptus circa principia operabilium; sed principia operabilium pertinent ad synderesim; ergo in omni habente habitum vitii alicuius synderesis extincta est.

4. Praeterea, Prov. XVIII[3] « Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnet »; quod cum accidit « synderesis suum locum non tenet » ut dicit Ieronymus in glosa Ez. I[9]; ergo synderesis in quibusdam extinguitur.

5. Praeterea, in beatis amovetur omnis inclinatio ad malum; ergo in damnatis omnis inclinatio ad bonum e contrario removetur; sed synderesis inclinat ad bonum, igitur in eis ipsa extinguitur.

SED CONTRA, Is. ult. « Vermis eorum non morietur », et exponitur secundum Augustinum de verme conscientiae qui est conscientiae remorsus; sed remorsus conscientiae causatur ex hoc quod synderesis remurmurat malo; ergo synderesis non extinguitur.

2. Praeterea, in peccatis profundissimum locum tenet desperatio, quae est peccatum in Spiritum Sanctum; sed etiam in desperatis synderesis non extinguitur ut patet per Ieronymum in glosa super Ez. qui dicit quod synderesis « nec etiam in Cain extincta est », quem tamen constat desperatum fuisse per hoc quod dixit Gen. IV[13] « Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear »; ergo idem quod prius.

RESPONSIO. Dicendum quod synderesim extingui potest intelligi dupliciter: uno modo quantum ad ipsum lumen habituale, et sic impossibile est quod synderesis extinguatur sicut impossibile est quod anima hominis privetur lumine intellectus agentis, per quod principia prima et in speculativis et in operativis nobis innotescunt; hoc enim lumen est de natura ipsius animae cum per hoc sit intellectualis, de quo dicitur in Psal. « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine », quod scilicet nobis bona ostendit; hoc enim est responsio ad id quod dixerat « Multi dicunt: quis ostendit nobis bona? ». Alio modo quantum ad actum, et hoc dupliciter: uno modo ut dicatur actus synderesis extingui in quantum actus synderesis omnino intercipitur, et sic contingit actum synderesis extingui in non habentibus usum liberi arbitrii neque aliquem usum rationis, et hoc propter impedimentum proveniens ex laesione organorum corporalium a quibus ratio nostra accipere indiget; alio modo per hoc quod actus synderesis ad contrarium deflectatur, et sic impossibile est in universali iudicium synderesis extingui; in particulari autem operabili extinguitur quandocumque peccatur in eligendo, vis enim concupiscentiae aut alterius passionis ita rationem absorbet ut in eligendo universale synderesis iudicium ad particularem actum non applicetur. Sed hoc non est extingui synderesim simpliciter sed secundum quid tantum. Unde simpliciter loquendo concedimus quod synderesis numquam extinguitur.

1. Ad primum igitur dicendum quod dicuntur aliqui peccatores omni lumine rationis privati quantum ad actum electionis, in qua ratio errat propter hoc quod absorbetur ab aliqua

A 15 operabilium *conf.* A 40 chaym A 57 Alio... quantum] qua *praem.* pA 58 ut] sic *praem.* pA 68 operabili... quandocumque] qn (*inc.* quando) *praem.* pA 69 quandocumque] quandoque *imp. praem.* pA (*cf. nota superior*) 78 privati *clare* A

Φ 12 ipsa] *om.* δ *post* eis Φ (-δ) 13 in *om.* Φ 18 extincta est] extinguitur Σ 20 peccatorum *om* Φ contemnet] contempnit Φ 21 suum locum *inv.* Φ 23 quibusdam] *om.* β γ aliquibus α δ 25 ergo] per contrarium et *add.* Φ (-γ) et *add.* γ 26 e contrario removetur] *om.* α δ removetur β 27 igitur...extinguitur] etc. α γ ergo etc. β δ 29 Sed *om.* Φ 30 secundum Augustinum *post* conscientiae[1] Φ 31 conscientiae remorsus *inv.* Φ 36 locum tenet *inv.* Φ 39 super] *om.* α δ supra β γ 39 qui] ubi Φ synderesis *om.* Φ 40 extincta est *inv.* Φ 42 dixit] dicit Φ mea...prius] etc. Φ 45 potest intelligi *inv.* Φ (-δ) 50 et[1] *om.* Φ in[2] *om.* Φ 53 quo] lumine *add.* Φ 54 vultus tui, Domine] etc. Φ 55 hoc] hec Φ 56 Multi dicunt *om.* Φ 59 synderesis] eius Φ 68 autem] vero Φ 70 aut] vel Φ 71 synderesis] *ante* universale Φ (-δ[1]) *ante* in eligendo δ[1] 72 applicetur] applicet Φ 73 est extingui] extinguit Φ 74 tantum *om.* Φ (-γ) 77 igitur] ergo Φ 78 privati] privari Φ

14 *Ethic.* VII 8 (1151 a 14). 22 *Glossa ordin.*, cf. Hieron. *Comment. in Ez.* I c. 1 (PL 25, 22 C). 29 Is. ult.: LXVI[24]. 30 *De civ. Dei* XXI c. 9 (PL 41, 723). 39 *Glossa ordin.* super Ez. I[9], cf. Hieron. *Comment. in Ez.* I c. 1 (PL 25, 22 B). 53 Psal.: IV[7]. 56 dixerat: Ps. IV[6].

passione vel deprimitur ab aliquo habitu, ut lumen synderesis non sequatur in eligendo.

2. Ad secundum dicendum quod in haereticis non remurmurat conscientia eorum infidelitati propter errorem qui est in ratione eorum superiori, ex quo contingit ut synderesis iudicium huic particulari non applicetur; in universali enim iudicium synderesis in eis manet, iudicant enim malum esse non credere his quae a Deo dicuntur; in hoc autem errant secundum rationem superiorem quod non credunt hoc esse a Deo dictum.

3. Ad tertium dicendum quod ille qui habet habitum alicuius vitii est quidem corruptus circa principia operabilium, non in universali sed in particulari operabili, in quantum scilicet per habitum vitii deprimitur ratio, ne universale iudicium ad operabile particulare applicet eligendo. Et per hunc etiam modum impius in profundum peccatorum veniens contemnere dicitur.

4. Unde patet solutio ad quartum.

5. Ad quintum dicendum quod malum est praeter naturam et ideo nihil prohibet inclinationem ad malum a beatis removeri; sed bonum et inclinatio ad bonum consequitur ipsam naturam, unde manente natura non potest inclinatio ad bonum tolli etiam a damnatis.

A 82 lumen...non sequatur] non possit secundum *praem.* pA 82 synderesis] rationis *praem.* pA 86 superiori] inferiori *praem.* pA 87 non applicetur] applicari *praem.* A, *quod coni. primam lectionem casu non deletam, et delevimus* 90 in hoc] h *praem.* pA 98 iudicium] ro (*inc.* rationis) *add.* pA 100 in profundum] p *praem.* pA 105 removeri] *idem conf. praem.* pA 108 (dam)natis *in appendice col.* 120$^{vb}$

Φ 86 ut] quod Φ synderesis iudicium *inv.* Φ 91 rationem superiorem *inv.* Φ quod] quia Φ 95 non] quidem *add.* Φ 98 operabile particulare *inv.* Φ 99 eligendo] in *praem.* Φ etiam *om.* Φ 102 Unde] et sic Φ 107 manente natura *inv.* Φ

# QUAESTIO SEPTIMA DECIMA

# De conscientia

1. *Utrum conscientia sit potentia vel habitus vel actus.*
2. *Utrum conscientia possit errare.*
3. *Utrum conscientia liget.*
4. *Utrum conscientia erronea liget.*
5. *Utrum conscientia erronea in indifferentibus plus liget quam praeceptum praelati vel minus.*

## Articulus primus

121ra Quaestio est de conscientia. Et primo quaeritur utrum sit potentia vel habitus vel actus. Et videtur quod sit potentia: dicit enim Ieronymus in glosa Ez. I[9], postquam de synderesi mentionem fecerat, « Hanc conscientiam interdum praecipitari videmus »; ex quo videtur quod idem sit conscientia quod synderesis; sed synderesis aliquo modo est potentia, ergo et conscientia.

2. Praeterea, nihil est subiectum vitii nisi potentia animae; sed conscientia est subiectum inquinationis peccati ut patet Tit. I[15] « Inquinata est eorum mens et conscientia »; ergo conscientia est potentia.

3. Sed dicebat quod inquinatio non est in conscientia sicut in subiecto. — Sed contra, nihil potest numero idem esse inquinatum et mundum nisi sit subiectum inquinationis; sed omne quod mutatur de inquinatione in munditiam idem numero manens, quandoque est mundum et quandoque inquinatum; ergo omne quod mutatur de inquinatione in munditiam vel e converso, est subiectum inquinationis et munditiae; sed conscientia mutatur de inquinatione in munditiam: Hebr. IX[14] « Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi »; ergo conscientia est potentia.

4. Praeterea, conscientia dicitur esse dictamen rationis, quod quidem dictamen nihil est aliud quam rationis iudicium; sed iudicium rationis ad liberum arbitrium pertinet, a quo etiam nominatur; ergo videtur quod liberum arbitrium et conscientia sint idem; sed liberum arbitrium est potentia, ergo et conscientia.

5. Praeterea, Basilius dicit quod conscientia est naturale iudicatorium; naturale autem iudicatorium est synderesis; ergo conscientia est idem quod synderesis: synderesis autem est aliquo modo potentia, ergo et conscientia.

6. Praeterea, peccatum non est nisi in voluntate vel ratione; peccatum autem est in conscientia; ergo conscientia est ratio vel voluntas; sed ratio et voluntas sunt potentiae, ergo et conscientia.

A 3 dicit enim] Vt enim dicit pA 17 numero idem] idem *praem.* pA idem...inquinatum] inqui *praem.* pA 26 ab] ad *praem.* pA 28 ergo] et *add.* pA 41-50 Praeterea...potentia (*scil. arg.* 6 *et* 7) *in marg. inf.* A] *om.* pA

Φ 7 quod[2]] et Φ 8 aliquo] quoquo α β δ[2] 13 eorum] et *add.* Φ 20-22 idem...munditiam *hom. om.* α δ 27 mortuis] mortis β *non liquet* Σ 29 dictamen rationis *inv.* Φ 31 rationis[2] *om.* Φ 34 sint] sunt Φ 38-39 ergo...synderesis[1] *hom. om.* α δ 39 synderesis[2] autem *inv.* Φ 40 aliquo...potentia *inv.* Φ 41-50 Praeterea...potentia (*scil. arg.* 6-7) *om.* α δ

1 Parall.: *Super Sent. II* d. 24 q. 2 a. 4; *I Pars* q. 79 a. 13. 4 *Glossa ordin.*, cf. Hieron. *Comment. in Ez.* I c. 1 (PL 25, 22 C), vide etiam Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 12 q. 1 (f. 65[vb]). 12 « Inquinata est: cf. ps.-Ambros. *Super Tit.* I[15] (PL 17, 528 A). 29 dicitur: cf. Albertus q. *De conscientia* (ms. Vat. lat. 781, f. 4[vb]), « secundum quod a quibusdam describitur » sic Thomas *Super Sent. II* d. 24 q. 2 a. 4 arg. 2. 36 *Hom.* XII In princ. Prov. n. 9 (PG 31, 405 C) Rufino interprete n. 9 (PG 31, 1772 B).

7. Praeterea, neque habitus neque actus dicitur scire; sed conscientia dicitur scire: Eccl. VII[23] « Scit enim conscientia tua quia tu crebro maledixisti aliis »; ergo conscientia non est habitus neque actus, ergo est potentia.

8. Praeterea, Origenes dicit quod conscientia est « spiritus correptor et paedagogus animae sociatus quo separatur a malis et adhaeret bonis »; sed spiritus nominat potentiam animae vel etiam essentiam; ergo conscientia aliquam potentiam animae nominat.

9. Praeterea, conscientia vel est actus vel habitus vel potentia; sed non est actus, quia actus non semper manet sed nec est in dormiente qui tamen conscientiam habere dicitur, nec etiam est habitus; ergo est potentia.

Quod autem non sit habitus sic ostenditur. Nullus habitus rationis est de particularibus; sed conscientia est particularium actuum; ergo conscientia non est rationis habitus nec alicuius alterius potentiae cum conscientia ad rationem pertineat.

2. Praeterea, in ratione non sunt nisi habitus speculativi et operativi; sed conscientia non est habitus speculativus cum habeat ordinem ad opus; nec etiam est operativus cum non sit nec ars nec prudentia – hos enim solos Philosophus in VI Ethicorum in parte operativa ponit –; ergo conscientia non est habitus. Quod autem conscientia non sit ars manifestum est. Quod vero etiam non sit prudentia sic probatur. Prudentia est recta ratio agibilium ut dicitur in VI Ethicorum; non autem respicit agibilia singularia quia cum sint infinita non potest eorum esse ratio; et iterum sequeretur quod prudentia augeretur per se loquendo secundum considerationem plurimorum actuum singularium, quod non videtur esse verum; conscientia autem respicit opera singularia; ergo conscientia non est prudentia.

3. Sed dicebat quod conscientia est habitus quidam, quo applicatur universale iudicium rationis ad particulare opus. — Sed contra, ad illud quod potest fieri per unum habitum non requiruntur duo habitus. Sed habens habitum universalem potest applicare ad singulare solummodo potentia sensitiva interveniente, sicut ex habitu quo quis scit omnem mulam esse sterilem sciet hanc mulam sterilem esse cum eam perceperit esse mulam per sensum: ergo ad applicationem universalis iudicii ad particularem actum non requiritur aliquis habitus, et sic conscientia non est habitus, et sic idem quod prius.

4. Praeterea, omnis habitus vel est naturalis vel infusus vel acquisitus; sed conscientia non est habitus naturalis quia talis habitus est idem apud omnes, conscientiam autem non habent omnes eandem; neque iterum est habitus infusus quia talis habitus semper est rectus, conscientia autem quandoque non recta; neque est iterum habitus acquisitus quia sic in pueris conscientia non esset, nec in homine antequam per multos actus habitum acquisisset; ergo conscientia non est habitus, et sic idem quod prius.

5. Praeterea, habitus secundum Philosophum ex multis actibus acquiritur; sed ex uno actu quis habet conscientiam; ergo conscientia non est habitus.

6. Praeterea, conscientia poena est in dam-

A 46 neque habitus neque actus] habitus et a *praem.* pA 47 scire[1]] ecc *add.* pA 51 Origenes *em.* A] *conf.* pA dicit *in marg.* A] *om.* pA 61 habitus] quia cum conscientia *add.* pA 68 sunt *scrips.*] sint A 70 cum *sup. lin.* A] quia pA 81 per se...secundum] secundum *praem.* pA 92 interveniente: *post exstat macula in* A, *non liquet* pA 94 hanc *scrips.*] hac *casu compl. abbr. om.* A 101 vel[2]] *quandam litt. imp. praem.* pA 106 quandoque *scrips.*] quando *casu compl. abbr. om.* A 110 sic] a (*ut videtur*) *add.* pA

Φ 48 Scit] sit β γ 49 habitus] actus β γ 50 actus] habitus β γ 52 correptor] corrector Φ 56 animae *om.* Φ (*def.* δ[2]) 59 actus] actu *post* manet Φ 61 est potentia *inv.* Φ 65 rationis habitus *inv.* Φ 70-74 speculativus...non est habitus *hom. om.* δ[2] 71 est *om.* Φ (*def.* δ[2]) non *om.* Φ (-δ[1]) *def.* δ[2] sit nec] *inv.* Φ (-δ) sit δ[1] (*def.* δ[2]) 72 solos] solum Φ (*def.* δ[2]) 75 conscientia *om.* Φ 81 augeretur] ageretur Φ 87 universale iudicium *inv.* Φ 90 habitus *om.* Φ 95 perceperit] percepit Φ 103 conscientiam *om.* Φ autem non *inv.* Φ habent *ante* neque[104] Φ 104 eandem] scientiam *add.* α β conscientiam *add.* γ δ 110 et sic...prius *om.* α δ

51 *In Rom.* II n. 9 Rufino interprete (PG 14, 893 B), verbotenus apud Albertum q. *De conscientia* (ms. Vat. lat. 781, f. 37[vb]). 73 *Ethic.* VI 3 (1140 a 1). 78 *Ethic.* VI 4 (1140 b 4 et 20), ad verbum apud Albertum *Super Ethic.* II lect. 4 (ed. Col. XIV, p. 109). 112 *Ethic.* II 1 (1103 a 18 sqq.).

natis ut habetur I Cor. III, in glosa; sed habitus non est poena sed magis perfectio habentis; ergo conscientia non est habitus.

SED E CONTRA, videtur quod conscientia sit habitus; conscientia enim secundum Damascenum est « lex intellectus nostri »; sed lex intellectus est habitus universalium principiorum iuris; ergo et conscientia est habitus.

2. Praeterea, Rom. II[14] super illud ' Cum enim gens | quae legem ' etc. dicit glosa « Etsi gentiles non habent legem scriptam habent tamen legem naturalem quam quisque intelligit et qua quisque sibi conscius est quid sit bonum et malum »; ex quo videtur quod lex naturalis sit qua aliquis sibi conscius est; sed quilibet sibi conscius est per conscientiam; ergo conscientia est lex naturalis, et sic idem quod prius. *121[rb]*

3. Praeterea, scientia nominat habitum conclusionis; sed conscientia quaedam scientia est; ergo est habitus.

4. Praeterea, ex actibus multiplicatis generatur aliquis habitus; sed aliquis frequenter operatur secundum conscientiam; ergo ex talibus actibus generatur aliquis habitus qui conscientia dici potest.

5. Praeterea, I Tim. I[5] ' Finis praecepti est caritas de corde puro, conscientia bona et fide non ficta ', glosa « de conscientia bona, id est spe »; sed spes est habitus quidam, ergo et conscientia.

6. Praeterea, illud quod est in nobis per immissionem a Deo videtur esse habitus infusus; sed secundum Damascenum in IV libro, sicut fomes est per immissionem a daemone ita conscientia per immissionem a Deo; ergo conscientia est habitus infusus.

7. Praeterea, secundum Philosophum in II Ethicorum, omne quod est in anima est potentia vel habitus vel passio; sed conscientia non est passio quia passionibus nec meremur nec demeremur, « nec laudamur nec vituperamur » ut ibidem Philosophus ⟨dicit⟩; neque iterum est potentia quia potentia non potest deponi, conscientia autem deponitur; ergo conscientia est habitus.

SED E CONTRA, videtur quod conscientia sit actus; conscientia enim dicitur accusare vel excusare; sed non accusatur aliquis vel excusatur nisi secundum quod actu aliquid considerat; ergo conscientia actus aliquis est.

2. Praeterea, scire quod consistit in collatione est scire in actu; sed conscientia nominat scientiam cum collatione: dicitur enim conscire quasi simul scire; ergo conscientia est scientia actualis.

RESPONSIO. Dicendum quod quidam dicunt conscientiam tripliciter dici: quandoque enim conscientia sumitur pro ipsa re conscita, sicut etiam fides accipitur pro re credita, quandoque pro potentia qua conscimus, quandoque etiam pro habitu; a quibusdam etiam dicitur quod quandoque pro actu. Et huius distinctionis haec videtur esse ratio quia cum conscientiae sit aliquis actus, circa actum autem consideretur obiectum, potentia, habitus et ipse actus, invenitur quandoque aliquod nomen quod ad ista quatuor aequivocatur, sicut hoc nomen intel-

A 119 habitus] § preterea habitus non agit *add.* pA, *quod videtur principium cuiusdam argumenti non servati in opere perfecto* 126 gens A, *ut supra* q. 11 a. 2 *lin.* 42 129 quid (*e* quis pA) *em.* A 138 habitus] *idem conf. praem.* pA 158 ⟨dicit⟩ *suppl.*] *om.* A 165 quod] aliquem *praem.* pA 167 scire] in *add.* pA 172 Responsio] preterea *praem.* pA 173 conscientiam *scrips.*] conscientia *casu compl. abbr. om.* A 178 huius] ideo *add.* pA 179 aliquis *hic conf.* pA] *clare, post* actus A, *et ordinem dictatorum restituimus*

Φ 119 conscientia *om.* Φ 125 II] III Φ 126 gens] gentes Φ 128 quam] qua Φ 129 quisque sibi *inv.* Φ (-δ[2]) 138 frequenter operatur *inv.* Φ 143-144 de corde...id est] de conscientia bona glosa α δ 149 IV]VIII Φ (-γ): *cf.* qu. 17 2 *lin.* 20 154 potentia...habitus *inv.* Φ 156 nec[1] *om.* Φ nec[2]] neque Σ 158 ⟨dicit⟩ *suppl.* Φ 164 accusatur...excusatur *inv.* Φ 166 est *ante* actus Φ 170 quasi] id est Φ 178 haec] hoc Φ 179 conscientiae] conscire Φ aliquis actus *inv.* Φ 180 circa] et circa Σ et contra β autem *om.* Φ

117 Rectius II Cor. I[12]; *Glossa* Petri Lomb. super II Cor. I[12] (PL 192, 13 C) ex August. *Enarr. in Ps.* LIII[6] n. 8 (PL 36, 625). 122 *De fide* IV c. 22 (PG 94, 1200 A; Bt 359); lex[2]...iuris: vide supra q. 16 a. 1 33. 126 *Glossa* Petri Lomb. (PL 191, 1345 B). 134 scientia...conclusionis: Arist. ut supra q. 2 a. 1 28. 144 *Glossa* Petri Lomb. (PL 192, 329 C). 149 *De fide* IV c. 22 (PG 94, 1200 A; Bt 359). 154 *Ethic.* II 5 (1105 b 20). 158 *Ethic.* II c. 4 (1105 b 31) sec. transl. Lincolniensis (ms. Vat. lat. 2171, f. 33[va]). 170 quasi simul scire: cf. Huguccio *Liber derivationum* s. v. scio: ' conscio, is, id est simul scire ' (ms. Paris B. N. lat. 7625 A, f. 154[ra]). 172 quidam: cf. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 421 (p. 496) et Bonaventura *Super Sent. II* d. 39 a. 1 q. 1. 177 quibusdam: cf. Albertus q. *De conscientia* (ms. Vat. lat. 781, f. 38[ra]).

lectus quandoque significat rem intellectam, sicut nomina dicuntur significare intellectus, quandoque vero ipsam intellectivam potentiam, quandoque vero habitum quendam, quandoque etiam actum. In huiusmodi tamen nominationibus sequendus est usus loquendi, quia « nominibus utendum ut plures » ut dicitur in II Topicorum. Istud quidem secundum usum loquentium esse videtur ut conscientia quandoque pro re conscita accipiatur ut cum dicitur dicam tibi conscientiam meam, id est quod est in conscientia mea. Sed potentiae vel habitui hoc nomen attribui proprie non potest sed solum actui in qua significatione sola concordant omnia quae de conscientia dicuntur.

Sciendum est enim quod non consuevit idem nomen esse actus et potentiae vel habitus nisi quando actus aliquis est proprius alicuius potentiae vel alicuius habitus, sicut videre est proprium potentiae visivae et scire in actu habitus scientiae, unde visus quandoque nominat potentiam quandoque actum, et similiter scientia. Si autem sit aliquis actus qui conveniat pluribus aut omnibus habitibus vel potentiis, non consuevit a tali nomine actus aliqua potentia vel aliquis habitus denominari, sicut patet de hoc nomine usus, significat enim actum cuiuslibet habitus. Actus quidem cuiuslibet habitus et potentiae usus quidam est illius cuius est actus; unde hoc nomen usus ita significat actum quod nullo modo potentiam vel habitum. Et similiter esse videtur de conscientia: nomen enim conscientiae significat applicationem scientiae ad aliquid, unde conscire dicitur quasi simul scire. Quaelibet autem scientia ad aliquid applicari potest, unde conscientia non potest nominare aliquem habitum specialem vel aliquam potentiam sed nominat ipsum actum qui est applicatio cuiuscumque habitus vel cuiuscumque notitiae ad aliquem actum particularem.

Applicatur autem aliqua notitia ad aliquem actum dupliciter: uno modo secundum quod consideratur an actus sit vel fuerit, alio modo secundum quod consideratur an actus sit rectus vel non rectus. Et secundum quidem primum modum applicationis dicimur habere conscientiam alicuius actus in quantum scimus illum actum esse factum vel non factum, sicut est in communi loquendi usu quando dicitur hoc non est factum de conscientia mea, id est nescio vel nescivi an hoc factum sit vel fieret; et secundum hunc modum loquendi intelligitur quod habetur Gen. XLIII[22] « Non est in conscientiis nostris quis pecuniam posuerit in saccis nostris », et Eccl. VII[23] « Scit conscientia tua te crebro maledixisse aliis »; et secundum hoc dicitur conscientia testificari aliquid: Rom. IX[1] « Testimonium mihi perhibente conscientia mea » etc. Secundum vero alium modum applicationis quo notitia applicatur ad actum ut sciatur an rectus sit, duplex est via: | una secundum quod *121va*
per habitum scientiae dirigimur ad aliquid faciendum vel non faciendum; alio modo secundum quod actus postquam factus est examinatur ad habitum scientiae, an sit rectus vel non rectus. Et haec duplex via in operativis distinguitur secundum duplicem viam quae etiam est in speculativis, scilicet viam inveniendi et iudicandi: illa enim via qua per scientiam inspicimus quid agendum sit, quasi consiliantes, est similis inventioni per quam ex principiis investigamus conclusiones; illa autem via, qua ea quae iam facta sunt examinamus et discutimus an recta sint, est sicut via iudicii per quam conclusiones in principia resolvuntur. Secundum autem utrumque applicationis modum nomine conscientiae utimur: secundum enim quod applicatur scientia ad actum ut dirigens in ipsum, secundum hoc dicitur conscientia instigare vel inducere vel ligare; secundum vero quod appli-

A 196 solum] ea *praem.* pA 197 qua] a *add.* pA 200 et...vel] vel *praem.* pA 209 hoc] *idem mac. praem.* pA 210 habitus] *idem mac. praem.* pA 233 factum] *idem conf. et imp. praem.* pA 238-239 Scit...aliis A: *auctoritas in eadem forma legitur* I Pars q. 79 a. 13 248 scientiae] ad *add.* pA 255 via] a *praem.* pA

Φ 188 etiam] vero Φ 190 in *om.* Φ 196 proprie *ante* hoc[195] Φ 205 similiter scientia *inv.* Φ (*def.* α) 211 Actus...habitus *hom. om.* Σ 212 quidam] enim Φ 232 loquendi usu *inv.* Φ 238 te...maledixisse] quia tu crebro maledixisti Φ 241 perhibente] perhibui de β perhibuit γ δ 242 etc. *om.* Σ 244 rectus sit] actus sit rectus vel non Φ 245 ad] in Φ 250 etiam *om.* Φ 253 sit] est Φ 255 qua] per quam Φ 260 conscientiae] scientie Φ (-δ)

191 Cap. 2 (110 a 16). 237 in saccis nostris: sic recens. Veteris Latinae (ed. Beuron). 257 via...resolvuntur: Arist. ut supra q. 1 a. 1 95 in nota.

catur scientia ad actum per modum examinationis eorum quae iam acta sunt, sic dicitur conscientia accusare vel remordere quando id quod factum est invenitur discordare a scientia ad quam examinatur, defendere autem vel excusare quando invenitur id quod factum est processisse secundum formam scientiae.

Sed sciendum quod in prima applicatione qua applicatur scientia ad actum ut sciatur an factum sit, est applicatio ad actum particularem notitiae sensitivae, ut memoriae per quam eius quod factum est recordamur, vel sensus per quem hunc particularem actum quem nunc agimus percipimus. Sed in secunda et tertia applicatione qua consiliamur quid agendum sit, vel examinamus iam facta, applicantur ad actum habitus rationis operativi, scilicet habitus synderesis et habitus sapientiae quo perficitur superior ratio et habitus scientiae quo perficitur ratio inferior, sive simul omnes applicentur sive alter eorum tantum: ad hos enim habitus examinamus quae fecimus et secundum eos consiliamur de faciendis; examinatio tamen non solum est de factis sed etiam de faciendis, sed consilium est de faciendis tantum.

1. Ad primum igitur dicendum quod cum dicit Ieronymus 'hanc conscientiam praecipitari videmus', non demonstratur ipsa synderesis quam dixerat esse conscientiae scintillam, sed demonstratur ipsa conscientia de qua supra fecerat mentionem. — Vel potest dici quod quia tota vis conscientiae examinantis vel consiliantis ex iudicio synderesis pendet, sicut tota veritas rationis speculativae pendet ex principiis primis, ideo conscientiam synderesim nominat in quantum scilicet ex vi eius agit, et praecipue quando volebat exprimere defectum quo synderesis deficere potest: non enim defecit in universali sed in applicatione ad singularia; et sic synderesis non in se deficit sed quodam modo in conscientia: et ideo in explicando defectum synderesis synderesi conscientiam coniunxit.

2. Ad secundum dicendum quod inquinatio non dicitur esse in conscientia sicut in subiecto sed sicut scitum in cognitione; dicitur enim aliquis habere conscientiam inquinatam quando alicuius inquinationis sibi est conscius.

3. Ad tertium dicendum quod secundum hoc conscientia inquinata emundari dicitur secundum quod aliquis qui prius fuit sibi peccati conscius, postmodum scit se esse a peccato mundatum, et ita dicitur habere conscientiam puram. Est igitur eadem conscientia quae prius erat immunda et postmodum munda; non quidem ita quod conscientia sit subiectum munditiae et immunditiae, sed quia per conscientiam examinantem utrumque cognoscitur, non quod sit idem actus numero quo prius sciebat aliquis se esse immundum et post scit se esse purum, sed quia ex eisdem principiis utrumque cognoscitur, sicut dicitur esse eadem consideratio quae ex eisdem principiis procedit.

4. Ad quartum dicendum quod iudicium conscientiae et liberi arbitrii quantum ad aliquid differunt et quantum ad aliquid conveniunt. Conveniunt quidem quantum ad hoc quod utrumque est de hoc particulari actu; competit autem iudicium conscientiae in via qua est examinans, et in hoc differt iudicium utriusque a iudicio synderesis. Differt autem iudicium conscientiae et liberi arbitrii quia iudicium conscientiae consistit in pura cognitione, iudicium autem liberi arbitrii in applicatione cognitionis ad affectionem, quod quidem iudicium est iudicium electionis. Et ideo contingit quandoque quod iudicium liberi arbitrii pervertitur non autem iudicium conscientiae: sicut cum aliquis examinat aliquid quod imminet faciendum et iudicat quasi adhuc specu-

A 278 applicatione *em.* A] *conf.* pA 280 scilicet] q *praem.* pA 284 hos *scrips.* (*cf.* eos$^{285}$)] hoc *casu* A 287 de faciendis] f *imp. praem.* pA 296 sicut] ei (*inc.* enim *?*) *add.* pA 305 synderesi (*e* sinderesis pA) *em.* A 308 sicut scitum] sc *praem.* pA 317 immunda *scrips.*] immundum *casu* A 320 examinantem utrumque *inv.* pA 324 esse *em.*A] *conf.* pA 327 et liberi arbitrii] et sinderesis *praem.* pA 335 conscientiae] *idem mac. praem.* pA

Φ 269 id] ad id Σ 282 et habitus...inferior *om.* α δ 287 sed$^{2}$] autem *post* consilium Φ 292 dixerat] dixit Φ 294 quia *om.* Φ 299 quando] quoniam Σ 305 coniunxit] iunxit Σ 313 prius...conscius] fuit sibi conscius prius peccati Φ 317 erat *om.* Φ postmodum] postea Φ (*def.* δ$^{2}$) 322 aliquis *om.* Φ 323 purum] mundum Φ 324 esse *om.* Φ 329 quidem] enim Φ (*def.* δ$^{1}$) 331 conscientiae] scientie Φ 333 Differt autem] et differt Φ 340 iudicium *om.* Φ

266 remordere: cf. *Glossa* Petri Lomb. super I Cor. IV$^{4}$ (PL 191, 1565 C) et *Glossa interlin.* ibid. 292 dixerat: l. c. ut supra lin. 4, cf. Hieron. ibid. (PL 25, 22 B). 293 supra: lin. 4.

lando per principia hoc esse malum, utpote fornicari cum hac muliere; sed quando incipit applicare ad agendum, occurrunt undique multae circumstantiae circa ipsum actum, ut puta fornicationis delectatio, ex cuius concupiscentia ligatur ratio ne eius dictamen in electionem prorumpat. Et sic aliquis errat in eligendo et non in conscientia, sed contra conscientiam facit et dicitur hoc mala conscientia facere in quantum factum iudicio scientiae non concordat. Et sic patet quod non oportet conscientiam esse idem quod liberum arbitrium.

5. Ad quintum dicendum quod conscientia dicitur esse naturale iudicatorium in quantum tota examinatio vel consiliatio conscientiae ex naturali iudicatorio dependet, ut prius dictum est.

6. Ad sextum dicendum quod peccatum est in ratione et voluntate sicut in subiecto, in conscientia autem alio modo, ut dictum est.

7. Ad septimum dicendum quod conscientia dicitur scire aliquid non | proprie sed secundum illum modum loquendi quo dicitur scire illud quo scimus. *121vb*

8. Ad octavum dicendum quod conscientia dicitur esse spiritus, id est spiritus nostri instinctus, prout spiritus ratio dicitur.

9. Ad nonum dicendum quod conscientia nec est potentia nec habitus sed actus; et quamvis actus conscientiae non sit semper nec sit in dormiente, tamen actus ipse manet in sua radice, id est in habitibus applicabilibus ad actum.

Rationes autem illas quae probant conscientiam non esse habitum concedimus.

1. Ad primum vero quod in contrarium obicitur, quod scilicet sit habitus, dicendum quod conscientia dicitur esse lex intellectus nostri quia est iudicium rationis ex lege naturali deductum.

2. Ad secundum dicendum quod aliquis sibi ipsi conscius esse dicitur per legem naturalem eo modo loquendi quo aliquis considerare dicitur secundum principia, sed per conscientiam eo modo loquendi quo aliquis dicitur considerare ipso actu considerationis.

3. Ad tertium dicendum quod quamvis scientia sit habitus tamen applicatio scientiae ad aliquid non est habitus sed est actus; et hoc significatur nomine conscientiae.

4. Ad quartum dicendum quod ex actibus non generatur habitus alterius modi ab illo habitu a quo actus eliciuntur; sed vel aliquis habitus eiusdem rationis, sicut ex actibus infusae caritatis generatur aliquis habitus acquisitus dilectionis, vel etiam habitus praeexistens augmentatur, sicut in eo qui habet habitum temperantiae acquisitum ex actibus temperantiae ipse habitus augmentatur. Et ita cum actus conscientiae procedat ex habitu sapientiae et scientiae non generabitur inde aliquis habitus alius ab eis, sed illi habitus perficientur.

5. Ad quintum dicendum quod cum conscientia dicitur esse spes est praedicatio per causam, in quantum scilicet conscientia bona facit hominem esse bonae spei ut glosa ibidem exponit.

6. Ad sextum dicendum quod etiam ipsi habitus naturales insunt nobis ex immissione divina, et ideo cum conscientia sit actus proveniens ex habitu naturali ipsius synderesis, dicitur conscientia ex divina immissione esse, per modum quod omnis cognitio veritatis quae est in nobis dicitur esse a Deo, a quo principiorum primorum cognitio naturae nostrae est indita.

7. Ad septimum dicendum quod in illa divisione Philosophi actus in habitu includitur eo quod habitus ex actibus generari probaverat, et similium actuum eos esse principium; et sic conscientia nec est passio nec potentia sed actus qui ad habitum reducitur.

Rationes autem quae probant conscientiam esse actum concedimus.

A 345 agendum] electionem *praem.* pA 347 ex] *quandam litt. imp. praem.* pA 356 in quantum] q *praem.* pA 381 conscius *em.* A] *conf.* pA 395 habitus *scrips.* (*cf. lin.* 398)] actus (*fort. mendum ipsius Thomae e lapsu dictionis*) A 400 habitus alius A] *inv.* pA 410 esse] si (*ut videtur*) *add.* pA 412 principiorum primorum] principia prima *praem.* pA 416 habitus ex actibus] ac (c *imp.*) *praem.* pA

Φ 346 circa] ad Φ ut puta] utpote Φ 348 electionem] electione Φ 360 ratione...voluntate *inv.* Φ 363 sed *om.* Φ 364 dicitur scire *inv.* Φ 366 conscientia *om.* Φ 368 spiritus ratio *inv.* Φ 381 conscius...dicitur *inv.* Φ 388 est² *om.* Σ 390 ex] his *add.* Φ 392 a] ex Φ 394 acquisitus dilectionis *inv.* Φ 395 habitus] actus (*induc.* A) δ *om.* Φ (-δ) 400 generabitur] generatur Φ 413 naturae nostrae *inv.* Φ (-δ) 418 nec est passio] non est habitus Φ 420 Rationes...concedimus *om.* α δ

405 ibidem: l. c. ut supra lin. 144 (PL 192, 329 D)

## Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum conscientia possit errare. Et videtur quod non: naturale enim iudicatorium numquam errat; sed conscientia est naturale iudicatorium secundum Basilium; ergo non errat.

2. Praeterea, conscientia addit aliquid supra scientiam; id autem quod addit nihil diminuit de ratione scientiae; sed scientia numquam errat quia est habitus quo semper verum dicitur ut patet in VI Ethicorum; ergo nec conscientia errare potest.

3. Praeterea, synderesis est « scintilla conscientiae » ut dicitur in glosa Ez. I[9]; ergo conscientia comparatur ad synderesim sicut ignis ad scintillam; sed eadem est operatio et motus unius ignis et scintillae; ergo et conscientiae et synderesis; sed synderesis non errat, ergo nec conscientia.

4. Praeterea, conscientia secundum Damascenum in IV libro, est « lex intellectus nostri »; sed lex intellectus nostri est certior quam ipse intellectus; « intellectus autem semper rectus est » ut dicitur in III De anima; ergo multo fortius et conscientia semper recta est.

5. Praeterea, ratio ex ea parte qua synderesim attingit non errat; sed ratio coniuncta synderesi facit conscientiam; ergo conscientia numquam errat.

6. Praeterea, in iudicio statur dicto testium; sed in iudicio divino testis est conscientia ut patet Rom. II[15] « testimonium illis reddente conscientia sua » etc.; cum igitur iudicium divinum numquam possit falli, videtur quod et conscientia numquam errare possit.

7. Praeterea, in omnibus regulam ad quam alia regulantur oportet habere rectitudinem indeficientem; sed regula quaedam humanorum operum est conscientia; ergo oportet conscientiam esse semper rectam.

8. Praeterea, spes innititur conscientiae, sicut habetur per glosam I ad Tim I[5] super illud « De corde puro et conscientia bona » etc.; sed spes certissima est ut habetur Hebr. VI[18] ubi dicitur « Certissimum habemus solatium qui confugimus ad tenendam propositam nobis spem, quam sicut » etc.; ergo conscientia indeficientem rectitudinem habet.

SED CONTRA est quod dicitur Ioh. XVI[2] « Venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium praestare Deo »; ergo his qui occidebant apostolos dictabat conscientia quod eos occiderent; sed hoc erat erroneum; ergo conscientia errat.

2. Praeterea, conscientia collationem quandam dicit; sed ratio in conferendo decipi potest; ergo conscientia potest errare.

RESPONSIO. Dicendum quod sicut dictum est, conscientia nihil aliud est quam applicatio scientiae ad aliquem specialem actum, in qua quidem applicatione contingit esse errorem dupliciter: uno modo quia id quod applicatur in se errorem habet, alio modo ex eo quod non recte applicat; sicut etiam in syllogizando contingit peccatum dupliciter, vel ex eo quod quis falsis utitur, vel ex eo quod non recte syllogizat. Sed hoc quidem quod falsis utatur ex una parte contingit, ex alia autem parte non contingit. Dictum enim est supra quod per conscientiam *122ra*

A 29 dicto] s *et quandam litt. imp. add.* pA 43 dicitur *restituimus*] *casu* (*cf. nota proxima*) *del.* A 44-46 Certissimum... quam sicut] quam sicut anchoram *praem.* pA 51 conscientia (*e* conscientiam pA) *em.* A 59 aliquem...actum] aliquod agendu (u *imp.*) *praem.* pA 63 applicat *plene* A

Φ 16 unius *om.* Σ 17 non] numquam Φ 20 IV] VIII α δ: *cf.* qu. 17 1 149 21 nostri *om.* Φ (-γ) 22 rectus est *inv.* Φ 24 et *om.* Φ recta est *inv.* Φ 29 dicto] dictisΦ 31-32 testimonium...etc. *om.* α δ 33 et *om.* Φ 39 semper *om.* Φ 41 super illud *om.* Φ De corde] ex corde Σ ex corde super β 43 ubi dicitur] *om.* $\delta^2$ ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum α γ $\delta^1$ 44 habemus solatium] solatium habeamus Φ 45 ad tenendam] ad α δ addendam β ad tenendum γ 45 nobis *om.* Σ quam sicut» etc. *om.* Σ 49 arbitretur...Deo] etc. Φ 52 eos occiderent] ex hoc placerent deo α δ 55 in *om.* Φ 56 potest errare *inv.* Φ 57 dicendum *om.* Σ (-$\delta^1$) quod *om.* Φ (-$\delta^1$) dictum est] ex dictis patet Φ 64 quis] aliquis Φ (*def.* $\delta^1$) 66 una] quidem *add.* Φ 68 est] *om.* $\delta^1$ *ante* enim Φ (-$\delta^1$)

1 Parall.: *Super Sent. II* d. 39 q. 3 a. 2; *Quodlib.* III q. 12 a. 1. 5 Vide supra a. 1 36. 10 *Ethic.* VI 3 (1139 b 15). 13 *Glossa* ordin., ex Hieron. *Comment. in Ez.* I c. 1 (PL 25, 22 B). 20 *De fide* IV c. 22 (PG 94, 1200 A; Bt 359). 23 Cap. 10 (433 a 26) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 364,11). 32 conscientia sua: conscientia ipsorum, sic recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) et recens. Veteris Latinae. 41 *Glossa* Petri Lomb. (PL 192, 329 C). 44 « Certissimum: fortissimum, sic recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) et recens. Veteris Latinae. 57 dictum est: supra a. 1. 68 supra: a. 1.

applicatur notitia synderesis et rationis superioris et inferioris ad actum particularem examinandum: cum autem actus sit particularis et synderesis iudicium universale existat, non potest applicari iudicium synderesis ad actum nisi fiat assumptio alicuius particularis, quam quidem particularem quandoque subministrat ratio superior quandoque vero ratio inferior; et sic conscientia perficitur quasi quodam syllogismo particulari. Ut si ex iudicio synderesis proferatur ' nihil prohibitum lege Dei est faciendum ', et ex superioris rationis notitia assumatur concubitum cum ista muliere esse contra legem Dei, fiet applicatio conscientiae concludendo ab hoc concubitu esse abstinendum.

In universali quidem synderesis iudicio errorem esse non contingit ut ex supra dictis patet; sed in iudicio superioris rationis contingit esse peccatum sicut cum quis extimat esse secundum legem Dei vel contra quod non est, ut haeretici qui credunt iuramentum esse a Deo prohibitum, et ita error accidit in conscientia propter falsitatem quae erat in superiori parte rationis. Et similiter contingere potest error in conscientia ex errore existente in inferiori parte rationis, ut cum aliquis errat circa civiles rationes iusti vel iniusti, honesti vel non honesti. Ex hoc autem quod non recto modo applicatio fiat, etiam in conscientia error contingit, quia sicut in syllogizando in speculativis contingit formam debitam argumentandi praetermitti, et ex hoc in conclusione accidere falsitatem, ita etiam contingit in syllogismo qui in operabilibus requiritur, ut dictum est.

Sciendum tamen quod in quibusdam conscientia numquam errare potest, quando scilicet actus ille particularis ad quem conscientia applicatur habet de se universale iudicium in synderesi. Sicut enim in speculativis non contingit errare circa particulares conclusiones quae directe sub principiis universalibus assumuntur in eisdem terminis, ut in hoc quod est hoc totum esse maius sua parte nullus decipitur, sicut nec in hoc omne totum est maius sua parte, ita etiam nec in hoc quod est Deum a me non esse diligendum vel aliquod malum esse faciendum, nulla conscientia errare potest eo quod in utroque syllogismo tam speculabilium quam operabilium et maior est per se nota, utpote in universali iudicio existens, et minor etiam in qua idem de se ipso praedicatur particulariter, ut cum dicitur omne totum est maius sua parte, hoc totum est totum, ergo est maius sua parte.

1. Ad primum igitur dicendum quod conscientia dicitur esse naturale iudicatorium in quantum est conclusio quaedam ex naturali iudicatorio deducta, in qua potest error accidere etsi non propter errorem naturalis iudicatorii tamen propter errorem particularis assumptae, vel propter indebitum modum ratiocinandi, ut dictum est.

2. Ad secundum dicendum quod conscientia addit supra scientiam applicationem scientiae ad actum particularem, et in ipsa applicatione potest esse error quamvis in scientia error non sit. — Vel dicendum quod cum dico conscientiam non implico scientiam solummodo stricte acceptam prout est tantum verorum, sed scientiam largo modo acceptam pro quacumque notitia, secundum quod omne quod novimus communi usu loquendi scire dicimur.

A 79 nihil prohibitum] unicuique quis reddere debet debitum *praem.* pA 82 fiet] et sic ratio *praem.* pA 87 sicut] ipsi enim h *praem.* pA 89 credunt] per (*inc.* periurium *?*) *add.* pA 105 particularis ad] ad *praem.* pA 108 conclusiones] in quibus intrant *add.* pA 110 eisdem *em.* A] *conf.* pA 111 totum] na *praem.* pA 120 cum] *idem conf. praem.* pA

Φ 75 particularem] particularitatem Φ 76 vero ratio] *om.* α δ ratio β γ 79 est] *om.* $\delta^2$ esse Φ (-$\delta^2$) 81 esse] *om.* Φ (-δ) est δ 82 contra legem] prohibitum lege Φ 84 synderesis iudicio *inv.* Φ 86 superioris rationis] *inv.* Σ ratio superioris β 89 esse *post* Deo Φ 90 ita] ideo Φ 92-93 Et similiter...rationis *repet.* Σ (-$\delta^2$) 93 existente] existenti Σ 95 non honesti] inhonesti Φ 97 contingit] non *praem.* Σ 106 universale(*om.*$\delta^1$) iudicium *post* synderesi Φ 113 a me *post* non esse Φ 116 syllogismo] iudicio Σ (-γ) 118 in *om.* Φ 128 modum] *om.* Φ (-δ) *post* ratiocinandi δ 135 non] dico vel *add.* Φ 139 novimus] volumus Φ (-γ)

85 supra dictis: a. 1 ad 1, q. 16 a. 2 ad 1. 88 haeretici: « Et haec fuit et est positio Manichaeorum » ut refert Bonaventura *Super Sent. III* d. 39 a. 2 q. 1, Waldenses in eundem errorem incidisse refert Alan. de Insulis *Contra haereticos* II c. 18 (PL 210, 392), cf. etiam Moneta Cremonensis *Advers. Catharos et Waldenses* V c. 9 pars I § 1 (ed. Romae 1743, p. 463). 94 civiles rationes: id est « convenientes civilitati » ut refert Albertus q. *De ratione inferiori et superiori* (ms. Vat. lat. 781, f. 36$^{vb}$). 102 dictum est: supra a. 1 ad 1, q. 16 a. 2 ad 1. 112 omne...parte: vide supra q. 10 a. 12 160 in nota. 134 Vel dicendum...: sic Albertus q. *De conscientia* (ms. Vat. lat. 781, f. 38$^{ra}$).

3. Ad tertium dicendum quod sicut scintilla est id quod purius est de igne et quod supervolat toti igni, ita synderesis est illud quod supremum in conscientiae iudicio reperitur; et secundum hanc metaphoram synderesis scintilla conscientiae dicitur. Nec oportet propter hoc ut in omnibus aliis se habeat synderesis ad conscientiam sicut scintilla ad ignem. Et tamen etiam in igne materiali aliquis modus accidit igni propter admixtionem ad materiam alienam qui non accidit scintillae ratione suae puritatis. Ita etiam et aliquis error potest accidere conscientiae propter commixtionem eius ad particularia quae sunt quasi materia a ratione aliena qui non accidit synderesi in sui puritate existenti.

4. Ad quartum dicendum quod conscientia dicitur lex intellectus secundum id quod habet ex synderesi, et ex hoc numquam errat sed aliunde, ut dictum est.

5. Ad quintum dicendum quod licet ratio ex hoc quod coniungitur synderesi non erret, tamen ratio superior vel inferior errans potest synderesi applicari, sicut minor falsa adiungitur maiori verae.

6. Ad sextum dicendum quod in iudicio statur dicto testium quando dicta testium non possunt per aliqua manifesta indicia argui falsitatis; in eo autem qui in conscientia errat, testimonium conscientiae arguitur falsitatis ex ipso dictamine synderesis, et sic non stabitur dicto conscientiae errantis in divino iudicio sed magis dictamini naturalis legis.

7. Ad septimum dicendum quod conscientia non est prima regula humanorum operum sed magis synderesis; conscientia autem est quasi regula regulata, unde nihil mirum si in ea error accidere potest.

8. Ad octavum dicendum quod spes illa quae super rectam conscientiam fundatur, certitudinem habet et haec est spes gratuita; spes autem quae super erroneam conscientiam fundatur est illa de qua dicitur « Spes impiorum peribit ».

## Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum conscientia liget. Et *122rb*
videtur quod ⟨non⟩: nullus enim ligatur ad aliqua faciendum nisi aliqua lege; sed homo non facit sibi ipsi legem; ergo cum conscientia sit ex actu hominis, conscientia non ligat.

2. Praeterea, ad consilia aliquis non ligatur; sed conscientia se habet per modum consiliantis, ita enim videtur conscientia praecedere electionem sicut consilium; ergo conscientia non ligat.

3. Praeterea, nullus ligatur nisi ex aliquo superiori; sed conscientia hominis non est superior quam ipse homo; ergo homo ex sua conscientia non ligatur.

4. Praeterea, eiusdem est ligare et solvere; sed conscientia non sufficit ad hominem absolvendum; ergo nec etiam ad ligandum.

SED CONTRA, Eccl. VII[23] ' Scit conscientia tua ', glosa « qua iudice nemo nocens absolvitur »; sed praeceptum iudicis obligat; ergo et conscientiae dictamen ligat.

2. Praeterea, super illud Rom. XIV[23] « Omne quod non est ex fide » etc., dicit Origenes vult Apostolus ut nihil dicam, nihil cogitem, nihil agam nisi secundum conscientiam; ergo conscientia ligat.

RESPONSIO. Dicendum quod conscientia pro-

A 148 aliquis] quedam *praem.* pA 149 igni (*ex* ignii pA) *em.* A 155 existenti *scrips.*] existente A: *mendum scribae, ut videtur, e* puritate *attractionem accipientis* 164 maiori] miori (*inc.* minori) *praem.* pA 166 testium[1] *em.* A] *conf.* pA 168 in eo] in eo quandoque *praem.* pA 172 dictamini] dicto *praem.* pA 175 sed magis] m *praem.* pA 182 impiorum peribit: *in appendice col.* 122[ra]

2 ⟨non⟩ *suppl.*] casu *om.* A 7 consiliantis *em.* A] *conf.* pA 15 eiusdem] *idem conf. praem.* pA 18 Sed contra] preterea *praem.* pA 22 XIV] *in forma inconsueta* (*scil.* xiijj) A 23 non] *idem conf. praem.* pA

Φ 142 illud] id Φ 145 Nec] neque Φ 150 qui] que Φ (-α) 151 Ita...et] et ita etiam Φ 154 sui] sua Φ 157 id] illud Φ (-$\delta^1$) 158 ex[1]] a Φ 172 naturalis legis *inv.* Φ 177 error] *ante* in ea Φ (-$\delta^1$) in ea non *add.* $\delta^1$ accidere potest *inv.* Φ 180 haec] hoc *potius* α β $\delta^1$ spes[1] *om.* Σ (-γ)

2 ⟨non⟩ *suppl.* Φ 3 faciendum] – endam Φ 6 aliquis *ante* ad Φ 7 consiliantis] consiliationis Φ 21 conscientiae dictamen *inv.* Φ 22 XIV] ix Φ (-γ) 24 nihil[2]] vel Φ

182 dicitur: Prov. x[28].

1 Desunt loci parall. 19 *Glossa interlin.* 23 *In Rom.* X n. 5 (PG 14, 1255 C) apud Rabanum Maurum *Enarr. in epistolas Pauli* VII c. 14 (PL 111, 1590 C).

cul dubio ligat. Ad videndum autem quo modo liget sciendum est quod ligatio metaphorice a corporalibus ad spiritualia assumpta necessitatis impositionem importat; ille enim qui ligatus est necessitatem habet consistere in loco ubi ligatus est, et aufertur ei potestas ad alia divertendi; unde patet quod ligatio non habet locum in illis quae ex se necessaria sunt – non enim possumus dicere ignem esse ligatum ad hoc quod sursum feratur quamvis necesse sit sursum ipsum ferri –, sed in his tantum necessariis ligatio locum habet quibus ab alio necessitas imponitur.

Est autem duplex necessitas quae ab alio agente imponi potest: una quidem coactionis per quam aliquis absolute necesse habet hoc facere ad quod determinatur ex actione cogentis, alias coactio non proprie diceretur sed magis inductio; alia vero necessitas est condicionata, scilicet ex suppositione finis, sicut imponitur alicui necessitas ut si non fecerit hoc non consequatur suum praemium. Prima quidem necessitas, quae est coactionis, non cadit in motibus voluntatis sed solum in corporalibus rebus, eo quod voluntas naturaliter est a coactione libera; sed secunda necessitas voluntati imponi potest, ut scilicet necessarium sit ei hoc eligere si hoc bonum debeat consequi vel si hoc malum debeat evitare: carere enim malo in idem computatur cum habere bonum in talibus, ut patet per Philosophum in V Ethicorum. Sicut autem necessitas coactionis imponitur rebus corporalibus per aliquam actionem ita etiam ista necessitas condicionata imponitur voluntati per aliquam actionem. Actio autem qua voluntas movetur est imperium regentis et gubernantis, unde Philosophus dicit in V Metaphysicae quod rex est principium motus per suum imperium.

Ita igitur se habet imperium alicuius imperantis ad ligandum in rebus voluntariis, illo modo ligationis qui voluntati accidere potest, sicut se habet actio corporalis ad ligandum res corporales necessitate coactionis. Actio autem corporalis agentis numquam inducit necessitatem in rem aliquam nisi per contactum ipsius actionis ad rem in quam agitur; unde nec ex imperio alicuius regis vel domini ligatur aliquis nisi imperium attingat ipsum cui imperatur; attingit autem eum per scientiam. Unde nullus ligatur per praeceptum aliquod nisi mediante scientia illius praecepti, et ideo ille qui non est capax notitiae praecepti non ligatur praecepto; nec aliquis ignorans praeceptum dicitur esse ligatus ad praeceptum faciendum nisi quatenus tenetur scire praeceptum; si autem non teneatur scire nec sciat, nullo modo ex praecepto ligatur: sicut igitur in corporalibus agens corporale non agit nisi per contactum, ita in spiritualibus praeceptum non ligat nisi per scientiam. Et ideo sicut est eadem vis qua tactus agit et qua virtus agentis agit, cum tactus non agat nisi per virtutem agentis nec virtus agentis nisi mediante tactu, ita etiam eadem vis est qua praeceptum ligat et qua scientia ligat, cum scientia non liget nisi per virtutem praecepti nec praeceptum nisi per scientiam. Unde cum conscientia nihil aliud sit quam applicatio notitiae ad actum, constat quod conscientia ligare dicitur in vi praecepti divini.

1. Ad primum igitur dicendum quod homo non facit sibi legem sed per actum suae cognitionis qua legem ab alio factam cognoscit ligatur ad legem implendam.

2. Ad secundum dicendum quod consilium dupliciter dicitur: quandoque enim consilium

A 50 motibus *sup. lin.* A] rebus pA 52 libera] lig (*inc.* ligata *?*) *praem.* pA 56 computatur (*e* computantur pA) *em.* A 65 rex] *idem conf. praem.* pA imperium *em.* A] *conf.* pA 79 notitiae praecepti *inv.* pA 87 Et ideo] Vn (n *imp., inc.* unde *?*) *praem.* pA 92 praeceptum] scientia *praem.* pA 94 applicatio] re *et litt. imp. add.* pA

Φ 32 consistere] consistendi Φ 38 sursum ipsum *inv.* Φ 43 aliquis] omnis Φ (-$\delta^1$) 44 cogentis] agentis Φ 46 necessitas est *inv.* Φ 47 suppositione finis *inv.* Φ 48 consequatur] sequatur Φ 53 sed *om.* Φ 54 ei *om.* Φ 60 ista *om.* Φ 66 igitur] etiam Φ (-δ) ergo δ imperantis] gubernantis Φ (-δ) gubernantis vel *praem.* δ 73 quam agitur] qua agit Φ 79 praecepti] precepto α β $\delta^2$ 80 dicitur...ligatus] dei ligatur Φ 85 ita] etiam *add.* Φ 88 per virtutem] ex virtute Φ 89 nec] et Φ nisi] non *praem.* Φ 90 vis] virtus Φ 91 scientia$^1$] conscientia Φ scientia$^2$] preceptum Φ (-δ) conscientia δ 93 scientiam] virtutem precepti α virtutem scientie δ nec scientia nisi per virtutem precepti *add.* γ 95 in *om.* Φ

38 sursum ipsum ferri: exemplum Arist. ut supra q. 1 a. 5 359 in nota. 58 *Ethic.* V 1 (1129 b 8). 64 *Metaph.* V 1 (1013 a 10). 84 agens...contactum: Arist. ut supra q. 5 a. 9 148 in nota.

nihil est aliud quam actus rationis inquirentis de agendis; et hoc consilium hoc modo se habet ad electionem sicut syllogismus vel quaestio ad conclusionem, ut patet per Philosophum in III Ethicorum. Hoc autem modo acceptum consilium non dividitur contra praeceptum quia de his quae sunt in praecepto etiam consiliamur in hunc modum; unde ex tali consilio contingit aliquem obligari. Sic autem dictum consilium
122va invenitur in conscientia quantum ad unum | modum applicationis cum scilicet inquiritur de agendo. Alio modo dicitur consilium persuasio vel inductio ad aliquid agendum non habens vim coactivam; et sic consilium contra praeceptum dividitur, cuiusmodi sunt amicabiles exhortationes; et ex isto etiam consilio aliquando etiam conscientia procedit: applicatur enim aliquando scientia huius consilii ad particularem actum. Sed cum conscientia non liget nisi ex virtute eius quod in conscientia habetur, conscientia quae ex consilio sequitur, non alio modo potest obligare quam ipsum consilium ex quo aliquis obligatur ut non contemnat sed non ut impleat.

3. Ad tertium dicendum quod quamvis homo se ipso non sit superior, tamen ille de cuius praecepto scientiam habet eo superior est; et sic ex sua conscientia ligatur.

4. Ad quartum dicendum quod tunc conscientia erronea non sufficit ad absolvendum quando in ipso errore peccat, ut quando errat circa ea quae scire tenetur; si autem esset error circa ea quae quis non tenetur scire, ex conscientia sua absolvitur, sicut patet in eo qui ex ignorantia facti peccat, ut cum quis accedit ad alienam uxorem quam credit suam.

## Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum conscientia erronea liget. Et videtur quod non, quia, ut dicit Augustinus, peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei; ergo nihil ligat ad peccatum nisi lex Dei; sed conscientia erronea non est secundum legem Dei; ergo non obligat ad peccatum.

2. Praeterea, Rom. XIII[1] super illud « Omnis anima potestatibus » etc., dicit glosa Augustini quod inferiori potestati non est oboediendum contra praeceptum superioris, sicut non est oboediendum proconsuli si contrarium imperator praecipiat; sed conscientia est inferior ipso Deo; cum igitur conscientia praecipit contraria praeceptis Dei, praeceptum conscientiae errantis nullo modo obligare videtur.

3. Praeterea, secundum Ambrosium peccatum est transgressio legis divinae et caelestium inoboedientia mandatorum; ergo quicumque deviat ab oboedientia legis divinae peccat; sed conscientia erronea facit deviare ab oboedientia potestatis divinae, quando scilicet aliquis habet conscientiam faciendi illud quod est lege divina prohibitum; ergo conscientia erronea magis inducit in peccatum observata quam liget in peccatum si non observetur.

4. Praeterea, secundum iura si aliquis habet conscientiam quod uxor sua attineat sibi in aliquo gradu prohibito, et conscientia illa sit probabilis, tunc debet eam sequi etiam contra praeceptum Ecclesiae, etiam si excommunicatio addatur; si autem non sit probabilis conscientia non ligatur ad hoc quod eam impleat, sed debet magis Ecclesiae oboedire; sed conscientia erro-

A 105 vel quaestio ad] ad *praem.* pA 123 consilio *em.* A] *conf.* pA
5 ligat (*ex* legat pA) *em.* A 19 ergo] *signum imp. novae paragraphi praem.* pA 27 habet] contrahit *praem.* pA 34 magis *rep.* A, *et alterum delevimus*

Φ 103 est aliud *inv.* Φ 104 hoc[1] *om.* Φ consilium *post* modo Φ 105 quaestio] *om.* γ quo α quo *add.* β inductio $\delta^1$ 118 etiam consilio] *inv.* Σ (-$\delta^2$) consilio et $\delta^2$ consilio etiam et β 119 aliquando] etiam *add.* Σ
9 potestatibus *om.* Φ 12 imperator] imperatori Φ 13 conscientia] erronea *add.* Φ 14 conscientia] erronea *add.* Φ 14 praecipit] precipiat Φ 15 praeceptis] precepti Φ (-δ) errantis] obligantis Φ 21 ab oboedientia potestatis] a precepta legis Φ (*def.* $\delta^2$) 23 illud] aliquid Φ est...divina *inv.* Φ 30 debet] oportet Φ

107 *Ethic.* III 8 (1112 b 20).
1 Parall.: *Super Sent. II* d. 39 q. 3 a. 3; *I-II* q. 19 a. 5; *Quodlib.* III q. 12 a. 2. 3 *Cont. Faust.* XXII c. 27 (PL 42, 418) sec. litteram Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 35 c. 1. 9 *Glossa* Petri Lomb. (PL 191, 1505 B), ex August. *Serm. ad populum* LXII c. 8 (PL 38, 421). 17 *De paradiso* cap. 8 (PL 14, 309 C). 27 secundum iura: *Decretal.* V tit. 39 c. 44 (ed. Friedberg II, 908).

nea, praecipue de per se malis, nullo modo est probabilis; ergo talis conscientia non ligat.

5. Praeterea, Deus est misericordior quam aliquis dominus temporalis; sed dominus temporalis non imputat homini ad peccatum illud quod ex errore committitur; ergo multo minus per conscientiam errantem aliquis penes Deum obligatur ad peccatum.

6. Sed dicebat quod conscientia erronea ligat circa indifferentia non autem circa ea quae sunt per se mala. — Sed contra, ideo in illis quae sunt per se mala conscientia errans dicitur non ligare quia dictamen naturalis rationis est in contrarium; sed similiter etiam naturalis ratio dictet contrarium conscientiae erroneae quae circa indifferentia errat; ergo similiter ista non ligat.

7. Praeterea, opus indifferens se habet ad utrumlibet; sed quod est ad utrumlibet non est necessarium fieri vel non fieri; ergo ad opera indifferentia aliquis non obligatur ex necessitate per conscientiam.

8. Praeterea, si aliquis ex erronea conscientia contra legem Dei faciat, non excusatur a peccato; si igitur ille etiam qui contra conscientiam sic errantem ageret peccaret, sequeretur quod sive ageret secundum conscientiam erroneam sive non ageret, peccatum incurreret; ergo esset perplexus ut peccatum evitare non posset; quod videtur impossibile quia nullus peccat in eo quod vitare non potest secundum Augustinum; ergo impossibile est quod conscientia taliter errans liget.

9. Praeterea, omne peccatum ad aliquod genus peccati reducitur; sed si alicui dictat conscientia quod fornicetur, abstinere a fornicatione non potest ad aliquod genus peccati reduci; ergo non peccaret sic contra conscientiam agens; ergo conscientia talis non ligat.

SED CONTRA est quod dicitur Rom. XIV[23] « Omne quod non est ex fide peccatum est », glosa ' id est secundum conscientiam peccatum est etiam si bonum sit in se ': sed conscientia quae prohibet illud quod in se est bonum est conscientia erronea; ergo talis conscientia ligat.

2. Praeterea, observare legalia post tempus gratiae revelatae non erat indifferens sed per se malum: unde dicitur Gal. V[2] « Si circumcidamini Christus nihil vobis proderit ». Sed tamen conscientia de circumcisione servanda obligabat, unde ibidem subditur « Testificor autem omni circumcidenti se quoniam debitor est universae legis faciendae »; ergo conscientia erronea ligat etiam in per se malis.

3. Praeterea, peccatum principaliter in voluntate consistit; quicumque autem vult transgredi praeceptum divinum habet malam voluntatem; ergo peccat. Sed quicumque credit aliquid esse praeceptum et vult transgredi, habet voluntatem non servandi legem; | ergo *122vb* peccat. Qui autem habet erroneam conscientiam sive in his quae sunt per se mala sive in quibuscumque, credit id quod est contrarium suae conscientiae esse contra legem Dei; ergo si vult facere illud facere vult contra legem Dei et ita peccat; et ita conscientia quantumcumque erronea obligat ad peccatum.

4. Praeterea, secundum Damascenum conscientia est « lex intellectus nostri »; sed facere

A 35 de] du (*ut videtur*) *praem.* pA malis] ma *in fine lin. conf. et imp. praem.* pA 42 peccatum] § preterea hoc ab omnibus conceditur quod conscientia erronea in indifferentibus liget et tamen ratio naturalis tali conscientie dictat. ergo quamvis ratio naturalis dictet contrarium illi conscientie erronee qua quis credit per se mala esse facienda. nihilominus tamen ex tali conscientia obligatur *add.* pA, *quod deletur per* va-cat *et lineam transversam* 43-45 Sed dicebat...per se mala: *haec est solutio respondentis ad argumentum deletum* (*cf. nota superior*) 43 erronea ligat *inv.* pA 54 vel non] non *praem.* pA 60 ageret peccaret *inv.* pA 75 non *sup. lin.* A] *om.* pA 82 Galathas *plene* A 89 in] p (*ut videtur*) *imp. add.* pA 93 vult] non *praem.* pA 95 habet *sup. lin.* A] secundum pA 96 sive in his] in his *praem.* pA

Φ 46 errans] erronea Φ 47 naturalis rationis *inv.* Φ 49 dictet] dictat Φ 62 peccatum incurreret] peccaret Φ esset] erit Φ 63 posset] possit Φ 71 aliquod] aliud Φ (-γ) 74 XIV] xiii (*seu* 13) Φ (-γ) *non liquet* γ 76 glosa...peccatum est *hom. om.* α δ 79 conscientia[2]] *om.* α δ *ante* talis β 82 circumcidamini] -cidimini Φ 83 proderit] prodest Φ 84 servanda] observanda Φ 85 subditur] dicitur Φ 86 omni *om.* Σ 92-94 ergo peccat...voluntatem *hom. om.* α 99 facere vult *inv.* Φ

52 ad utrumlibet: Arist. ut supra q. 2 a. 12 81 in nota. 63 perplexus: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* III tr. ult. cap. 1 (f. 240[ra]) et *Summa fr. Alexandri* II-II n. 392 (p. 391). 65 *De duabus anim.* cap. 10 (PL 42, 103), ibid. cap. 11 (PL 42, 105) et *De lib. arb.* III c. 18 (PL 32, 1295) sec. Thomam *I-II* q. 109 a. 8 arg. 1. 76 *Glossa* Petri Lomb. (PL 191, 1519 D). 85 ibidem: Gal. V[3]. 86 omni circumcidenti: sic Thomas *III Pars* q. 62 a. 6 arg. 3, homini circumcidenti, sic recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) et recens. Veteris Latinae. 102 *De fide* IV c. 22 (PG 94, 1200 A; Bt 359).

contra legem est peccatum; ergo et facere contra conscientiam quomodocumque.

5. Praeterea, aliquis ex praecepto ligatur; sed hoc quod conscientia dictat, hoc factum est praeceptum; ergo quantumcumque conscientia sit erronea ligat.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hoc diversae sunt opiniones. Quidam enim dicunt quod conscientia potest errare vel in his quae sunt per se mala vel in indifferentibus. Conscientia igitur errans in his quae sunt per se mala non ligat, in indifferentibus autem ligat. Sed qui hoc dicunt non videntur intelligere quid sit conscientiam ligare. Secundum hoc enim ligare conscientia dicitur quod aliquis nisi conscientiam impleat peccatum incurrit, non autem hoc modo quod aliquis implens recte faciat, alias enim consilium obligare diceretur: implens enim consilium recte agit. Sed tamen ad consilia dicimur non ligari quia qui consilium praeterit non peccat; ad praecepta autem ligari dicimur quia non servantes praecepta peccata incurrimus. Non igitur propter hoc conscientia dicitur ad aliquid faciendum ligare quod si illud fiat, ex tali conscientia bonum sit sed quia si non fiat peccatum incurritur. Non videtur autem possibile quod aliquis peccatum evadat si conscientia quantumcumque errans dictet aliquid esse praeceptum Dei, sive sit indifferens sive etiam per se malum, si contrarium tali conscientia manente agere disponat: quantum enim in se est, ex hoc ipso habet voluntatem legem Dei non observandi, unde mortaliter peccat. Quamvis igitur talis conscientia quae est erronea deponi possit, nihilominus tamen dum manet obligativa est, quia transgressor ipsius peccatum de necessitate incurrit. Diversimode tamen recta conscientia et erronea ligat: recta quidem ligat simpliciter et per se, erronea autem secundum quid et per accidens.

Dico autem rectam ligare simpliciter quia ligat absolute et in omnem eventum: si enim aliquis conscientiam habeat de vitando adulterio, istam conscientiam sine peccato non potest deponere quia in hoc ipso quod eam deponeret errando, graviter peccaret; ea autem manente non potest praeteriri in actu sine peccato, unde absolute ligat et in omnem eventum. Sed conscientia erronea non ligat nisi secundum quid quia sub condicione: ille enim cui dictat conscientia quod teneatur ad fornicandum non est obligatus ut fornicationem sine peccato dimittere non possit nisi sub hac condicione, si talis conscientia duret; haec autem condicio removeri potest et absque peccato: unde talis conscientia non obligat in omnem eventum, potest enim aliquid contingere, scilicet depositio conscientiae, quo contingente aliquis ulterius non ligatur. Quod autem sub condicione tantum est, secundum quid esse dicitur. Dico etiam quod conscientia recta per se ligat, erronea autem per accidens: quod ex hoc patet. Qui enim ⟨unum⟩ vult vel amat propter alterum, illud quidem propter quod amat reliquum per se amat, quod vero propter alterum amat quasi per accidens: sicut qui vinum amat propter dulce, amat dulce per se vinum autem per accidens. Ille autem qui conscientiam erroneam habet credens eam esse rectam – alias non erraret – inhaeret conscientiae erroneae propter rectitudinem quam in ea credit, inhaeret quidem per se loquendo rectae conscientiae sed erroneae quasi per accidens, in quantum hanc conscientiam quam credit esse rectam contingit esse erroneam. Et exinde est quod per se loquendo ligatur a conscientia recta, per accidens autem ab erronea. Et haec solutio potest

A 117 ligare[1]] potest enim in (in *primo deletum*) ligatio attendi secundum terminum ad quem et secundum terminum *add.* pA 123 qui *in marg.*A] *om.* pA 135 est, ex hoc ipso] ipso (*imp.*) *praem.* pA 137 deponi *em.* A] *conf.* pA 138 tamen] supp *add.* pA 143 secundum...per] per *praem.* pA 147 non potest deponere] dimittere *praem.* pA 163 secundum] tantum *praem.* pA 166 ⟨unum⟩ *suppl.*] *om.* A 168 amat quasi] qi (*inc.* quasi) *praem.* pA 169 vinum amat] diligit *praem.* pA 175 per se...rectae] rec *praem.* pA

Φ 104 et *om.* Φ 107 hoc factum] *om.* Σ habet factum β 108 conscientia *post* erronea Φ 110 diversae sunt *inv.* Φ 113 in *om.* Φ (-γ) 119 incurrit] incurreret Φ (*def.* δ²) 120 modo *om.* Φ (*def.* δ²) 125 non servantes] si non servamus Φ 125 peccata] peccatum (*post* incurrimus γ) Φ 131 dictet] dicet β γ diceret δ¹ 139 obligativa] obligatoria Φ 153 quia] et Φ 157 condicio] conscientia Σ scientia β 164 autem] vero Φ 166 ⟨unum⟩ *post* amat *suppl.* Φ 168 alterum] aliud Φ (-δ¹) illud δ¹ 168 amat² *om.* Φ 174 credit] esse *add.* Φ 180 autem] vero Φ

111 Quidam: cf. *Summa fr. Alexandri* II-II n. 388 (p. 387) et Bonaventura *Super Sent. II* d. 39 a. 1 q. 3. 169 qui...accidens: exemplum Arist. *Topic.* II c. 3 (111 a 4) sec. Thomam *I-II* q. 26 a. 4 sed c.

accipi ex verbis Philosophi in VII Ethicorum ubi quasi eandem quaestionem quaerit, utrum scilicet dicendus sit incontinens qui abscedit a ratione recta solum vel qui abscedit etiam a falsa; et solvit quod incontinens per se recedit a ratione recta, per accidens autem a falsa, et ab una quidem simpliciter ab alia autem secundum quid, quia quod per se est simpliciter est, quod autem per accidens secundum quid.

1. Ad primum igitur dicendum quod, quamvis id quod dictat erronea conscientia non sit consonum legi Dei tamen accipitur ab errante ut ipsa lex Dei, et ideo per se loquendo si ab hoc recedat recedit a lege Dei quamvis per accidens sit quod a lege Dei non recedat.

2. Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit quando superioris et inferioris sunt distincta praecepta et utrumque per se distinctim pervenit ad eum qui praecepto obligatur; quod hic non contingit quia conscientiae dictamen nihil aliud est quam perventio praecepti Dei ad eum qui conscientiam habet, ut ex dictis patet. Esset autem simile in exemplo proposito si praeceptum imperatoris numquam ad aliquem pervenire posset nisi mediante proconsule, et proconsul quod praecipit non praeciperet nisi quasi recitans imperatoris praeceptum: tunc enim idem esset contemnere praeceptum imperatoris et proconsulis sive proconsul verum diceret sive mentiretur.

3. Ad tertium dicendum quod conscientia erronea errans in his quae sunt per se mala, dictat contraria legi Dei, sed tamen illa quae dictat dicit esse legem Dei, | et ideo transgressor illius conscientiae efficitur quasi transgressor legis Dei, quamvis etiam conscientiam sequens et eam opere implens contra legem Dei faciens mortaliter peccet, quia in ipso errore peccatum erat cum contingeret per ignorantiam eius quod scire debebat.

123ra

4. Ad quartum dicendum quod quando conscientia non est probabilis tunc debet eam deponere; sed tamen dum manet si contra eam faciat mortaliter peccat. Unde per hoc non probatur quod conscientia erronea non liget dum manet sed solum quod non ligat simpliciter et in omnem eventum.

5. Ad quintum dicendum quod ex illo argumento non concluditur quod conscientia erronea non liget ad peccatum si non impleatur sed quod si impleatur excusat a peccato, unde non est ad propositum; concludit autem verum quando ipse error non est peccatum utpote cum contingit ex ignorantia facti; si autem ex ignorantia iuris sic non concludit quia ipsa ignorantia peccatum est: sic enim etiam apud saecularem iudicem non excusatur qui ignorantiam legis quam scire debet allegat.

6. Ad sextum dicendum quod licet in ratione naturali sit unde possit procedi ad contrarium eius quod erronea conscientia dictat, sive sit error circa indifferentia sive circa per se mala, tamen actu naturalis ratio non dictat; si enim dictaret contrarium non erraret conscientia.

7. Ad septimum dicendum quod quamvis opus indifferens quantum in se est ad utrum libet se habeat, tamen huic qui extimat hoc opus cadere sub praecepto efficitur non indifferens propter suam extimationem.

8. Ad octavum dicendum quod ille qui habet conscientiam faciendi fornicationem non est simpliciter perplexus quia potest aliquid facere quo facto non incidet in peccatum, scilicet conscientiam erroneam deponere; sed est perplexus secundum quid, scilicet conscientia erronea manente, et hoc non est inconveniens ut aliquo supposito homo peccatum evitare non possit; sicut supposita intentione inanis gloriae, ille qui tenetur eleemosynam dare peccatum evitare non potest: si enim dat ex tali intentione peccat, si vero non dat transgressor est.

A 201 perventio (*e* preventio pA) *em.* A 204 praeceptum] pre *mac. praem.* pA 209 proconsulis] cons *praem.* pA 230 sed quod] q *praem.* pA 249 exstimationem A 258 intentione (*ex* intentionis pA) *em.* A 259 dare peccatum] p *imp. praem.* pA

Φ 185-186 et solvit...falsa *hom. om.* β 197 et] vel Φ 198 distinctim] distinctum Φ 201 aliud est *inv.* Φ (-δ) 202 Dei] divini Φ (-δ) divini *ante* praecepti δ 204-207 numquam...imperatoris *hom. om.* $\delta^2$ 206 et] *om.* α β quod γ (*def.* $\delta^2$) 215 efficitur *post* transgressor Φ quasi *om.* Σ 219 per ignorantiam] ex ignorantia Φ 231 quod *om.* Σ 236 saecularem iudicem *inv.* Φ 238 legis quam] iuris quod Φ 243 naturalis ratio *inv.* Φ 254 est *om.* Φ (*def.* $\delta^2$) 257 evitare] vitare Φ

181 *Ethic.* VII 9 (1151 a 29 sqq.). 202 ex dictis: supra a. 3. 234 ignorantia facti...ignorantia iuris: cf. *Decretum* II causa 1 q. 4 c. 12 (ed. Friedberg I, 422).

9. Ad nonum dicendum quod quando conscientia erronea dictat aliquid faciendum dictat illud sub aliqua ratione boni vel quasi opus iustitiae vel quasi temperantiae et sic de aliis; et ideo transgressor incurrit in vitium contrarium illi virtuti sub cuius specie conscientia illud dictat; vel si dictat illud sub specie divini praecepti vel alicuius praelati tantum incurret peccatum inoboedientiae conscientiam transgrediens.

## Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum conscientia erronea in indifferentibus plus liget quam praeceptum praelati vel minus. Et videtur quod minus: subditus enim religiosus vovit oboedire praelato suo; sed tenetur votum reddere ut in Psal. dicitur « Vovete et reddite »; ergo videtur quod tenetur praelato oboedire contra conscientiam, et ita magis praelato quam conscientiae.

2. Praeterea, praelato semper est oboediendum in his quae non sunt contra Deum; sed indifferentia non sunt contra Deum; ergo in his tenetur oboedire praelato, et sic idem quod prius.

3. Praeterea, potestati superiori magis est oboediendum quam inferiori, ut habetur in glosa Rom. XIII[2]; sed anima praelati est superior quam anima subditi; ergo magis ligatur subditus ex imperio praelati quam ex conscientia propria.

4. Praeterea, subditus non debet iudicare de praecepto praelati sed magis praelatus de actibus subditi: iudicaret autem subditus de praelati praecepto si propter suam conscientiam ab eius praecepto recederet; ergo quantumcumque conscientia contrarium dictet in indifferentibus magis est praelati praecepto standum.

SED CONTRA, vinculum spirituale fortius est quam corporale et intrinsecum quam extrinsecum; sed conscientia est vinculum spirituale intrinsecum, praelatio autem est vinculum extrinsecum et corporale ut videtur, quia secundum temporalem dispensationem omnis praelatio agitur; unde cum ad aeternitatem ventum fuerit evacuabitur ut habetur ex glosa I Cor. XV[24]; ergo videtur quod magis est oboediendum conscientiae quam praelato.

RESPONSIO. Dicendum quod huius quaestionis solutio satis ex his quae dicta sunt potest apparere. Dictum est enim supra quod conscientia non ligat nisi in vi praecepti divini vel secundum legem scriptam vel secundum legem naturae inditi; comparare igitur ligamen conscientiae ad ligamen quod est ex praecepto praelati nihil est aliud quam comparare ligamen praecepti divini ad ligamen praecepti praelati; unde cum praeceptum divinum obliget contra praeceptum praelati et magis obliget quam praeceptum praelati, etiam conscientiae ligamen erit maius quam ligamen praecepti praelati, et conscientia ligabit etiam praecepto praelati in contrarium existente.

Tamen hoc diversimode se habet in conscientia recta et erronea: conscientia enim recta simpliciter et perfecte contra praeceptum praelati obligat, simpliciter quidem quia eius obligatio auferri non potest cum talis conscientia sine peccato deponi non possit; perfecte autem quia conscientia recta non solum hoc modo ligat ut ille qui eam non sequitur peccatum incurrat sed etiam ut ille qui eam sequitur sit immunis | a peccato quantumcumque praeceptum praelati sit in contrarium. Sed conscientia erronea ligat contra praeceptum praelati etiam in indifferentibus secundum quid et imperfecte: secundum quid quidem quia non obligat in omnem eventum sed sub condicione suae

123[rb]

A 4 religiosus] li *praem.* pA 29 corporale] spu (*casu inc.* spirituale) *praem.* pA 42 legem[1]...naturae] nature *praem.* pA 64 etiam...secundum] secundum *praem.* pA

Φ 265 quasi *om.* Φ 269 incurret] incurrit Φ
1 erronea *om.* Φ 5 oboedire] obedientiam α δ 6 ut...dicitur] psal. Φ 12 his] eis Φ 19 imperio praelati *inv.* Φ 23 praelati praecepto *inv.* Φ 26 dictet] dictat Φ 27 praecepto standum *inv.* Φ 31 praelatio] prelatus γ prelato α δ[2] 31 est *om.* Φ extrinsecum...corporale *inv.* Φ 32 quia] *om.* β δ[2] quod γ 39 solutio] ratio Φ 41 in *om.* Σ 45 nihil] non Σ 51 etiam *post* praelati Φ 57 talis conscientia *post* possit Φ 60 non] *om* Φ (-δ[1]) *post* peccatum δ[1] 62 praeceptum] precepti Σ (-δ[2]) 66 quidem *om.* Φ

1 Desunt loci parall. 6 Psal.: LXXV[12]. 17 *Glossa* Petri Lomb. (PL 191, 1505 B), ex August. *Serm. ad populum* LXII c. 8 (PL 38, 421). 36 *Glossa* Petri Lomb. (PL 191, 1679 C). 40 supra: a. 3.

durationis, potest enim aliquis et debet talem conscientiam deponere; imperfecte autem quia ligat quantum ad hoc quod ille qui eam non sequitur peccatum incurrit, non autem quantum ad hoc quod ille qui eam sequitur peccatum evitet cum praeceptum praelati est in contrarium, si tamen ad illud indifferens praeceptum praelati obliget: in tali enim casu peccat, sive non faciat quia contra conscientiam agit, sive faciat quia praelato inoboediens est; magis autem peccat si non faciat conscientia durante quod conscientia dictat cum plus liget quam praeceptum praelati.

1. Ad primum igitur dicendum quod ille qui vovit oboedientiam tenetur oboedire in his ad quae votum oboedientiae se extendit, nec ab ista obligatione absolvitur per errorem conscientiae; nec iterum a conscientiae absolvitur ligamine per istam obligationem et ita manet in eo duplex contraria obligatio, quarum una, scilicet quae est ex conscientia, est maior quia intensior, minor vero quia solubilior; alia vero e contrario: obligatio enim illa quae est ad praelatum solvi non potest sicut conscientia erronea potest deponi.

2. Ad secundum dicendum ⟨quod⟩ quamvis opus illud de se sit indifferens tamen ex dictamine conscientiae fit non indifferens.

3. Ad tertium dicendum quod quamvis praelatus sit superior subdito tamen Deus sub cuius praecepti specie conscientia ligat est maior quam praelatus.

4. Ad quartum dicendum quod subditus non habet iudicare de praecepto praelati sed de impletione praecepti quae ad ipsum spectat; unusquisque enim tenetur actus suos examinare ad scientiam quam a Deo habet sive sit naturalis sive acquisita sive infusa: omnis enim homo debet secundum rationem agere.

A 75 peccat] *idem mac. praem.* pA 85 a (*ex* ab errore pA) *em.* A 92 deponi] et per hoc *add.* pA 93 ⟨quod⟩ *suppl.*] *om.* A 97 Deus] es *add.* pA 100 subditus *em.* A] *conf.* pA

Φ 70 non *om.* Φ (-$\delta^2$) 83 votum] bonum Φ 89 vero$^1$ *om.* Φ 92 potest deponi] *inv.* Φ (-$\delta^1$) deponi non potest $\delta^1$ 93 ⟨quod⟩ *suppl.* Φ 94 de] per Φ

# QUAESTIO DUODEVICESIMA

# De cognitione primi hominis in statu innocentiae

1. *Utrum homo in statu innocentiae cognoverit Deum per essentiam.*
2. *Utrum homo in statu innocentiae Deum per creaturas viderit.*
3. *Utrum Adam in statu innocentiae fidem de Deo habuerit.*
4. *Utrum Adam in statu innocentiae habuerit omnium creaturarum notitiam.*
5. *Utrum Adam in statu innocentiae angelos per essentiam viderit.*
6. *Utrum Adam in statu innocentiae errare sive decipi potuerit.*
7. *Utrum pueri qui ex Adam in statu innocentiae nascerentur plenam rerum omnium scientiam haberent sicut et Adam habuit.*
8. *Utrum pueri mox nati in statu innocentiae usum rationis plenarie habuissent.*

## Articulus primus

Quaestio est de cognitione primi hominis in statu innocentiae. Et primo quaeritur utrum in statu illo cognoverit Deum per essentiam. Et videtur quod sic: dicit enim Magister in IV Sententiarum I dist. quod «homo ante peccatum Deum sine medio vidit»; sed videre Deum sine medio est videre per essentiam; ergo in statu innocentiae vidit Deum per essentiam.

2. Sed dicebat quod Magister intelligit quod vidit Deum sine medio quoad nubilum culpae non autem sine medio creaturae. — Sed contra est quod Magister ibidem dicit quod quia nos per medium Deum videmus oportet quod ex visibilibus creaturis in ipsum deveniamus; ergo videtur quod intelligat de medio creaturae; sed videre sine medio creaturae est videre per essentiam; ergo etc.

3. Praeterea, Phil. IV[7] dicitur « Pax Dei quae exsuperat omnem sensum », hoc – secundum quod intelligitur de pace quam Deus facit in beatis in patria – glosa ibidem sic exponit « Omnem sensum, id est intellectum nostrum, non eorum qui semper vident faciem Patris »: ex quo haberi potest quod pax sive gaudium beatorum excedit intellectum omnis illius qui gaudio illo non perfruitur; sed Adam in statu innocentiae gaudia beatorum vidit, unde dicit Gregorius in IV Dialogorum « Homo peccando extra semet ipsum fusus iam illa caelestis patriae gaudia quae prius contemplari solebat videre non poterat »; ergo Adam in illo statu gaudio caelestis patriae fruebatur.

4. Praeterea, Hugo de Sancto Victore dicit quod homo in statu illo Creatorem suum cognoscebat ea cognitione qua tunc per praesen-

A 4 sic] sit (*e lapsu calami*) *praem.* pA 8 vidit] si (i *imp.*) *praem.* pA 10 quod[1]] cum *add.* pA 11 Deum] u *praem.* pA 11 quoad *coni. cum* Φ] quod A 16 sed videre] vi (*ut videtur; deletur per rasuram*) *praem.* pA

Φ 5 1 dist. *inv.* Φ 7 videre] deum *add.* Φ 15 in ipsum] ad eum Σ ad deum β 19 dicitur] quod *add.* Σ dicit quod β 22 in patria] *ante* in beatis Σ in patria etiam *ante* in beatis β 23 id est] idem α γ et δ[1] 25 haberi potest] habetur Φ 29 in *om.* Φ 30 semet] se Φ illa] *om.* α δ *ante* iam β 35 cognoscebat *ante* Creatorem Φ

1 Parall.: *Super Sent. II* d. 23 q. 2 a. 1; *I Pars* q. 94 a. 1. 5 Cap. 5. 10 Sed dicebat...: cf. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 518 ad 2 (p. 769). 13 ibidem: supra lin. 5. 22 *Glossa* Petri Lomb. (PL 192, 254 B). 29 Cap. 1 (PL 77, 317 C). 34 *De sacramentis* I p. VI c. 14 (PL 176, 271 C).

tiam contemplationis manifestius cernebatur; sed videre Deum per praesentiam contemplationis est videre ipsum per essentiam ut videtur; ergo Deum per essentiam in statu illo Adam vidit.

5. Praeterea, homo factus est ad videndum Deum: ad hoc enim Deus fecit rationalem creaturam ut beatitudinis eius particeps esset, quae in eius visione consistit ut habetur in I dist. II Sententiarum; si igitur Adam in statu innocentiae Deum per essentiam non videbat, hoc non erat nisi quia aliquod medium impediebat; non autem impediebat medium culpae, quia tunc ab ea immunis erat, nec etiam impediebat medium creaturae, quia Deus est intimior animae hominis quam quaelibet alia creatura; ergo Adam in statu innocentiae vidit Deum per essentiam.

6. Praeterea, sicut affectiva hominis non perficitur nisi per summum bonum ita cognitiva nonnisi per summum verum, ut patet in libro De spiritu et anima; sed unicuique inest desiderium suae perfectionis; ergo Adam in primo statu desiderabat Deum per essentiam videre. Sed quicumque caret eo quod desiderat affligitur; si igitur Adam tunc Deum per essentiam non vidit affligebatur: hoc autem est falsum, quia afflictio cum sit poena, culpam praecedere non potest; ergo Deum per essentiam vidit.

7. Praeterea, anima hominis ita facta est ad Dei imaginem ut nulla interposita creatura ab ipsa prima veritate formetur ut dicitur in libro De spiritu et anima; sed imago manebat integra et pura in homine in statu innocentiae, igitur in ipsam summam veritatem ferebatur nullo mediante et ita Deum per essentiam videbat.

8. Praeterea, ad hoc quod aliquid intelligamus in actu nihil aliud requiritur nisi ut species fiat intelligibilis in actu per abstractionem a materia et condicionibus materiae, quod pertinet ad intellectum agentem, et ut in intellectu recipiatur, quod pertinet ad intellectum possibilem. Sed essentia divina | est per se intelligibilis, *123va* utpote omnino a materia separata; erat etiam animae ipsius hominis intima cum in omnibus per essentiam Deus esse dicatur: cum igitur nullum esset impedimentum in anima hominis in statu innocentiae videtur quod Deum per essentiam videbat.

9. Praeterea, cum anima Adae in statu innocentiae esset debito modo ordinata, non erat ratio superior minus perfecta circa suum obiectum quam inferior circa obiectum proprium; sed inferior ratio cuius est temporalia intendere, ipsa temporalia immediate videre poterat; ergo et ratio superior cuius est aeterna conspicere poterat immediate aeternam Dei essentiam videre.

10. Praeterea, illud quo aliquid fit sensibile in actu immediate a sensu visus cognoscitur, scilicet lux; ergo et illud quo fit aliquid actu intelligibile immediate ab intellectu hominis cognoscitur: sed non fit aliquid intelligibile actu ab aliquo nisi in quantum est actu, et ita cum solus Deus sit actus purus ipse est quo omnia intelligibilia fiunt; ergo intellectus hominis in primo statu Deum immediate videbat cum tunc nullum haberet impedimentum.

11. Praeterea, Damascenus dicit quod homo in statu innocentiae « beatam vitam habuit et omnium divitem »; sed beatitudo vitae consistit in hoc quod Deus per essentiam videatur; ergo Deum per essentiam tunc vidit.

12. Praeterea, Damascenus idem dicit quod

A 43 Deum] fin *add.* pA 45 in I distinctione II (secundi A)] in se *praem.* pA 48 impediebat *em.* A] *conf.* pA 51 quia] cre *add.* pA 56 cognitiva *em.* A] *conf.* pA 69 sed imago] *idem mac. praem.* pA 79 divina: *in appendice col.* 123$^{rb}$ 84 innocentiae] *idem conf. et imp. praem.* pA 88 perfecta] perfectum *praem.* pA 91 poterat] non *praem.* pA 99 aliquid...actu] actu *in fine lin.* (*casu non delet.*) *praem.* A, *et delevimus*

Φ 40 Adam *ante* in statu Φ 43 fecit] *om.* β *ante* Deus Σ 45 in$^2$ *om.* Φ 46 Adam *post* Deum$^{47}$ Φ 49 impediebat *post* culpae Σ 51 animae hominis] rationali anime Φ 52 alia *om.* Φ 56 cognitiva] cognoscitiva Φ 63 vidit] videbat Φ 70 igitur] ergo Φ 76 et] a *add.* Φ 90 est] circa *add.* Φ 93 aeternam *om.* Φ 95 quo] a quo Φ aliquid fit *inv.* Φ 97 et illud] illud a Φ intelligibile] *om* β *ante* actu Σ 98 hominis *om.* Φ 99 aliquid intelligibile *inv.* Φ actu (actum $\delta^1$) *post* non fit Φ 101 Deus *ante* cum$^{100}$ Φ 107 omium] omnem Φ divitem] deitatem (*potius* γ) β γ $\delta^1$ beatitudo vitae] beata vita vel beatitudo Φ 109 Deum...tunc] tunc per essentiam deum Φ (-γ) tunc deum per essentiam γ 110 idem *om.* Σ

46 Cap. 4. 49 medium culpae...medium creaturae: vide supra q. 10 a. 11 50 in nota. 58 Cap. 11 (PL 40, 786). 69 Cap. 11 (PL 40, 786). 81 cum...dicatur: Petrus Lomb. ut supra q. 10 a. 11 294 in nota. 90 inferior ratio...ratio superior...: August. ut supra q. 15 a. 2 25. 105 *De fide* II c. 11 (PG 94, 912 A; Bt 106). 110 *De fide* II c. 11 (PG 94, 916 C; Bt 109).

homo tunc reficiebatur « fruitione dulcissimae contemplationis sicut alius angelus »; sed angeli vident Deum per essentiam; ergo et Adam in statu illo Deum per essentiam vidit.

13. Praeterea, natura hominis erat perfectior in statu innocentiae quam post statum peccati; sed aliquibus post statum peccati concessum est ut Deum per essentiam viderent adhuc in hac mortali vita existentibus, sicut de Paulo et Moyse Augustinus dicit XII Super Genesim ad litteram et in libro De videndo Deum; ergo multo fortius Adam in statu innocentiae Deum per essentiam vidit.

14. Praeterea, Gen. II[21] super illud ' Immisit Dominus Deus soporem in Adam ' etc., dicit glosa « Extasis recte intelligitur ad hoc immissa ut mens Adae particeps angelicae curiae et intrans in sanctuarium Dei novissima intelligeret », ex quo videtur quod sopor ille raptus quidam fuerit; sed illi qui rapiuntur Deum per essentiam vident; ergo et Adam per essentiam vidit.

15. Praeterea, secundum Damascenum Adam non tantum in corporali paradiso fuit collocatus sed etiam in spirituali; spiritualis autem paradisus nihil est aliud quam beatitudo in visione Dei per essentiam consistens; ergo vidit Deum per essentiam.

16. Praeterea, Augustinus dicit XIV De civitate Dei quod in statu innocentiae « non aberat quicquam quod bona voluntas adipisceretur »; sed bona voluntas hoc adipisci poterat ut Deum per essentiam videret; ergo hoc a primis parentibus non aberat, et ita Deum per essentiam videbant.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit in I De Trinitate quod Dei visio per essentiam est tota merces sanctorum; sed Adam in statu innocentiae beatus non erat; ergo Deum per essentiam non vidit.

2. Praeterea, Bernardus dicit quod Deus in statu viae potest quidem totus diligi sed non totus videri; videretur autem totus si per essentiam videretur cum eius essentia sit simplex; ergo cum Adam esset in statu viae Deum per essentiam videre non potuit.

3. Praeterea, anima oppressa mole carnis distinctam rerum cognitionem amittit, unde Boetius dicit in libro De consolatione quod summam retinens singula perdit; sed in statu innocentiae anima hominis aliquatenus per corpus deprimebatur, licet non tantum sicut post peccatum; ergo retardabatur a visione essentiae divinae, ad quam requiritur perfectissima dispositio mentis.

4. Praeterea, esse viatorem et comprehensorem simul soli Christo est proprium; sed Adam in statu innocentiae viator erat, quod patuit ex hoc quod peccare potuit; ergo non fuit comprehensor et ita Deum per essentiam non vidit.

RESPONSIO. Dicendum quod quidam dixerunt quod Deum per essentiam videre non solum contingit in patria sed etiam in via quamvis non ita perfecte in via sicut in patria; et secundum hoc homo in statu innocentiae mediam visionem habuit inter visionem beatorum et visionem hominum post peccatum, quia minus perfecte vidit quam beati perfectius autem quam homo post peccatum videre potuerit. Sed istud

A 135 spiritualis] sp *conf. idem inc. praem.* pA 140 non aberat] a *imp. praem.* pA 148 sanctorum] beat (*ut videtur*) *add* pA 151 Bernardus] *idem conf. praem.* pA 160 sed] adam *add.* pA 162 licet non] sicut non *praem.* pA 172 videre non solum *rep.* A, *et alterum delevimus*

Φ 111 dulcissimae] ditissime Φ 113 et *om.* Φ 119 mortali] *om.* β *post* vita Σ 120 XII *post* Genesim Φ 124 Immisit Dominus Deus] misit deus Φ 125 etc. *om.* Φ 126 recte] ratione Σ 134 fuit collocatus (collocatur $\delta^1$) *inv.* Φ 136 est aliud *inv.* Φ 137 vidit...essentiam] etc. Φ 144 et ita...videbant] ergo etc. Φ 146 Augustinus dicit *inv.* Φ 151-165 Praeterea...mentis (*scil. arg. sed. c.* 2-3) *om.* α 160 summam] summa δ fumam β 165 mentis] *om.* δ nec est aliquis ita perfecte intelligens quo non possit cogitari alium perfectius intelligere nisi deus qui infinita limpiditate omnia intelligit *add.* β 169 ergo] et ita Φ (-δ) 176 visionem habuit *inv.* Φ (-δ) 177 hominum] hominis (*ante* visionem β) Φ (-δ) 179 potuerit] potuit Φ (-δ)

121 Cap. 27-28 (PL 34, 477-478); *Epist. 147* c. 13 (PL 33, 610). 126 *Glossa ordin.*, ex August. *De Gen. ad. litt.* IX c. 19 (PL 34, 408). 133 *De fide* II c. 11 (PG 94, 916 B; Bt 108). 140 Cap. 10 (PL 41, 417). 147 Cap. 9 (PL 42, 833), ad verbum profert Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 3 q. 1 (f. 42[rb]) allegans August. *Enarr. in Ps.* xc[16] sermo 2 (PL 37, 1170). 151 Ps.-Bernardus *Lib. de contemplando Deo* cap. 8 (PL 184, 376). 157 mole carnis: August. *Retract.* I c. 8 (PL 32, 594) ut refert Bonaventura *Super Sent. II* d. 39 a. 1 q. 2 sed c. 2. 159 V metr. 3 (PL 63, 845 A). 166 viatorem et comprehensorem: cf. supra q. 10 a. 11 231 in nota. 171 quidam: non invenimus, cf. tamen *Summa fr. Alexandri* I-II n. 517 (p. 765) et Bonaventura *Super Sent. II* d. 23 a. 2 q. 3 ubi eadem opinio allegatur.

dictum est contrarium Scripturae testimoniis, quae concorditer in divina visione beatitudinem hominis ultimam ponunt, unde ex hoc ipso quod aliquis Deum per essentiam videt beatus est; et sic nullus adhuc in via ad beatitudinem existens, Deum per essentiam videre potuit, nec etiam ipse Adam in statu innocentiae, ut communis opinio habet. Cuius etiam veritas ratione ostendi potest.

Cuiuslibet enim naturae est aliquod ultimum assignare in quo eius ultima perfectio consistit. Hominis autem in quantum homo est perfectio non consistit nisi in actu intellectus, ex quo habet quod homo sit; in operatione autem intellectus possunt differentes gradus distingui dupliciter: uno modo ex diversitate intelligibilium. Quanto enim quis excellentius intelligibile intelligit, tanto excellentior est eius intelligentia unde, ut dicitur in X Ethicorum, perfectissima operatio intellectus est intellectus bene dispositi ad optimum intelligibile, sicut et pulcerrima visio corporalis est visus « bene dispositi ad pulcerrimum sub visu iacentium ». Alio modo in operatione | intellectus accipiuntur gradus ex modo intelligendi: possibile est enim unum et idem intelligibile a diversis diversimode intelligi, ab uno perfectius ab alio minus perfecte. Non est autem possibile ut ultimus terminus perfectionis humanae accipiatur secundum aliquem modum intelligendi quia in istis modis intelligendi possunt considerari infiniti gradus, quorum unus alio perfectius intelligit. Nec est aliquis ita perfecte intelligens quo non possit excogitari alium perfectius intelligere nisi Deus qui infinita limpiditate omnia intelligit. Unde oportet quod ultimus terminus humanae perfectionis sit in intelligendo aliquid perfectissimum intelligibile, quod est essentia divina. In hoc igitur unaquaeque rationalis creatura beata est quod essentiam Dei videt, non ex hoc quod ita limpide vel plus vel minus eam videt. Non igitur visio beati a visione viatoris distinguitur per hoc quod est perfectius et minus perfecte videre, sed per hoc quod est videre et non videre. Et ideo cum Adam fuerit adhuc in via ad beatitudinem Deum per essentiam non vidit.

1. Ad primum igitur dicendum quod in aliqua visione triplex medium considerari potest: unum est medium sub quo videtur, aliud quo videtur – quod est species rei visae –, aliud a quo accipitur cognitio rei visae; sicut in visione corporali medium sub quo videtur est lumen quo aliquid fit actu visibile et visus perficitur ad videndum, medium vero quo videtur est ipsa species rei sensibilis in oculo existens quae sicut forma videntis in quantum est videns principium est visivae operationis, medium autem a quo accipitur cognitio rei visae est sicut speculum a quo interdum species alicuius visibilis, ut puta lapidis, fit in oculo non immediate ab ipso lapide. Et haec tria etiam in visione intellectuali inveniuntur, ut lumini corporali respondeat lumen intellectus agentis quasi medium sub quo intellectus videt, speciei vero visibili species intelligibilis qua intellectus possibilis fit actu intelligens, medio vero a quo accipitur visi cognitio sicut speculo comparatur effectus a quo in cognitionem causae devenimus, ita enim similitudo causae nostro intellectui imprimitur non immediate ex causa sed ex effectu in quo similitudo causae resplendet: unde huiusmodi cognitio dicitur specularis propter similitudinem quam habet ad visionem quae fit per speculum.

Homo igitur in statu post peccatum ad cognoscendum Deum indiget medio quod est

123vb

A 182 ipso quod] q *praem.* pA 183 Deum] deus *praem.* pA 203 intellectus] *idem conf. praem.* pA 210 possunt] si *praem.* pA 224 cum Adam] cu *add.* pA 228 medium *em.* A] *conf.* pA 229 videtur] sicut lumen corporale se habet in *add.* pA 240 fit] *idem mac. praem.* pA 244 speciei] lui (*inc.* lumini *?*) *praem.* pA 252 unde *tertius* A] et hec (*primo deletum*) Vnde (*sup. lin.* sA) visio d (d *primo deletum*) habet (*imp.*) *praem.* pA (*et* sA)

Φ 187 habet] tenet Φ 199 est] operatio *add.* Φ (-$\delta^2$) 200 et *om.* Φ 205 a diversis *post* diversimode Φ (-δ) 212-215 Nec est...intelligit *hom. om.* α (*cf. nota ad* mentis *lin.* 165) 217 aliquid] aliquod Φ 219 beata] bona Φ (-δ) *non liquet* δ 234 vero] autem Φ (-δ) 241 etiam *om.* Φ 247 visi] nisi *potius* Φ 256 indiget *ante* cognoscendum Φ (-δ)

180 Scripturae testimoniis: I Ioh. III$^2$, I Cor. XIII$^{12}$ ut referunt *Summa fr. Alexandri* I-II n. 517 (p. 764) et Bonaventura *Super Sent. II* d. 23 a. 2 q. 3. 186 communis opinio: e. g. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 517 (p. 763), Albertus *Super Sent. II* d. 23 a. 2 et Bonaventura *Super Sent. II* d. 23 a. 2 q. 3. 198 Cap. 4 (1174 b 14) sec. transl. Lincolniensis (ms. Vat. lat. 2171, f. 193$^{vb}$). 252 specularis: vide supra q. 13 a. 3 113 in nota.

quasi speculum in quo resultat ipsius Dei similitudo, oportet enim ut « per ea quae facta sunt » in invisibilia eius deveniamus ut dicitur Rom. 1[20]. Hoc autem medio non indigebat homo in statu innocentiae; indigebat autem medio quod est quasi species rei visae quia per aliquod spirituale lumen menti hominis influxum divinitus, quod erat quasi similitudo expressa lucis increatae, Deum videbat. Sed hoc medio non indigebit in patria quia ipsam Dei essentiam per se ipsam videbit non per aliquam eius similitudinem vel intellegibilem vel sensibilem, cum nulla creata similitudo adeo perfecte Deum possit repraesentare ut per eam videns ipsam essentiam Dei cognoscere aliquis possit. Indigebit tamen lumine gloriae in patria, quod erit quasi medium sub quo videtur secundum illud Psal. « In lumine tuo videbimus lumen », eo quod ista visio nulli creaturae est naturalis sed soli Deo; unde nulla creatura in eam ex sua natura potest pertingere, sed ad eam consequendam oportet quod illustretur lumine divinitus emisso. Secunda autem visio, quae est per medium quod est species, naturalis est angelo sed est supra naturam hominis, unde ad eam indiget lumine gratiae. Tertia vero est competens naturae hominis et ideo ea sola sibi relinquitur post peccatum. Et ideo patet quod visio qua homo Deum in statu innocentiae vidit media fuit inter visionem qua nunc videmus et visionem beatorum.

Patet igitur quod homo post peccatum triplici medio indiget ad videndum Deum, scilicet ipsa creatura ex qua in divinam cognitionem ascendit, et similitudine ipsius Dei quam ex creatura accipit, et lumine quo perficitur ad hoc ut in Deum dirigatur sive sit lumen naturae ut intellectus agentis sive gratiae ut lumen fidei vel sapientiae. In statu vero ante peccatum indigebat duplici medio, scilicet medio quod est similitudo Dei, et quod est lumen elevans vel dirigens mentem. Beati autem uno tantum medio indigent, scilicet lumine gloriae elevante mentem. Ipse autem Deus se ipsum videt absque omni medio, ipse enimmet est lumen quo se ipsum videt.

2. Ad secundum dicendum quod Magister non removet quin per aliquam similitudinem creatam quasi per medium Deus in statu innocentiae videretur sed quia non indigebat ad hoc medio visibilis creaturae.

3. Ad tertium dicendum quod Adam in statu innocentiae non videbat gaudia caelestis curiae ut comprehenderet quae vel quanta essent, hoc enim solum beatorum est, sed cognoscebat de eis an sint, per hoc quod eorum aliquam participationem habebat.

4. Ad quartum dicendum quod Deus in contemplatione videtur per medium quod est lumen sapientiae mentem elevans ad divina cernenda, non autem ut ipsa divina essentia immediate videatur; et sic per gratiam videtur etiam a contemplativis post statum peccati quamvis perfectius in statu innocentiae.

5. Ad quintum dicendum quod homo factus erat ad videndum Deum non in principio sed in ultimo suae perfectionis: et ideo quod in principio suae conditionis | Deum per essentiam non vidit non fuit ex hoc quod aliquo obstaculo impediretur sed solum proprio defectu, quia nondum ei inerat perfectio illa quae requiritur ad videndum divinam essentiam. *124ra*

6. Ad sextum dicendum quod Adam in statu innocentiae desiderabat Deum per essentiam videre sed eius desiderium erat ordinatum; ad hoc enim tendebat ut videret Deum quando tempus esset. Unde ex hoc quod Deum ante tempus debitum non videbat nulla ei afflictio inerat.

7. Ad septimum dicendum quod mens nostra dicitur immediate formari ab ipsa prima veritate non quin eam cognoscat interdum mediante

A 258 ut *hic et post* sunt A, *et alterum delevimus* 268 sensibilem] se *mac. praem.* pA 279 per...quod] q *praem.* pA 288 Patet] patet etiam quod deus videtur a se ipso absque omni medio *praem.* pA, *quod abolitur per* va-cat *et punctos consuetos* (*cf. lin.* 300) 293 ut *em.* A] *conf.* pA naturae *em.* A] *conf.* pA 327 requiritur *em.* A] *conf.* pA

Φ 265 indigebit] indigebat Φ 267 videbit] videbat Φ (-δ) 270 possit *ante* perfecte[269] Φ (-δ) 271 essentiam Dei *inv.* Φ 272 tamen] autem Φ (-δ) enim δ 280 naturalis est *inv.* Φ (-δ) 293 naturae ut *hom. om.* δ[2] 294 ut[1]] lumen *add.* Φ (*def.* δ[2]) 294 lumen *hic om.* Φ 295 vel] et Φ 299 gloriae *om.* Φ 305 creatam] creature Φ 312 eorum aliquam *inv.* Φ (-δ) 314 Deus *post* contemplatione Φ 316 divina cernenda *inv.* Φ (-δ) 332 ut] quod Φ (-δ) 337 prima veritate *inv.* Φ

274 Psal.: xxxv[10].

aliquo habitu vel specie vel creatura, sed per modum quo exemplatum formatur ad suum exemplar immediatum. Posuerunt enim quidam, ut patet per Dionysium in VI cap. De divinis nominibus, superiora in entibus esse inferiorum exemplaria, et ita animam hominis a Deo procedere mediante angelo, et ad exemplar divinum formari mediante angelico exemplari; quod quidem ex verbis inductis removetur: ipsa enim humana mens immediate a Deo creatur et immediate ab ipso sicut ab exemplari formatur et per hoc etiam immediate in ipso sicut in fine beatificatur.

8. Ad octavum dicendum quod quamvis Deus sit per se maxime intelligibilis, et adesset menti hominis in statu innocentiae, non tamen aderat ei ut intelligibilis forma quia intellectus hominis nondum habebat illam perfectionem quae ad hoc requiritur.

9. Ad nonum dicendum quod superioris rationis obiectum secundum condicionem naturae non est ipsa divina essentia sed rationes quaedam a Deo in mentem profluentes et etiam a creaturis acceptae, quibus ad aeterna conspicienda perficimur.

10. Ad decimum dicendum quod immediatum principium et proximum quo ea quae sunt in potentia fiunt intelligibilia actu est intellectus agens, sed primum principium quo omnia intelligibilia fiunt est ipsa lux increata. Et ita ipsa essentia divina comparatur ad intelligibilia sicut substantia solis ad visibilia corporalia. Non est autem necesse ut ille qui videt colorem aliquem videat substantiam solis sed ut videat lumen solis prout eo color illustratur. Similiter etiam non est necessarium ut ille qui cognoscit aliquod intelligibile videat essentiam divinam sed quod percipiat lumen intelligibile, quod a Deo originaliter manat prout ipso est aliquid intelligibile actu.

11. Ad undecimum dicendum quod dictum Damasceni non est intelligendum quod Adam simpliciter beatus esset sed quadam beatitudine quae illi statui competebat, sicut etiam et in statu miseriae aliqui dicuntur secundum quid beati ratione alicuius perfectionis in eis existentis, Matth. v[3] « Beati pauperes spiritu » etc.

12. Ad duodecimum dicendum quod etiam angelus in statu naturae conditae non vidit Deum per essentiam sed hoc ei competit solum per gloriam. Adam autem in statu innocentiae per gratiam habuit illum modum visionis quem angelus habet per naturam ut dictum est, et ideo dicitur sicut alter angelus vidisse.

13. Ad tertium decimum dicendum quod Moyses et Paulus ex quadam privilegiata gratia Deum per essentiam viderant; et tamen quamvis simpliciter adhuc essent in statu viae, secundum quid tamen, prout Deum per essentiam videbant, non erant in statu viae. Et ideo etiam Adae secundum statum innocentiae in quo adhuc viator erat non competebat Deum per essentiam videre: si tamen per aliquem raptum ad hoc fuerit elevatus supra communem cognitionem quae tunc ei competebat ut Deum per essentiam videret, inconveniens non est cum talis gratia ita conferri potuerit homini in statu innocentiae sicut homini et post statum peccati.

14. Ad quartum decimum dicendum quod si intelligamus talem extasim Adae fuisse qualis fuit raptus Pauli, tunc dicemus quod illa visio erat supra communem modum visionis qui ei tunc competebat; sed quia non expresse habetur quod in illo sopore Deum per essentiam viderit, possumus dicere quod in illa extasi elevatus fuit non ad ipsam Dei essentiam videndam sed ad cognoscenda quaedam profundiora de divinis mysteriis quam secundum communem modum humanae cognitionis tunc sibi competeret.

A 341 Posuerunt *em.* A] *conf.* pA 342 Dionysium (*ex* idionysium pA) *em.* A 377 est] et *praem.* pA 399 Adae] adam *et quandam litt. imp. praem.* pA 401 essentiam] *idem conf. praem.* pA per aliquem] in aliquo *praem.* pA 408 extasim *em.* A] *conf.* pA 416 quam A

Φ 342 in *om.* Φ (-δ) VI] vii (*post* nominibus α γ) Φ (-δ²) 344 animam] anima Φ (-δ) 346 angelico exemplari *inv.* Φ 349 creatur] causatur Φ (-δ²) 350 etiam *om.* Φ (-δ²) 361 profluentes] influentes Φ (-δ) 368 omnia] ipsa Φ (-δ) 381 sed] beatus erat *add.* Φ (-δ) 382 et *om.* Φ (-δ) 385 Matth.] ut *praem.* Φ etc. *om.* Φ (-δ) 388 competit] competebat Φ 389 gloriam] gratiam Φ (-δ) 394 ex *om.* Σ 395 viderant] viderunt Φ 396 adhuc *om.* Φ (-δ) 399 secundum statum] in statu Φ 404 inconveniens *post* non est Φ 405 conferri potuerit (potuit δ) *inv.* Φ homini *om.* Σ 406 homini] *om.* α δ *post* et β γ 410 communem modum *inv.* Φ (-δ) 414 videndam] videndi α β videndum γ 416 quam] que Φ 418 competeret] competerent δ competebant α γ competebat β

343 § 9 (PG 3, 824 D; Dion. 361).

15. Ad quintum decimum dicendum quod paradisus spiritualis, prout perfectam delectationem designat quae beatum facit, in Dei visione consistit; sed prout simpliciter delectationem de Deo habitam designat in qualicumque contemplatione Dei paradisus spiritualis consistit.

16. Ad sextum decimum dicendum quod non fuisset bona et ordinata voluntas si desiderasset tunc habere quod tunc ei non competebat, et propter hoc ratio non sequitur.

## Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum homo in statu innocentiae Deum per creaturas viderit. Et videtur quod non: cognoscere enim Deum per creaturam est cognoscere causam per effectum; haec autem est collativa sive venativa cognitio, quae cum languida et imperfecta sit, homini in statu innocentiae non competebat; ergo Adam in statu innocentiae non vidit Deum per creaturas.

2. Praeterea, remota causa removetur effectus; sed Isidorus assignat hanc causam quare homo Deum | per creaturas vidit, quia a Creatore aversus ad creaturas se convertit, quod tunc in statu innocentiae nondum erat; ergo tunc Deum per creaturas homo non videbat. *124rb*

3. Praeterea, secundum Hugonem de Sancto Victore, homo in statu illo Deum cognoscebat per praesentiam contemplationis; sed in contemplatione videtur sine medio creaturae; ergo Deum non videbat per creaturas.

4. Praeterea, Isidorus dicit quod angelus ante omnem creaturam factus Deum per creaturam non cognovit; sed homo in statu innocentiae sicut alter angelus Deum vidit secundum Damascenum; ergo nec ipse Deum ex creaturis cognovit.

5. Praeterea, tenebra non est ratio cognoscendi lucem; sed omnis creatura Creatori comparata est tenebra; ergo Creator per creaturam cognosci non potest.

6. Praeterea, Augustinus dicit in VIII Super Genesim ad litteram « Forte, inquam, sic cum eis loquebatur », scilicet primis parentibus, « etsi non tanta participatione divinae sapientiae quantam capiunt angeli, tamen pro humano modulo quantumlibet minus sed ipso genere visitationis et locutionis »: ex quo videtur posse accipi quod homo in statu innocentiae illo genere cognitionis Deum cognoscebat quo angeli cognoscunt; sed angeli non cognoscunt Deum per creaturas, ut patet per Augustinum II Super Genesim ad litteram et per Dionysium VII cap. De divinis nominibus; ergo homo in statu innocentiae Deum per creaturas non cognoscebat.

7. Praeterea, anima hominis similior est Deo quam aliqua sensibilis creatura; ergo quando anima hominis in sua puritate erat non tendebat ad Dei cognitionem per visibilem creaturam.

8. Praeterea, posita cognitione perfectiori superfluit minus perfecta; sed homo in statu innocentiae per praesentiam contemplationis Deum cognoscebat, ut patet per auctoritatem inductam Hugonis de Sancto Victore; ergo Deum per creaturas non cognovit.

SED CONTRA est quod Damascenus dicit in II libro, quod Adam in paradiso corporali constitutus est ubi per creaturas suum Creatorem consideraret.

RESPONSIO. Dicendum quod ad evidentiam huius quaestionis sciendum est quod secundum Boetium in libro De consolatione natura a per-

A 427 desiderasset tunc *inv.* pA 429 non sequitur] s *imp. praem.* pA
5 haec] que *praem.* pA 11 Ysidorus A 15 non] *quandam litt. imp. praem.* pA 16 Hugonem] ysidorum (*cf. lin.* 21) *praem.* pA 43 homo] a (*primo deletum*) homini *praem.* pA

Φ 428 ei *om.* Φ (-δ)
4 creaturam] -turas Φ (-δ) causam *om.* Φ (-δ) 6 et imperfecta sit, homini] sit et imperfecta α δ sit homini et imperfecta β γ 12 vidit] videt Φ (-δ) 16-30 Praeterea...potest (*scil. arg.* 3-5) *om.* α 25 nec *om.* Φ (*def.* α) 36 visitationis] visionis Φ (-δ²) 41 II *post* Genesim Φ (-δ) 44 cognoscebat] videbat Φ (-δ) 52 patet...Hugonis] dicit hugo Φ (-δ) 55 in *om.* Φ (-δ)

1 Desunt loci parall. 11 *Sent.* (seu *De summo bono*) I c. 4 n. 2 (PL 83, 543 C). 17 *De sacramentis* I p. VI c. 14 (PL 176, 271 C). 21 *Sent.* (seu *De summo bono*) I c. 10 n. 3 (PL 83, 554 B). 25 *De fide* II c. 11 (PG 94, 916 C; Bt 109). 28 omnis...tenebra: vide supra q. 8 a. 7 75 in nota. 32 Rectius XI c. 33 (PL 34, 447) ut refert Thomas *I Pars* q. 94 a. 1. 42 Cap. 8 (PL 34, 270). 43 § 2 (PG 3, 868 B; Dion. 388). 53 Ut supra lin. 17. 56 *De fide* II c. 11 (PG 94, 917 B; Bt 110). 61 III pr. 10 (PL 63, 765 A).

fectis principium sumit; quod etiam in operibus divinis considerari potest: in quolibet enim eius opere ea quae prima sunt perfectionem habent. Unde cum in statu innocentiae constitueretur Adam ab ipso ut totius humani generis principium, non solum ut a quo natura humana propagaretur in posteros sed etiam qui in alios originalem iustitiam transfunderet, oportet ponere hominem in statu innocentiae duplicem perfectionem habuisse: unam quidem naturalem aliam autem gratis a Deo concessam supra debitum naturalium principiorum.

Secundum autem naturalem perfectionem sibi competere non poterat ut Deum cognosceret nisi ex creaturis, quod sic patet. In nullo enim genere potentia passiva se extendit nisi ad illa ad quae se extendit potentia activa, et ideo dicit Commentator in IX Metaphysicae quod non est aliqua potentia passiva in natura cui non respondeat activa. In natura autem humana duplex potentia ad intelligendum invenitur: una quasi passiva quae est intellectus possibilis, alia quasi activa quae est intellectus agens. Et ideo intellectus possibilis secundum naturalem viam non est in potentia nisi ad illas formas quae per intellectum agentem actu intelligibiles fiunt: hae autem non sunt nisi formae sensibilium rerum quae a phantasmatibus abstrahuntur, nam substantiae immateriales sunt intelligibiles per se ipsas, non quia nos eas intelligibiles faciamus; et ideo intellectus possibilis noster non potest se extendere ad aliqua intelligibilia nisi per illas formas quas a phantasmatibus abstrahit; et inde est quod nec Deum nec substantias alias immateriales cognoscere possumus naturaliter nisi per res sensibiles. Sed ex perfectione gratiae hoc habebat homo in statu innocentiae ut Deum cognosceret per inspirationem internam ex irradiatione divinae sapientiae; per quem modum Deum cognoscebat non ex visibilibus creaturis sed ex quadam spirituali similitudine suae menti impressa.

Ita igitur in homine duplex Dei cognitio erat: una qua cognoscebat Deum conformiter angelis per inspirationem internam, alia qua cognoscebat Deum conformiter nobis per sensibiles creaturas. Differebat tamen haec eius secunda cognitio a cognitione nostra sicut differt inquisitio habentis habitum scientiae, qui ex notis considerat ea quae ante noverat, ab inquisitione addiscentis qui ex notis ad ignota nititur pervenire. Nos enim aliter Deum notum habere non possumus nisi ex creaturis ad eius notitiam veniamus; Adam vero Deum aliter sibi notum, scilicet per illustrationem internam, ex creaturis considerabat.

1. Ad primum igitur dicendum quod illa cognitio collativa qua ex notis in ignota devenimus imperfectionem habet, cum per eam aliquid quasi ignotum quaeratur. Talis autem non fuit illa collativa cognitio qua homo in statu innocentiae utebatur. Nihil tamen prohibet dicere quin etiam aliquid imperfectum homini in illo statu competebat, non quidem quantum ad id quod debetur suae naturae sed per comparationem ad naturam digniorem: non enim fuit tantae perfectionis humana natura in sua conditione quantae angelica vel divina.

2. Ad secundum dicendum quod hoc quod Isidorus dicit causa est quare homo necesse habeat | ex creaturis cognitionem Dei quasi ignoti accipere; et hoc homo in statu innocentiae non indigebat, ut dictum est. *124va*

3. Ad tertium dicendum quod praeter illam contemplationis cognitionem habebat aliam Dei notitiam qua eum ex creaturis cognoscebat, ut dictum est.

4. Ad quartum dicendum quod Adam conformabatur angelo in cognitione contempla-

A 63 eius] h *praem.* pA 65 in statu...Adam] homo (*deletio non perspicua*) *praem.* pA 66 generis] g *add.* pA 80 passiva *legimus cum* sA] activa A vel passiva (*eadem manu temp. post. in marg.*) sA 82 ad] d *praem.* pA 88 sensibilium...quae] que *praem.* pA 112 adiscentis A 114 non possumus] naturaliter *praem.* pA 128 tantae *em.* A] *conf.* pA 129 quantae] quem ad *praem.* pA 139 conformabatur *scrips.* (*cf.* qu. 20 a. 3 *lin.* 97)] confortabatur (*e lapsu auditus, ut videtur*) A

Φ 67 ut *om.* Φ 68 qui] quo Φ (-δ) 77 se extendit *inv.* Φ 79 in *om.* Φ (-δ) 81 respondeat] respondet Φ (-δ) 87 actu *om.* Φ 96 substantias alias *inv.* Φ 108 tamen] autem (*post* haec γ) Φ 113 enim] autem Φ (-δ) 121 ignotum] ignoratum Φ (-δ) innotum δ 129 quantae] quanta Φ (-δ) 132 Dei *om.* Φ (-δ) 135-147 Ad tertium...ducit (*scil. sol. ad* 3-5) *om.* α

79 Comm. 11 (VIII, 236 G).

tionis per gratiam, sed praeter hoc habebat aliam cognitionem suae naturae competentem, ut dictum est.

5. Ad quintum dicendum quod creatura est tenebra in quantum est ex nihilo; in quantum vero est a Deo similitudinem aliquam eius participat et sic in eius similitudinem ducit.

6. Ad sextum dicendum quod Augustinus ibi loquitur de illa cognitione quae est per inspirationem divinam, quod patet ex hoc quod de locutione Dei ibi mentionem facit; nec omnino tacet de alio cognitionis modo, unde subiungit « fortassis etiam illo » locutionis genere Deus ei loquebatur « qui fit per creaturam, sive in extasi spiritus corporalibus imaginibus, sive ipsis sensibus corporis aliqua specie praesentata ».

7. Ad septimum dicendum quod anima quamvis sit Deo similior quam alia creatura non tamen in cognitionem suae naturae ut eam a ceteris discernat potest pervenire nisi ex sensibilibus creaturis, a quibus nostra cognitio ortum habet.

8. Ad octavum dicendum quod quamvis Adam Deum viderit per lumen contemplationis, non tamen superfluit illa cognitio qua Deum ex creaturis consideravit, ut scilicet idem pluribus modis cognosceret; et quod non solum gratuitam cognitionem sed etiam naturalem haberet.

## Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum Adam in statu innocentiae fidem de Deo habuerit. Et videtur quod non: cognitio enim fidei est cognitio aenigmatica ut patet I Cor. XIII[12] « Videmus nunc per speculum » etc.; sed Adam in statu innocentiae habuit visionem non aenigmaticam sed apertam; ergo fidem non habuit.

2. Praeterea, Hugo de Sancto Victore dicit quod « cognovit Creatorem suum non ea cognitione qua modo a credentibus absens fide quaeritur »; ergo idem quod prius.

3. Praeterea, Gregorius in IV Dialogorum dicit: fides illis competit qui ea quae credenda sunt « per experimentum cognoscere non possunt »; Adam autem ut ibidem dicitur per experimentum cognovit ea quae nos credimus; ergo fidem non habuit.

4. Praeterea, fides non solum est de Creatore sed etiam de Redemptore; sed Adam in statu innocentiae nihil videtur cognovisse de Redemptore quia sui casus praescius non fuit, sine quo redemptio non fuisset; ergo Adam fidem tunc ⟨non⟩ habuit.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit in XIV De civitate Dei quod Adam in statu innocentiae habuit « caritatem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta »; ergo fidem habuit.

2. Praeterea habuit omnes virtutes ut Magister dicit in II Sententiarum dist. XXIX; ergo et fidem.

RESPONSIO. Dicendum quod Adam in primo statu fidem habuit; quod quidem apparet si obiectum fidei consideremus. Ipsa enim veritas prima prout est non apparens est fidei obiectum – dico autem non apparens neque per speciem sicut beatis apparet, neque per na-

A 154 qui A: *scil.* alius cognitionis modus *sec. litt. Augustini* 18 fides] qua homines *add.* pA 21 quia] ergo *praem.* pA 23 ⟨non⟩ *suppl.*] *casu om.* A

Φ 154 qui] que Σ (-δ²) quod β 160 cognitionem] –tione Φ suae naturae *inv.* Φ (-δ) 162 nostra cognitio *inv.* Φ (-δ) 169 cognitionem *post* naturalem Φ (-δ)
2 habuerit] habuit Φ 3 enim *om.* Φ (-δ) 6 visionem] cognitionem Φ (-δ) 7 fidem non habuit] etc. Φ (-δ) 8 Praeterea] item (*et sic infra lin.* 12 18 29) Φ (-δ) 10 modo *post* credentibus Φ 12 in *om.* Φ (-δ) 14 experimentum] –rimenta Φ (-δ) 14 cognoscere *post* possunt Φ 15 Adam autem] Sed adam Φ (-δ) per experimentum] experimento Φ (-δ) 17 fidem non habuit] etc. Φ (-δ) 22 Adam...habuit] etc. Φ (-δ) 23 tunc ⟨non⟩] non δ (*def.* α β γ) 24 Augustinus dicit *inv.* Φ (-δ) 24 in *om.* Φ (-δ) 27 conscientia bona et *om.* Φ (-δ) ergo...habuit *om.* Φ (-δ) 30 II] III (*seu* 3) *post* Sententiarum Φ (-δ) 35 fidei obiectum *inv.* Φ (-δ)

152 subiungit: *De Gen. ad litt.* XI c. 33 (PL 34, 447). 161 ex sensibilibus...habet: Arist. ut supra q. 1 a. 10 107 in nota. 1 Parall.: *Super Sent. II* d. 29 a. 3; *I Pars* q. 95 a. 3. 3 cognitio aenigmatica: cf. *Glossa* Petri Lomb. super I Cor. XIII[12] (PL 191, 1662 A) et Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 26 c. 4. 8 *De sacramentis* I p. VI c. 14 (PL 176, 271 C). 12 Cap. 1 (PL 77, 320 B). 15 ibidem: cap. 1 (PL 77, 320 A). 19 Adam...fuisset: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 23 c. 4. 25 Cap. 26 (PL 41, 434). 30 Cap. 2. 34 veritas...obiectum: vide supra q. 14 a. 1 36 in nota.

turalem rationem sicut aliquibus philosophis aliqua de Deo sunt nota ut eum esse intelligentem et incorporeum et alia huiusmodi –, Adam autem non solum sciebat illa de Deo quae naturali ratione cognosci possunt sed etiam amplius, nec tamen ad videndum Dei essentiam pervenerat; unde constat quod de Deo cognitionem fidei habebat.

Sed fides est duplex secundum duplicem auditum et duplicem locutionem; est enim fides ex auditu ut dicitur Rom. x[17]: est enim quaedam locutio exterior qua nobis Deus per praedicatores loquitur, quaedam autem interior locutio qua nobis loquitur per internam inspirationem. Dicitur autem ipsa interna inspiratio locutio quaedam ad similitudinem exterioris locutionis; sicut enim in exteriori locutione proferimus ad audientem non ipsam rem quam notificare cupimus sed signum illius rei, scilicet vocem significativam, ita Deus interius inspirando non exhibet essentiam suam ad videndum sed aliquod suae essentiae signum quod est aliqua spiritualis similitudo suae sapientiae. Ab utroque autem auditu fides in cordibus fidelium oritur: per auditum quidem interiorem in his qui primo fidem acceperunt et docuerunt sicut in apostolis et prophetis, unde in Psal. « Audiam quid loquatur in me Dominus Deus »; per secundum vero auditum fides oritur in cordibus aliorum fidelium qui per alios homines cognitionem fidei accipiunt. Adam autem fidem habuit ut primo fidem edoctus a Deo, et ideo per internam locutionem fidem habere debuit.

1. Ad primum igitur dicendum quod non habuit ita apertam cognitionem quae sufficeret ad obscuritatem fidei removendam, quae non removetur nisi per hoc quod prima veritas fit apparens.

2. Ad secundum dicendum quod Hugo a primo homine removet cognitionem fidei talem | qualis nobis competit qui cognitionem fidei habemus non per revelationem nobis factam sed per hoc quod adhaeremus revelationibus aliis hominibus factis. *124vb*

3. Ad tertium dicendum quod experimentum illud quod homo habuit non fuit tale quale est eorum qui Deum per essentiam vident, ut prius dictum est; unde non sufficit ad fidem evacuandam.

4. Ad quartum dicendum quod Adam de Redemptore non habebat fidem explicite sed tantum implicite, in quantum credebat Deum sibi sufficienter provisurum in his omnibus quae suae saluti necessaria essent.

## Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum Adam in statu innocentiae habuerit omnium creaturarum notitiam. Et videtur quod non: non enim habuit cognitionem futurorum cum hoc solius Dei sit proprium secundum illud Is. XLI[23] « Futura annuntietis, et dicemus quia dii estis vos »; sed multa in creaturis futura erant; ergo non omnium creaturarum cognitionem habuit.

2. Praeterea, sicut dicit Avicenna in VI De

A 42 ratione cognosci] cognitio *praem.* pA 44 pervenerat] perve *conf. praem.* pA 48 est] et (*imp.*) *praem.* pA 74 removendam] § *signum novae paragraphi add.* pA 88 dicendum quod Adam] quod adam *praem.* pA 89 explicite] in (*seu* im) *praem.* pA

Φ 38 aliquibus *om.* Φ (-δ) 39 aliqua] *om.* $\delta^2$ *ante* philosophis Φ (-δ) intelligentem] incorporalem α γ incorruptibilem β 40 et incorporeum] *om.* β incorporeum intelligibilem α γ et incorruptum δ 46 duplex] scilicet *add.* Φ (-δ) 47 enim] etiam Φ (-δ) 49 nobis Deus *inv.* Φ (-δ) 50 autem *om.* Φ locutio *om.* Φ (-δ) 51 nobis loquitur *inv.* Φ (-δ) 51 internam inspirationem *inv.* Φ (-δ) 52 interna] interior Φ (-δ) 55 ad] ipsum *add.* Φ (-$\delta^2$) non] ad α ad *add.* $\delta^1$ 61 autem *om.* Φ (-δ) 62 quidem] *om.* β quam α γ 63 primo fidem *inv.* Φ (-δ) 69 autem] primo *add.* Φ (-δ) 73 apertam] apparentem Φ (-δ) 84 quod] quo α β $\delta^2$ 85 qui] que Φ (-δ) 86 fidem evacuandam *inv.* Φ (-δ) *def.* $\delta^2$

1 Quarto: *ut manifestetur quantum incertum est testimonium* δ *absque* Φ, *notantur in hoc articulo omnes discrepantiae quae praebentur sive a pluribus sive ab una sola familia testium* 2 habuerit] habuit γ δ 5 XLI]. I. δ 6 Futura annuntietis] annuntiate futura Φ (-δ) futura annuntiate $\delta^1$ 6 quia] quod $\delta^1$ et $\delta^2$ 9 VI] VII β

48 quaedam locutio exterior...: cf. *Glossa* Petri Lomb. super Rom. x[17] (PL 191, 1479 B). 65 Psal.: LXXXIV[9] 85 prius: supra a. 1.

1 Parall.: *Super Sent. II* d. 23 q. 2 a. 2; *I Pars* q. 94 a. 3. utrum Adam...: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 23 c. 2. 5 Is. XLI[23]: vide supra q. 8 a. 12 58 in nota.

naturalibus, ad hoc sensus exteriores sunt animae humanae necessarii ut per eos scientiam perfectam rerum capiat; si igitur anima Adae scientiam omnium rerum habuit ex sua conditione, frustra sensus ei collati fuissent; quod esse non potest cum in operibus Dei nihil sit frustra; ergo scientiam omnium non habuit.

3. Praeterea, sicut dicit Boetius in libro De consolatione V « Hinc membrorum condita nube, non in totum est oblita sui, summamque tenet singula perdens »; ubi ostenditur quod anima in principio suae conditionis habet confusam cognitionem qua sciuntur res in universali, non autem distinctam qua sciuntur singula in propriis naturis. Si igitur Adam talem cognitionem habuit qualem animam humanam in sui conditione decet habere, videtur quod non habuerit creaturarum cognitionem distincte sed solum sub confusione quadam.

4. Praeterea, cognitio propria de re aliqua non habetur nisi per eius propriam speciem in anima existentem; sed anima humana, ut habetur ex verbis Philosophi in III De anima, est in sui principio « sicut tabula in qua nihil est scriptum »; ergo non potuit habere Adam in principio suae conditionis de creaturis propriam cognitionem.

5. Sed dicebat quod quamvis non haberet ex vi naturae habuit tamen ex dono divino. — Sed contra, omnes homines in sui conditionis principio quantum ad meritum pares sunt et quantum ad naturam speciei consimiles: si igitur perfecta rerum cognitio divinitus fuit Adae collata in principio suae conditionis videtur quod pari ratione omnibus aliis hominibus in sui principio conferretur; quod videmus esse falsum.

6. Praeterea, nihil quod movetur ad perfectionem cognitionis est in termino perfectionis; sed Adam movebatur ad perfectionem cognitionis; ergo non erat in termino cognitionis quasi perfectam cognitionem creaturarum habens. Probatio mediae: intellectus secundum Philosophum in III De anima, nihil est eorum quae sunt antequam intelligat; postquam autem intelligit est actu aliquid eorum quae sunt, et ita quandoque est in actu aliquid eorum quae sunt quandoque non: omne autem quod hoc modo se habet est in motu ad actum perfectum; ergo intellectus humanus in sui principio est in motu ad perfectam cognitionem, et ita intellectus Adae in sui principio non erat in termino perfectae scientiae sed in motu ad perfectionem.

7. Praeterea, hoc pertinet ad excellentiam angelicae naturae quod angeli mox in sui creatione cognitione omnium rerum naturalium implentur, secundum illud in libro De causis « Omnis intelligentia est plena formis »; sed humana natura non pertingit ad excellentiam angelicae; ergo non fuit competens animae primi hominis statim in sui principio omnium rerum cognitionem habere.

8. Praeterea, impossibile est quod intellectus intelligat nisi quando intellectus fit actu ipsum

A 11 eos] in *add.* pA 12 rerum] de *praem.* pA 16 scientiam *scrips.*] scientia *casu compl. abbr. om.* A 17 libro] libr *conf. praem.* pA 18 consolatione] anima nube corporis tecta (tecta *primo deletum*) tecta iiij *add.* pA (*cf.* a. 7 *lin.* 89) 19 summamque *legimus cum Boetio et ipso Thoma supra* a. 1 *lin.* 160] summa (*casu compl. abbr. om.*) que A 20 ubi] duplex ipsius anime cognitio *add.* pA 21 conditionis *scrips.* (*cf. lin.* 26, 33, 35, 39, 43)] cognitionis *mendum scribae e lapsu auditus* A 32 De anima] creata *add.* pA 34 ergo non] n *praem.* pA 39 sui A: *cf. lin.* 45 conditionis (*e* conditiones pA) *em.* A 41 speciei *em.* A] *conf.* pA 51 cognitionem] scientiam *praem.* pA 53 eorum...antequam] actu ante *praem.* pA 60 ita] non *add.* pA 63 pertinet] est comu *praem.* pA

Φ 10 exteriores *om.* α animae humanae *inv.* δ 12 Adae *om.* α 13 omnium *om.* δ ex sua conditione *om.* α 14 sensus ei] sibi sensus Φ (-δ) 17 in *om.* β libro *om.* Φ (-δ) 18 V *ante* De Φ (-δ) Hinc] huic *potius* Φ (-δ) 21 conditionis] cognitionis (*induc.* A) β γ habet] habuit δ 22 in universali...distinctam *om.* γ 23 distinctam] distincta δ 23-28 qua...quadam *om.* α 24 igitur *om.* $\delta^2$ 25 animam humanam *inv.* δ 26 decet habere *inv.* δ 27 habuerit] habuit Φ 27 creaturarum cognitionem *inv.* δ distincte] distinctam δ 28 quadam] in universali non autem distinctam *add.* γ (*cf. nota ad* in universali *lin.* 22) 29 de re *post* habetur Φ (-δ) aliqua] qua $\delta^1$ 34 est scriptum *inv.* Φ (-δ) 35 de creaturis *post* cognitionem δ 35 creaturis] rebus α 38 habuit] habebat Φ (-δ) 39 sui] sue δ conditionis *om.* Φ (-δ) 40 pares sunt *inv.* $\delta^1$ 42 perfecta] facta *praem.* $\delta^2$ 43 conditionis] cognitionis γ 45 sui *om.* Φ (-δ) conferretur] conferet $\delta^2$ 45 videmus] videtur Φ (-δ) 47-62 Praeterea...perfectionem *om.* α 50 cognitionis *om.* δ 51 creaturarum habens *inv.* β γ 54 quae] qui β 55 ita *om.* $\delta^1$ 61 erat] erit $\delta^2$ 63 pertinet] patet $\delta^2$ excellentiam *post* naturae δ 64 quod] qua γ 64 mox] maxime $\delta^2$ 65 cognitione] -tionem γ naturalium] speciebus *add.* γ 66 in] de δ 68 excellentiam angelicae *inv.* $\delta^2$ 70 sui *om.* Φ (-δ) 72-78 Praeterea...habere *om.* α 73 fit] sit $\delta^2$

10 Sive *De anima* V c. 3 (f. $24^{ra}$ A). 18 Metr. 3 (PL 63, 845 A). 32 Cap. 4 (429 b 31) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 305,1). 53 *De anima* III 7 (429 b 31). 66 Prop. 10 (9).

intelligibile; sed intellectus humanus non potest simul in actu fieri plura intelligibilia; ergo non potest simul plura intelligibilia cognoscere, et ita non potuit primus homo simul omnium rerum notitiam habere.

9. Praeterea, unius perfectibilis est una perfectio, quia una potentia simul non perficitur nisi uno actu unius generis, sicut in materia prima non potest esse nisi una forma substantialis, nec in corpore nisi unus color; sed intellectus humanus est potentia perfectibilis per habitus scientiarum; ergo impossibile est quod simul in anima sint plures habitus, et ita anima Adae non potuit habere omnium rerum scientiam cum diversae res per diversos habitus cognoscantur.

10. Praeterea, si Adam cognovit omnes creaturas aut cognovit eas in Verbo aut in propria natura aut in sua intelligentia; sed non cognovit eas in Verbo quia ista est | cognitio beatorum videntium Verbum; nec etiam in propria natura quia nondum erant omnes creaturae in propria natura; nec iterum in propria intelligentia, non enim est contra perfectionem primi status ut superior potentia ab inferiori accipiat, sicut imaginatio a sensu, et sic humanae animae competebat ut intellectus a sensu acciperet; et sic cum non omnes creaturas percepisset per sensum non poterant omnes in intelligentia eius esse: ergo nullo modo omnium creaturarum scientiam habuit.

11. Praeterea, Adam creatus fuit in statu quo proficere posset pari ratione secundum intellectum sicut et secundum affectum; sed ille qui habet omnium rerum cognitionem in ea proficere non potest; ergo non habuit tunc omnium rerum scientiam.

12. Praeterea, Augustinus videtur dicere VIII Super Genesim quod Adam positus fuit in paradisum ad operandum non propter necessitatem sed propter delectationem agriculturae quae contingit ex hoc quod « cum rerum natura humana ratio quodam modo loquitur, cum positis seminibus, plantatis surculis, tamquam interrogatur quae vis radicis et germinis quid possit, quidve non possit »; sed interrogare naturam de virtute naturae nihil est aliud quam vires naturae ex naturae operibus visis agnoscere; ergo Adam indigebat accipere notitiam rerum ex rebus, et sic non habebat omnium creaturarum scientiam.

13. Praeterea, Adam in statu innocentiae non fuit perfectior angelis beatis; sed illi non omnia sciunt: unde beatus Dionysius VI cap. Ecclesiasticae hierarchiae dicit quod inferiores a superioribus purgantur a nescientia; ergo nec homo in statu innocentiae omnia scivit.

14. Praeterea, sicut dicit Augustinus in libro De divinatione daemonum, daemones secreta cordium scire non possunt nisi quatenus innotescunt ex motibus corporis; cum igitur intellectus angelicus sit perspicatior intellectu humano videtur quod nec Adam in statu innocentiae potuerit secreta cordium cognoscere, et sic non habebat omnium creaturarum notitiam.

SED CONTRA, Augustinus dicit in XIV De civitate Dei quod in statu illo « nihil aberat quod

A 74 intelligibile] in *ante trans. ad lin. praem.* pA 76 cognoscere] co (*deletum propter defect. pergam.*) *praem.* pA 82 nisi] s (*seu* f *imp.*) *praem.* pA 90 Praeterea] creature *add.* pA 97 est contra *inv.* pA 111 VIII] *idem conf. praem.* pA 119 non possit] p *imp. praem.* pA 123 non habebat...scientiam] nesciebat *praem.* pA 126 illi *em.* A] *conf.* pA 133 non...nisi quatenus] nisi quan *praem.* pA 136 Adam in] in *praem.* pA

Φ 75 ergo...intelligibilia *hom. om.* β 77 et ita...habere *om.* δ 79 est una *inv.* δ perfectio] cognitio $\delta^2$ perfectio vel cognitio $\delta^1$ 84 est] et γ 89 cognoscantur] -scuntur Φ (-δ) 91 cognovit eas *inv.* Φ (-δ) 93 ista *om.* α 94 etiam *om.* Φ (-δ) 95 erant] erat α β omnes creaturae *om.* Φ (-δ) 96 iterum] etiam δ 98 ut] quod γ 100 animae] nature δ 100 a sensu *om.* $\delta^2$ 102 poterant] possent γ peccant $\delta^2$ peccat poterant $\delta^1$ in *om.* $\delta^2$ 103 omnium *post* scientiam δ 105-110 Praeterea...scientiam *om.* α 106 quo] illo quo δ proficere] perficere $\delta^1$ posset] possit β γ 108 habet] habuit γ 108 omnium] omnem γ 109 proficere] perficere $\delta^1$ omnium] omnem γ 110 scientiam] notitiam δ 111 videtur dicere *inv.* Φ (-δ) 112 Genesim] ad litteram *add.* Φ paradisum] paradiso Φ (-δ) 115 ex] ad β natura *om.* β 117 interrogatur] -garet δ *non liquet* γ 118 germinis] geminis α quid possit *om.* $\delta^1$ 120 aliud] *om.* α *ante* est δ 121 agnoscere] cognoscere $\delta^1$ 122 indigebat] ex rerum *add.* Φ (-δ) accipere *post* ex rebus δ 122 notitiam] naturam Φ (-δ) 123 ex rebus *om.* Φ (-δ) 124 creaturarum] rerum δ 125-138 Praeterea...notitiam (*scil. arg.* 13-14) *om.* α 127 omnia sciunt *inv.* δ 128 Ecclesiasticae] celestis δ 129 nescientia] necessaria β *non liquet* γ 132 daemones *om.* β 134 innotescunt] -scant δ 135 sit] fit $\delta^2$ 137 potuerit] potuit β δ 139 in *om.* δ

112 Cap. 8 (PL 34, 379). 128 Pars 3 § 6 (PG 3, 537 B; Dion. 1404). 132 Cap. 5 (PL 40, 586). 140 Cap. 10 (PL 41, 417).

bona voluntas adipisceretur »; sed hoc bona voluntate velle poterat ut omnium scientiam haberet; ergo omnium scientiam habuit.

2. Praeterea, Adam magis erat ad imaginem secundum animam quam secundum corpus; sed Adam fuit in ipsa prima conditione perfectus quantum ad corpus secundum aetatem et staturam quantum ad omnia membra; ergo et fuit secundum animam perfectus quantum ad omnem scientiam.

3. Praeterea, perfectio naturae conditae maior est quam perfectio naturae lapsae; sed cognitio futurorum pertinet ad condicionem naturae lapsae, unde quidam sanctorum in hanc perfectionem promoti sunt ut futura cognoscerent per donum prophetiae post lapsum naturae; ergo Adam etiam habuit multo fortius cognitionem futurorum, et multo magis praesentium.

4. *deest argumentum.*

5. Praeterea, nomina rerum debent esse consona earum proprietatibus; sed Adam imposuit rebus nomina ut patet Gen. II[19]; ergo ipse plene naturam rerum cognovit.

RESPONSIO. Dicendum quod in Adam duplex fuit cognitio, scilicet cognitio naturalis et cognitio gratiae: cognitio autem naturalis humana ad illa se potest extendere quaecumque ductu naturalis rationis cognoscere possumus; cuius quidem naturalis cognitionis est accipere principium et terminum. Principium autem eius est in quadam confusa cognitione omnium prout scilicet homini naturaliter inest cognitio universalium principiorum, in quibus sicut in quibusdam seminibus virtute praeexistunt omnia scibilia quae ratione naturali cognosci possunt. Sed huius cognitionis terminus est quando ea quae virtute in ipsis principiis insunt, explicantur in actum, sicut cum ex semine animalis, in quo virtute praeexistunt omnia membra animalis, producitur animal habens distincta et perfecta omnia membra, dicitur esse terminus generationis animalis.

Adam autem in principio suae conditionis non solum oportuit ut haberet naturalem cognitionem quantum ad sui principium sed etiam quantum ad terminum, eo quod ipse condebatur ut pater totius humani generis. A patre autem filii accipere debent non solum esse per generationem sed et disciplinam per instructionem; et quia non competit alicui esse principium secundum quod est in potentia sed secundum quod est in actu, ratione cuius actus naturaliter est prior potentia, et naturae operatio semper a perfectis incipit, inde est quod oportuit primum hominem mox in ipsa sui conditione constitui in termino perfectionis et quantum ad corpus ut esset conveniens principium generationis totius humani generis, et quantum ad cognitionem ut esset sufficiens instructionis principium. Sicut igitur nihil in corpore eius erat non explicitum in actum quod pertineret ad perfectionem corporis ipsius, ita quicquid seminaliter sive virtualiter erat in primis principiis rationis, totum erat explicitum secundum perfectam cognitionem eorum omnium ad quae virtus primorum principiorum se extendere po-

A 146 fuit...quantum ad corpus] secundum corpus *praem.* pA 149 secundum...quantum] qua *praem.* pA 153 ad (*ex* adcon pA) *em.* A: *cf.* condicionem 154 lapsae] pre *praem.* pA 157 multo fortius *hic et ante* Adam A, *et alterum delevimus* 160 *deest argumentum: ut ordo solutionum servetur hic computatur* 163 plene *scrips.*] plena *casu* A 169 cognoscere *em.* A] *conf.* pA 174 universalium principiorum] pri *praem.* pA 185 haberet] esset *praem.* pA 195 inde *em.* A] *conf.* pA

Φ 141 voluntas] voluntate δ adipisceretur] adipiscentur $\delta^1$ 142 omnium] omnem δ 144 Praeterea] Sed huius cognitionis terminus est quando (*cf. infra* lin. 177) β 144-158 Praeterea...praesentium (*scil. arg. sed. c. 2 et 3*) *om.* α 146 prima *om.* $\delta^1$ 148 omnia] bona $\delta^1$ 154 quidam] quidem β 156 post] prima $\delta^1$ 157 etiam *om.* β 160 *deest argumentum* $4^m$ *in tota traditione, excepto cod. tardioris aetatis* $V^9$ *ubi legitur* 'Preterea adam habuit omnes virtutes. ergo et omnem scientiam', *quae redactio ex solutione deducta videtur* 161 debent] dicuntur δ 163 plene] plenarie Φ (-δ) 164 naturam rerum] res Φ (-δ) *inv.* δ 166 scilicet *om.* $\delta^1$ cognitio[2] *om.* α 167 cognitio[1] *om.* Φ (-δ) 168 se] *om.* α $\delta^1$ *post* potest β extendere] *om.* α $\delta^1$ *ante* potest γ 168 quaecumque] quocumque β 169 ductu] actu $\delta^2$ naturalis rationis *inv.* δ 173 scilicet *om.* $\delta^2$ 173 naturaliter] *om.* $\delta^2$ *ante* homini γ 174 universalium] naturalium $\delta^2$ naturalium *add.* $\delta^1$ quibus] aliquibus (*seu* alicuius) $\delta^2$ 175 quibusdam] cuiusdam $\delta^2$ 177 huius] huiusmodi δ 180 virtute praeexistunt *inv.* δ animalis *om.* α 181 distincta et *om.* $\delta^2$ 182 perfecta omnia *om.* α 184 autem] vero δ 187 ad] sui *add.* δ 189 debent] debeat $\delta^2$ 190 et] etiam α γ etiam per β per] et *praem.* β 191 et *om.* γ $\delta^1$ quia] qui γ 194 est] *om.* γ *post* prior δ 198 esset *om.* $\delta^2$ 199 humani generis *inv.* δ 200 instructionis principium *inv.* δ 201 igitur] *ante* sicut $\delta^1$ *post* nihil γ 202 actum] actu β 204 sive] vel δ 207 primorum *om.* $\delta^1$

146 Adam...membra: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 20 c. 4. 188 A patre...instructionem: cf. Arist. *Ethic.* VIII 11 (1161 a 16) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 42 q. 1 a. 2 ad 9. 194 naturae...incipit: cf. Boetius ut supra a. 2 61.

terat. Unde dicendum est quod quicquid umquam homo aliquis de cognitione | rerum naturali ingenio assequi potuit, hoc totum Adam naturali cognitione habitualiter scivit. *125rb*

Sed multa sunt in creaturis quae naturali ratione cognosci non possunt, ad quae scilicet vis primorum principiorum non se extendit, sicut futura contingentia, sicut cogitationes cordium et sicut dispositiones creaturarum secundum quod subsunt divinae providentiae, nam divinam providentiam comprehendere non poterat, unde nec ordinem ipsarum creaturarum secundum quod divinae providentiae subsunt, quae interdum creaturas ad multa ordinat supra naturae facultatem. Sed ad haec aliquatenus cognoscenda adiuvabatur alia cognitione quae est cognitio gratiae, per quam Deus ei interius loquebatur ut dicit Augustinus VIII Super Genesim. Sed in hac cognitione non instituebatur primus homo quasi in termino perfectionis ipsius existens, quia terminus gratuitae cognitionis non est nisi in visione gloriae ad quam ipse nondum pervenerat; et ideo huiusmodi non omnia cognoscebat sed quantum sibi de his divinitus revelabatur: et sic oportet utrisque rationibus respondere.

1. Ad primum igitur dicendum quod quaedam futura sunt quae in suis causis naturaliter praecognosci possunt, et istorum cognitionem Adam habuit. Aliorum autem quae naturaliter cognosci non possunt, non omnium cognitionem habuit sed eorum tantum quae sibi fuerunt divinitus revelata.

2. Ad secundum dicendum quod Adam debuit habere omnia perfecte quae natura humana requirit: sicut autem vis augmentativa datur homini ut ad perfectam quantitatem perveniat ita et sensus dantur animae humanae ut perfectionem scientiae capiat. Sicut igitur Adam habuit augmentativam virtutem non ut per eam cresceret sed ut nihil ei deesset eorum quae ad perfectionem naturae requiruntur, ita etiam sensus habuit non ut per eos scientiam acquireret sed ut perfectam naturam humanam haberet et ut iterum per sensus ea quae habitualiter sciebat experiretur.

3. Ad tertium dicendum quod Adam aliud habuit in quantum constituebatur principium totius humanae naturae quam id quod communiter omnibus convenit: competebat enim ei in quantum erat totius humani generis instructor ut non haberet confusam cognitionem sed distinctam, qua instruere posset; et propter hoc etiam oportuit quod intellectus eius non esset in sui principio sicut tabula non scripta sed haberet etiam plenam rerum scientiam ex divina operatione; nec hoc aliis competebat hominibus qui non instituebantur ut principium humani generis.

4-6. Et per hoc patet responsio ad quartum et quintum et sextum.

7. Ad septimum dicendum quod hoc quod angelus factus est in plena cognitione rerum naturalium competit sibi ex debito suae naturae, non autem homini sed ex operatione divina; et ideo adhuc remanet natura humana infra angelicam sicut etiam corpus hominis naturaliter est imperfectius caelesti corpore quamvis corpus Adae virtute divina in principio acceperit quantitatem perfectam, quod corpori caelesti competit ex debito suae naturae.

8. Ad octavum dicendum quod intellectus Adae non poterat actu esse multa intelligibilia,

A 209 naturali ingenio] studio *praem.* pA 212 Sed] preter *add.* pA 217 nam] que multa *praem.* pA 235 suis] con *add.* pA 268 et sextum *in marg. tertius* A] *hic om.* pA (*cf. nota proxima et* Ad octavum *lin.* 279) 269 septimum] vj pA vjj *et in marg. litt.* b sA 274 naturaliter (e naturalis pA) *em.* A 279 octavum] vj *et in marg. litt.* a pA vjij (*emend. lect.* pA) *et litteras* b (*cf. nota ad lin.* 269) *et* a *primo positas del.* sA 279 quod] quamvis *add.* pA

Φ 208 est] *om.* δ sit (*seu* sic) γ 209 homo] habet β 211 naturali] studio (*induc.* pA) *praem.* $\delta^2$ studio vel *praem.* $\delta^1$ 212 ratione] cognitione Φ (-δ) 214 non *om.* δ 216 et sicut] sicut Φ (-δ) et δ 221 multa] mala β ordinat] ordinant $\delta^1$ 222 aliquatenus] aliqualiter Φ (-δ) 224 Deus] *om.* γ *post* ei δ ei] eis β 226 Genesim] ad litteram *add.* β γ 229 in *om.* $\delta^1$ 230 huiusmodi] conditione *add.* $\delta^1$ 231 omnia] *om.* α γ *ante* non $\delta^2$ *post* cognoscebat $\delta^1$ sibi *post* his Φ 235 quae *om.* $\delta^2$ 236 praecognosci] cognosci Φ 238 non[1] *ante* naturaliter $\delta^2$ 239 eorum *om.* δ fuerunt] fuerant δ *post* revelata β 243 sicut] communiter $\delta^2$ 244 ad *om.* γ quantitatem] etatem $\delta^1$ perveniat] pervenerat δ 248 ei *om.* Φ (-δ) 251 perfectam] perfectius $\delta^1$ humanam *om.* Σ (-$\delta^2$) 255 principium *post* naturae$^{256}$ Φ (-δ) 265 instituebantur] instruebantur β 265 ut *om.* δ 268 et[1] *om.* δ 271 sibi] ei Φ (-δ) 275 caelesti corpore *inv.* δ 276 virtute divina *inv.* γ 276 in principio] *om.* δ *post* quantitatem perfectam$^{277}$ Φ (-δ) acceperit] acceperat $\delta^2$ 277 corpori caelesti *inv.* Φ (-δ) 279-282 Ad octavum...informari *om.* α 280 esse multa *inv.* β

226 Cap. 27 (PL 34, 392). 274 corpus...caelesti corpore: cf. ipse Thomas *I Pars* q. 58 a. 3.

quasi actu ab eis informatus; poterat tamen simul multis habitualiter informari.

9. Ad nonum dicendum quod ratio illa procedit quando illa potentia totaliter perficitur per unam perfectionem, sicut forma substantialis perficit materiam et color potentiam superficiei. Sed unus habitus scientiae non complet potentiam intellectus quantum ad omnia intelligibilia et ideo non est simile.

10. Ad decimum dicendum quod Adam habuit cognitionem omnium naturarum non in Verbo sed in propria natura et in sua intelligentia; qui quidem duplex modus cognoscendi non distinguitur penes species rerum prout eis aliquid cognoscitur sed prout ipsae sunt quae cognoscuntur, quia etiam quando intellectus cognoscit res in propria natura non cognoscit eas nisi per species earum quas penes se habet. Quando igitur per species quas penes se habet ducitur intellectus in ipsas res quae sunt extra animam, tunc dicitur cognoscere res in propria natura; quando autem intellectus sistit in ipsis speciebus considerans naturam et dispositionem ipsarum specierum tunc dicitur cognoscere res in sua intelligentia, utpote cum intelligit se intelligere et modum quo intelligit.

Quod igitur dicit quod res nondum omnes erant in propria natura et ita in propria natura cognosci non poterant, non sequitur; cognoscere enim rem in propria natura dupliciter dicitur: uno modo per modum enuntiationis dum scilicet cognoscitur res esse in propria natura, quod non potest esse nisi quando in propria natura est, | et sic Adam non cognovit omnes creaturas in propria natura quia nondum erant omnes creaturae in propria natura, nisi dicamus quod non erant in propria natura perfecte sed imperfecte, quia omnia quae postmodum producta sunt in operibus sex dierum praecesserunt secundum aliquem modum, ut patet per Augustinum Super Genesim ad litteram. Alio modo dicitur aliquis cognoscere rem in propria natura per modum diffinitionis dum scilicet cognoscit aliquis quid sit propria natura alicuius rei; et sic etiam res non existens potest in propria natura cognosci, ut si omnes leones essent mortui possem scire quid est leo: et sic etiam res tunc non existentes Adam in propria natura cognoscere poterat. Similiter etiam nihil prohibet quod omnes creaturae per suas similitudines in eius intelligentia essent quamvis non omnes sensu comprehenderit; quia etsi non sit contra dignitatem primi status ut superior potentia ab inferiori accipiat, erat tamen contra perfectionem quae primo homini debebatur ut conderetur sine plenitudine scientiae, solummodo ex sensibus scientiam accepturus.

11. Ad undecimum dicendum quod Adam in cognitione proficere potuit dupliciter: uno modo quantum ad ea quae nescivit, ad quae scilicet naturalis ratio se extendere non potest, in quibus potuit proficere partim ex revelatione divina sicut in cognitione divinorum mysteriorum, partim ex sensuum experimento sicut in futurorum cognitione, quae cum adimplebantur sibi nota fieri potuissent cum prius fuissent ignota; alio modo etiam quantum ad ea quae sciebat ut scilicet id quod sciebat tantum modo per scientiam mentis postmodum posset cognoscere etiam per experientiam sensus.

12. Ad duodecimum dicendum quod verba illa Augustini non sunt sic intelligenda ut intelligatur Adam ex naturae operibus oportuisse

125va

A 282 habitualiter *scrips.*] habitu aliter *seiunctim* A 298 eas nisi] nisi *praem.* pA 299 Quando] . § Ad xi. *praem.* pA 303 speciebus] ut *add.* pA 313 propria *hic conf.* pA] *clare post* natura A, *et ordinem dictatorum restituimus* 314 natura est *in appendice col.* 125rb 316 quia] Alio modo *praem.* pA (*cf. lin.* 322) 343 potuit] pot *conf. praem.* pA 346 adimplebantur *em.* A] *conf.* pA

Φ 282 multis *om.* δ 283 nonum] viii α 284 illa *om.* δ2 288 intelligibilia] intellecta α γ 290 decimum] ix α 291 naturarum] creaturarum δ 292 sua] et *add.* δ1 intelligentia] intelligibilia δ1 295 eis *om.* β 297 cognoscit res *inv.* δ 303 sistit] consistit Φ (-δ) 308 omnes *om.* α δ1 309 natura2 *om.* δ2 311 dupliciter dicitur *inv.* Φ (-δ) 313 natura] *om.* γ *ante* propria α β 314 propria natura *inv.* Φ (-δ) 315 creaturas] res Φ (-δ) 317 creaturae *om.* Φ (-δ2) 320 praecesserunt] processerunt β 322 ad litteram *om.* Φ (-δ) 323 aliquis] quis Φ (-δ) 324 dum scilicet *inv.* Φ (-δ) 328 est] sit δ 329 in propria natura *post* poterat δ 333 comprehenderit] –derat γ –deret δ1 334 ut] quod Φ (-δ) superior potentia *inv.* Φ (-δ) 335 inferiori] potentia *add.* δ 339-351 Ad undecimum...sensus *om.* α 340 proficere] perficere δ 341 nescivit] nescit δ1 343 quibus] cuius δ2 proficere] perficere δ1 345 sensuum] sensu δ1 347 nota] noticia δ1 prius] primique (*seu* primumque) γ 348 ignota] innota β etiam *om.* β γ 351 posset] possit β etiam per experientiam *om.* δ 352 duocecimum] x α verba illa *inv.* Φ (-δ) 353 sunt sic *inv.* δ

322 Cap. 5 (PL 34, 326).

virtutem naturae cognoscere, sed quia naturam quam interius mente cognoscebat, operari experiebatur secundum id quod in eius notitia praeexistebat, et hoc ei erat delectabile.

13. Ad tertium decimum dicendum quod angeli non purgantur a nescientia rerum naturalium sed a nescientia divinorum mysteriorum, quae etiam nescientia in Adam fuit, ut dictum est, et ad haec etiam ipse illuminatione angelica indiguit.

14. Ad quartum decimum dicendum quod etiam abscondita cordium sunt de illis ad quae cognoscenda ratio naturalis non se potest extendere, unde simile iudicium est de his et de cognitione futurorum contingentium.

1. Ad primum vero quod in contrarium obicitur, dicendum quod Adam bona voluntate velle non poterat nisi quod ordinate volebat, hoc est ut hoc quod vellet suo tempore appeteret habere, nec vellet id quod sibi non competebat.

2. Ad secundum dicendum quod Adam quantum ad corpus habuit perfectionem naturalem non autem supernaturalem quae est perfectio gloriae; unde non sequitur quod secundum animam habuerit perfectionem cognitionis nisi naturalis.

3. Ad tertium dicendum quod praecognitio futurorum est quidem perfectio naturae humanae quia ea perficitur etiam post lapsum, non autem ita quod sit homini naturalis; unde non oportuit quod talem perfectionem Adam haberet. Soli enim Christo competit ut omnia ipsi sint collata quae alii sancti per gratiam habuerunt, eo quod ipse est nobis principium gratiae sicut Adam principium naturae, ratione cuius perfectio naturalis cognitionis sibi debebatur.

4. Ad quartum dicendum quod de ratione status innocentiae erat ut Adam omnes virtutes haberet quia quaecumque ei deesset iustitiam originalem non haberet. Non autem est de necessitate innocentiae omnem cognitionem habere, unde non est simile.

5. Ad quintum dicendum quod Adam legitur animalibus nomina imposuisse, et eorum naturas plene novit, et per consequens omnium aliarum rerum naturalium; sed ex hoc non sequitur quod ea quae sunt supra naturalem cognitionem cognoverit.

## Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum Adam in statu innocentiae angelos per essentiam viderit. Et videtur quod sic: dicit enim Gregorius in IV Dialogorum « In paradiso quippe homo assueverat verbis Dei perfrui, beatorum angelorum spiritibus cordis munditia et celsitudine visionis interesse »; ergo videtur quod per altitudinem visionis suae ad ipsos angelos videndos attigerit.

2. Praeterea, Gen. II[21] super illud ' Immisit Deus soporem ' etc, dicit glosa « Extasis recte intelligitur ad hoc immissa ut mens Adae particeps angelicae curiae intraret in sanctuarium Dei et intelligeret novissima »; sed non potuit esse particeps angelicae curiae nisi angelos cognoverit; ergo angelorum notitiam habuit.

A 363 et] *idem praem.* pA 392-397 Ad quartum...simile: *haec est solutio cuiusdam argumenti omissi in opere perfecto* (*cf. nota ad lin.* 160)
8 per altitudinem] tam alt (t *imp.*) *praem.* pA

Φ 355 virtutem naturae *inv.* α β naturam] natura Φ (-$\delta^2$) 356 experiebatur] experibatur $\delta^1$ 357 id] illud $\delta^1$ 358 ei erat *inv.* β γ 359-369 Ad tertium decimum...contingentium (*scil. sol. ad* 13 *et* 14) *om.* α 360 non purgantur a *om.* γ 361 mysteriorum] ministeriorum γ 363 haec] hoc Φ (*def.* α) ipse *om.* δ 366 cordium] sordium δ sunt *om.* β γ 367 ratio naturalis *inv.* δ 367 potest extendere *inv.* δ 368 de[2] *om.* β γ 370 quod...obicitur] in contrarium Φ (-δ) 371 Adam] in *add.* δ 371 bona] prima δ 373 hoc est] id est δ suo tempore *inv.* δ 376-397 Ad secundum...simile (*scil. sol. ad sed c.* 2-4) *om.* α 376-381 Ad secundum...naturalis] Ad aliud dicendum quod Adam *et cetera ut in sol. ad* 5[m], *infra lin.* 398-403 pγ 379 gloriae] et similiter cognitionis *add.* $\delta^1$ 380 habuerit] habuit β δ 383 quidem] *non liquet* $\delta^2$ (quidem $C^3$ quidam $pOt^4$ quedam $O^4$) 383 naturae humanae *inv.* δ 384 etiam] et γ 385 ita] vita γ 387 ipsi sint] ipsa sint β sunt sibi $\delta^1$ sint sibi $\delta^2$ 393 status] statu γ ut] quod *praem.* $\delta^1$ 394 quia *om.* β γ deesset] deessent β γ 395 est *om.* β 398 quintum] aliud α (*cf. supra nota* Ad secundum...naturalis *lin.* 376) 398 legitur] loquitur $\delta^2$ 400 plene novit *inv.* α
1 Quinto: *posthac plerumque notantur tantum casus critici quibus testes tres vel omnes intersunt* 4 in *om.* α β γ quippe *om.* Φ (-δ) 5 beatorum] bonorum Φ (-γ)

1 Parall.: *I Pars* q. 94 a. 2. 4 Cap. 1 (PL 77, 317 C). 11 *Glossa ordin.*, ex August. *De Gen. ad litt.* IX c. 19 (PL 34, 408).

3. Praeterea, Magister dicit in XXIII dist. II libri quod « homo fuit praeditus cognitione rerum propter se factarum »; sed inter alias 125vb creaturas etiam angeli propter hominem quodam modo facti sunt, ut Magister dicit in I dist. II libri; ergo habuit angelorum notitiam.

4. Praeterea, difficilius est facere aliquid quod est intelligibile in potentia intelligibile in actu et intelligere illud quam intelligere aliquid quod est de se actu intelligibile; sed intellectus Adae poterat facere species rerum materialium esse intelligibiles actu quae de se sunt intelligibiles in potentia et per hoc intelligere res materiales; ergo multo fortius poterat intelligere ipsas essentias angelorum quae sunt de se intelligibiles actu cum sint a materia immunes.

5. Praeterea, quod aliquis non magis intelligat ea quae de se sunt magis intelligibilia contingit ex defectu intellectus sui; sed essentiae angelorum sunt de se magis intelligibiles quam essentiae rerum materialium, nec aliquis defectus in intellectu Adae erat; cum igitur ipse cognosceret res materiales per essentiam, multo fortius angelos per essentiam cognoscere poterat.

6. Praeterea, intellectus potest intelligere res materiales abstrahendo quiditatem a supposito materiali; et si illa quiditas est iterum suppositum habens quiditatem poterit pari ratione ab illa quiditatem abstrahere; et cum non sit abire in infinitum deveniet tandem ad hoc quod intelliget quiditatem aliquam simplicem non habentem quiditatem; sed huiusmodi est quiditas substantiae separatae, scilicet angeli; ergo intellectus Adae potuit cognoscere angeli essentiam.

7. Praeterea, secundum Philosophum in III De anima, intellectus propter hoc quod est potentia non coniuncta organo non corrumpitur ab excellenti intelligibili, « non enim minus intelligit infima postquam intellexit maximum intelligibile sed magis », cuius contrarium in sensu accidit; sed intellectus Adae in statu innocentiae erat integer et perfectus; ergo non impediebatur ab excellentia alicuius intelligibilis quin illud intelligere posset et ita poterat angelos per essentiam cognoscere cum hanc cognitionem nihil aliud impedire videatur nisi ipsius intelligibilis excellentia.

8. Praeterea, sicut supra dictum est, Adam mox conditus habuit omnem cognitionem ad quam naturaliter homo pervenire potest; sed naturaliter homo pervenire potest ad hoc quod substantias separatas per essentiam cognoscat ut patet ex multorum philosophorum sententiis quas Commentator tangit in III De anima; ergo Adam angelos per essentiam cognoscebat.

9. Praeterea, constat quod Adam animam suam per essentiam noverat; sed essentia animae est a materia immunis sicut et angeli; ergo et angelum per essentiam cognoscere poterat.

10. Praeterea, cognitio Adae fuit media inter cognitionem nostram et cognitionem beatorum; sed beati cognoscunt et vident essentiam Dei, nos autem cognoscimus essentias rerum materialium; inter Deum autem et res materiales sunt substantiae spirituales, scilicet angeli; ergo Adam per essentiam angelos cognovit.

SED CONTRA, nulla potentia in cognoscendo potest extendere se ultra suum obiectum; sed obiecta animae intellectivae sunt phantasmata, ad quae ita se habet anima intellectiva sicut sensus ad sensibilia, ut dicitur in III De anima; ergo anima nostra non potest se extendere ad cognoscendum nisi ea in quae ex phantasmatibus devenire potest; sed essentia angelorum excedit omnia phantasmata; ergo homo naturali cognitione qua posuimus Adam perfectum, non potest pervenire ad hoc ut cognoscat angelos per essentiam.

2. Sed dicebat quod quamvis angelus non

A 36 essentiae, *clare, ante* sunt A] essentia *hic* pA, *et ordinem primum dictatorum restituimus* 37 angelorum] s (*inc.* sunt: *cf. nota superior*) *add.* pA 66 Adam] in se *add.* pA 73 angelos per] per *praem.* pA 81 cognoscimus] n (*seu* u) *praem.* pA 85 nulla *em.* A] *conf.* pA 90 ergo] sed *praem.* pA 97 quamvis *em.* A] *conf.* pA

Φ 17 XXIII] xxii (*seu* 22) Φ (-$\delta^2$) 22 angelorum notitiam *inv.* Φ (-δ) 34 magis *om.* Φ (-δ) 36 essentiae angelorum *inv.* Φ 39 ipse *om.* Φ (-δ) 49 habentem] aliam *add.* Φ (-δ) aliquam *add.* $\delta^1$ 53 in *om.* Φ (-δ) 57 maximum] maxime Φ (-δ) 64 videatur] videbatur Φ (-δ) 69 quod] ut Φ (-δ)

18 Cap. 3. 22 Cap. 4-5. 34 quod...sui: vide supra q. 2 a. 5 115 et 116. 54 *De anima* III 7 (429 a 29). 66 supra: a. 4. 72 Comm. 36 (VI[1], 174 E sqq.). 89 *De anima* III 12 (431 a 14).

possit per phantasma apprehendi, tamen effectus eius aliquis potest sub phantasmate deprehendi, et ex tali effectu potest angelus cognosci. — Sed contra, nullus effectus qui non aequat suam causam sufficit ad hoc quod per ipsum suae causae essentia cognoscatur; alias cognoscentes Deum ex creaturis, essentiam Dei viderent, quod falsum est; sed effectus corporeus qui solus in phantasmate deprehendi potest est talis effectus qui non aequat virtutem angeli; ergo per huiusmodi effectum non potest cognosci de angelo quid est sed solum an sit.

3. Sed dicebat quod Adam per aliquem effectum intelligibilem angelos cognoscere poterat, secundum id quod dicit Avicenna, quod intelligentias esse in nobis nihil est aliud quam impressiones earum esse in nobis. — Sed contra, unumquodque quod recipitur in aliquo recipitur in eo per modum eius in quo recipitur; sed modus animae humanae est infra modum angelicae naturae; ergo impressio facta ab angelo in animam humanam sive lumen angelicum quo mentem humanam illuminat, est in anima humana inferiori modo ab angelica natura; cum igitur anima cognoscat aliquid per modum quo cognitum est | in ipsa, anima per huiusmodi impressionem non pertinget ad cognoscendum angelum secundum quod est in essentia sua.

126ra

Responsio. Dicendum quod duplex est cognitio qua aliquid cognosci potest: una qua cognoscitur de re an sit, et sic Adam in statu innocentiae angelos cognoscebat et naturali cognitione et divina revelatione multo familiarius et plenius quam nos cognoscamus; alia est qua cognoscitur de re quid est, et hoc est cognoscere rem per essentiam suam et sic Adam, ut mihi videtur, angelos in statu innocentiae non cognoscebat: cuius ratio est quia duplex cognitio Adae attribuitur, scilicet cognitio naturalis et cognitio gratiae.

Quod autem cognitione naturali angelos per essentiam non cognoverit ex hinc potest certum esse. In nullo enim genere potentia passiva naturalis se extendit ultra id ad quod se extendit potentia activa eiusdem generis; sicut potentia passiva in natura non invenitur nisi respectu eorum ad quae aliqua potentia activa naturalis se potest extendere ut Commentator dicit in IX Metaphysicae. In animae autem humanae intellectu duplex potentia invenitur, una quasi passiva, scilicet intellectus possibilis, et alia quasi activa, scilicet intellectus agens. Unde intellectus possibilis naturaliter non est in potentia ut in eo fiant nisi ea quae intellectus agens natus est facere, quamvis per hoc non excludatur quin aliqua alia in eo fieri possint operatione divina, sicut et in natura corporali per operationem miraculi. Actione autem intellectus agentis non fiunt intelligibilia ea quae sunt de se ipsis intelligibilia, cuiusmodi sunt essentiae angelorum, sed ea quae sunt de se ipsis in potentia intelligibilia, qualia sunt essentiae rerum materialium quae per sensum et imaginationem capiuntur: unde in intellectu possibili naturaliter non fiunt nisi illae species intelligibiles quae sunt a phantasmatibus abstractae. Per huiusmodi autem species impossibile est pervenire ad intuendam essentiam substantiae separatae cum sint improportionales et quasi alterius generis ipsis essentiis spiritualibus. Et ideo naturali cognitione homo non potest pertingere ut cognoscat angelos per essentiam.

Similiter etiam nec Adam cognitione gratiae hoc potuit. Cognitio enim gratiae est elevatior quam cognitio naturae, sed haec elevatio potest intelligi vel quantum ad intelligibile vel quantum ad modum intelligendi. Quantum ad intelligibile quidem per gratiam cognitio hominis elevatur etiam sine mutatione status, sicut cum

A 103 alias] sed (*cf. lin.* 105) *praem.* pA 107 non aequat *em.* A] *conf.* (*coniunctim*) pA 112 angelos] ab (*primo deletum*) ad *praem.* pA 122 modo] a modo *add.* pA 123 igitur] secundum hoc *add.* pA 143 ad quod] q *praem.* pA 148 animae (*e* anima pA) *em.* A 149 intellectu A] in *ante trans. ad lin. praem.* pA 161 essentiae pA] species sA species *delet tertius* A *et primam lectionem restituit* 161 materialium] et fan (*inc.* fantasmata *?*) *add.* pA 175 intelligi] at (*inc.* attendi *?*) *praem.* pA

Φ 103 cognoscatur] –scitur Φ (-δ) 114 est aliud *inv.* Φ 121 humanam *om.* Φ (-δ) 160 in *om.* Φ (-δ) 177 cognitio *post* elevatur Φ (-δ)

113 *Metaph.* III c. 8 (f. 82va C) ut refert Thomas supra q. 8 a. 7 241. 116 unumquodque...quo recipitur: vide supra q. 1 a. 2 18 in nota. 130 an sit...quid est: cf. Arist. e. g. *Anal. post.* I 23 (78 a 22). 148 Comm. 11 (VIII, 236 G).

per gratiam fidei elevamur ad cognoscendum ea quae sunt supra rationem, et similiter etiam per gratiam prophetiae; sed quantum ad modum cognoscendi non elevatur humana cognitio nisi status mutetur. Modus autem quo naturaliter cognoscit intellectus est ut a phantasmatibus accipiat, ut dictum est; unde nisi homo in alium statum mutetur oportet quod etiam in cognitione gratiae quae est per revelationem divinam semper intellectus inspiciat ad phantasmata, et hoc est quod Dionysius dicit 1 cap. Caelestis hierarchiae quod « impossibile est nobis aliter lucere divinum radium nisi varietate sacrorum velaminum circumvelatum ». Adam autem in statu innocentiae erat in statu viatoris, unde in omni gratiae cognitione oportebat quod aspiceret ad phantasmata; isto autem modo cognoscendi non possunt essentiae angelorum videri ut iam dictum est: unde nec naturali cognitione nec gratuita Adam angelos per essentiam cognovit, nisi forte ponamus eum per gratiam in alteriorem statum elevatum, sicut fuit Paulus in raptu.

1. Ad primum igitur dicendum quod ex illa auctoritate Gregorii non potest haberi nisi quod Adam angelos cognoverit in quadam celsitudine visionis, non tamen tanta quae pertingeret ad eorum essentiam cognoscendam.

2. Ad secundum dicendum quod si sopor Adae intelligitur talis extasis fuisse qualis raptus Pauli, nihil prohiberet dici quin in illo raptu angelos per essentiam viderit; sed hoc erit supra communem modum cognitionis qui sibi tunc competebat; si autem sopor ille non talis extasis fuisse dicatur ut Adam secundum quid in statum beatorum elevaretur sed sicut solet mens prophetarum elevari ad divina mysteria intuenda, sicut verba glosae sonare videntur, tunc dicitur particeps angelicae curiae fuisse per quandam cognitionis eminentiam quae tamen usque ad eorum essentias non pertingebat.

3. Ad tertium dicendum ⟨quod⟩ Adam habuit cognitionem angelorum in quantum erant propter ipsum facti: scivit enim eos esse consortes suae beatitudinis et ministros suae | salutis in via in quantum cognovit distinctionem ordinum et eorum officia multo perfectius quam nos cognoscamus. *126rb*

4. Ad quartum dicendum quod difficultas in intelligendo accidit dupliciter: uno modo ex parte cognoscibilis, alio modo ex parte cognoscentis. Ex parte cognoscibilis difficilius est facere aliquid intelligibile et intelligere ipsum quam intelligere id quod est in se intelligibile; sed ex parte cognoscentis potest esse difficilius ad cognoscendum id quod est in se intelligibile, et hoc convenit intellectui humano propter hoc quod non est proportionatus ad intelligendum naturaliter essentias separatas ratione iam dicta.

5. Ad quintum dicendum quod intellectus Adae non patiebatur defectum alicuius perfectionis quae tunc sibi inesse deberet; habebat tamen aliquos defectus naturales inter quos unus erat quod oportebat eum in cognoscendo ad phantasmata inspicere; quod quidem intellectui humano naturaliter contingit ex hoc ipso quod est corpori unitus, et ex hoc quod secundum naturam suam est infimus in ordine intellectuum.

6. Ad sextum dicendum quod intellectus potest abstrahendo pervenire ad quiditatem rei materialis non habentem aliam quiditatem, quam quidem intelligere potest quia eam a phantasmatibus abstrahit et est facta intelligibilis per lumen intellectus agentis, ex quo habet quod ea possit perfici sicut propria perfectione. Sed ex hac quiditate non potest assurgere ad cognoscendum essentiam substantiae separatae, eo quod ista quiditas est omnino deficiens a re-

A 179 ea] *idem mac. praem.* pA 185 nisi] quam diu *praem.* pA 186 oportet] non *praem.* pA 194 unde] nulla revelatio *add.* pA 204 Adam] da *praem.* pA 218 tamen] *idem conf. praem.* pA 220 ⟨quod⟩ *suppl.*] *trans. ad lin. om.* A 225 ordinum *em.* A] *conf.* pA 231 facere...intelligibile] cognoscere *praem.* pA 238 intellectus Adae] in adam *praem.* pA 254 perfici *em.* A] *conf.* pA

Φ 180 etiam] *om.* β *post* gratiam γ 184 est] eius α β $\delta^1$ eius *praem.* γ 194 gratiae] *om.* γ genere δ 208 intelligitur] intelligatur Φ (-δ) 211 sibi tunc] *inv.* α γ tunc fidei β 213 dicatur] intelligatur *ante* fuisse Φ (-δ) 214 statum] statu Φ 214 beatorum] bonorum Φ (-$\delta^2$) 219 essentias] essentiam Φ (-δ) 225 perfectius] melius Φ (-δ) 244 contingit] convenit Φ 244 ipso] *om.* Φ (-δ) primo δ 245 secundum] per Φ (-δ)

190 § 2 (PG 3, 121 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 733). 222 scivit...via: cf. Petrus Lomb. ut supra lin. 18. 245 secundum...intellectuum: Averroes ut supra q. 10 a. 8 261.

praesentatione illius quiditatis cum non omnino eodem modo quiditas inveniatur in substantiis separatis et rebus materialibus, sed quasi aequivoce ut dicit Commentator in III De anima. Dato etiam quod per hanc quiditatem posset cognoscere talem esse quiditatem substantiae separatae in quodam communi, non tamen adhuc videret essentiam angeli ita quod sciret differentiam uniuscuiusque essentiae separatae ab aliis essentiis separatis.

7. Ad septimum dicendum quod intellectus humanus quamvis ab intelligibili excellenti non corrumpatur, tamen invenitur in eo defectus proportionis ad hoc quod naturaliter possit pertingere ad maxime intelligibilia: unde ex verbis Philosophi non potest haberi quod summe intelligibilia intelligat, sed solum hoc quod si ea intelligeret non minus intelligeret alia.

8. Ad octavum dicendum quod hanc quaestionem Philosophus insolutam dimisit in III De anima, ubi quaerit utrum intellectus coniunctus possit separata intelligere, nec alibi invenitur eam solvisse in libris eius qui ad nos pervenerunt. Sequentes vero ipsum in hoc discordaverunt: quidam enim dixerunt quod intellectus noster non potest pertingere ad intelligendas essentias separatas, quidam vero posuerunt quod ad hoc pertingere possit. Horum autem quidam usi sunt rationibus insufficientibus, sicut Avempace cuius est ratio inducta de quiditate, et Themistius cuius est ratio inducta de facilitate intelligendi, quas etiam Commentator in III De anima solvit. Quidam vero usi sunt positionibus extraneis et contra fidem, sicut Alexander et ipse commentator Averroes. Alexander enim dicit quod intellectus possibilis, cum sit generabilis et corruptibilis secundum eum, nullo modo pertingere potest ad hoc quod substantias separatas intelligat, sed in fine suae perfectionis pertingit ad hoc quod intelligentia agens, quam ponit quandam substantiam separatam, coniungatur nobis quasi forma; et in illo statu intelligemus per intelligentiam agentem sicut nunc intelligimus per intellectum possibilem. Et quia intelligentia agens, cum sit substantia separata, intelligit substantias separatas, inde est quod in illo statu intelligemus substantias separatas: et in hoc consistet ultima felicitas hominis secundum eum. Sed quia non videtur esse possibile quod id quod est incorruptibile et separatum ut intellectus agens, continuetur ut forma intellectui possibili, qui secundum Alexandrum est corruptibilis et materialis, ideo aliis visum est quod etiam ipse intellectus possibilis sit separatus et incorruptibilis; unde Themistius dicit quod intellectus possibilis etiam est separatus, et quod in natura sua est intelligere non solum res materiales sed etiam substantias separatas, et quod intelligibilia eius non sunt nova sed aeterna, et quod intellectus speculativus quo nos intelligimus est compositus ex intellectu agente et intellectu possibili. Sed si hoc est, cum intellectus possibilis nobis a principio continuetur, tunc ab ipso principio substantias separatas cognoscere possemus. Et ideo Commentator tertiam viam ponit mediam inter opinionem Alexandri et Themistii; dicit enim intellectum possibilem esse separatum et aeternum, in quo convenit cum Themistio et differt ab Alexandro; dicit tamen intelligibilia speculativa esse nova et effecta per actionem intellectus agentis, et in hoc convenit cum Alexandro et differt a Themistio, et haec dicit habere duplex esse,

A 266 uniuscuiusque] uniusque *in fine lin. praem.* pA 283 non potest *inv.* pA 285 Horum (*ex* hii pA) *em.* A 286 quidam *in marg.* A] *om.* pA 286 usi] vel *praem.* pA 287 avempeche A 288 temistius A] tesi *idem conf. inc. praem.* pA 292 Averrois A 299 coniungatur] fiat *praem.* pA 308 et separatum...continuetur] coniungatur *praem.* pA 309 intellectui] *idem conf. praem.* pA 316-320 et quod...possibili *in marg.* A] *om.* pA 325 intellectum possibilem] intelligibilia speculativa *praem.* pA 330 et in hoc...Themistio *in marg.* A] *om.* pA 331 dicit *sup. lin.* A] quidem pA

Φ 259 inveniatur] *om.* β invenitur α γ 260 sed] et Φ (-δ) 263 talem esse *om.* Φ (-$\delta^2$) 272 maxime] maxima Φ 273 summe] *om.* δ maxima Φ (-δ) 283 intelligendas] intelligendum Φ (-δ) 284 essentias separatas *inv.* Φ (-δ) 294 generabilis] generalis γ δ 300 intelligemus] intelligimus Φ (-δ) 305 intelligemus] intelligimus Φ 306 consistet] consistit Φ 311 aliis] etiam *praem.* Φ (-δ) etiam *add.* δ 312 etiam ipse *inv.* Φ 314 etiam est *inv.* Φ (-$\delta^2$) 315 sua *om.* Φ (-δ) 320 intellectu *om.* Φ 321 nobis *post* a principio Φ (-δ) 331 haec] hoc Φ (-γ)

261 Comm. 36 (VI$^1$, 182 C). 278 *De anima* III 12 (431 b 17). 287 Avempace: ex Averrois *De anima* III comm. 36 (VI$^1$, 180 E-182 A); inducta: supra arg. 6. 288 Themistius: ex Averrois *De anima* III comm. 36 (VI$^1$, 179 A-B); inducta: supra arg. 4. 290 Comm. 36 (VI$^1$, 179 A-D et 182 B-183 C). 293 Alexander: ex Averrois *De anima* III comm. 36 (VI$^1$, 175 D sqq.). 313 Themistius: ex Averrois *De anima* III comm. 36 (VI$^1$, 179 A-D et 183 E). 323 *De anima* III comm. 36 (VI$^1$, 183 C sqq.).

unum quo fundantur in phantasmatibus, et secundum hoc sunt in nobis, aliud quo sunt in intellectu possibili, unde mediantibus istis 126va intelligibilibus | intellectus possibilis nobis continuatur. Ad haec autem intelligibilia intellectus agens se habet sicut forma ad materiam. Cum enim intellectus possibilis recipiat huiusmodi intelligibilia quae in phantasmatibus fundantur et iterum intellectum agentem, et intellectus agens sit perfectior, oportet quod proportio intellectus agentis ad huiusmodi intelligibilia quae sunt in nobis sit sicut proportio formae ad materiam, sicut etiam est proportio lucis et coloris ad invicem, quae recipiuntur in diaphano; et similiter est de omnibus duobus receptis in uno quorum unum est altero perfectius. Quando igitur in nobis completur generatio huiusmodi intelligibilium, tunc intellectus agens perfecte nobis coniungetur ut forma, et sic nos per intellectum agentem poterimus substantias separatas cognoscere sicut nunc possumus cognoscere per intellectum qui est in habitu.

Patet igitur ex dictis istorum philosophorum quod non poterant invenire modum quo intelligeremus substantias separatas nisi intelligendo per aliquam substantiam separatam. Quod autem intellectus possibilis vel agens sit substantia separata non est consonum veritati fidei nec etiam sententiae Philosophi qui in III De anima ponit intellectum agentem et possibilem esse aliquid animae humanae. Et ideo hac positione retenta non videtur esse possibile quod naturali cognitione homo pertingat ad cognoscendum essentias separatas.

9. Ad nonum dicendum quod homo in statu innocentiae per hoc quod intelligebat aliquod intelligibile perfecte, cognoscebat etiam perfecte actum intelligendi; et quia actus intelligendi est effectus proportionatus et adaequans virtutem a qua exit, inde est quod intelligebat perfecte essentiam animae suae. Sed ex hoc non sequitur quod intellexerit angeli essentiam cum iste actus intelligendi non adaequet virtutem intellectus.

10. Ad decimum dicendum quod sicut natura angelica est media inter naturam divinam et corporalem, ita etiam cognitio qua cognoscitur essentia angelica est media inter cognitionem qua cognoscitur essentia divina et qua cognoscitur essentia rei materialis. Sed inter duo extrema possunt esse multa media; nec oportet quod quicumque excedit unum extremorum quod pertingat ad quodlibet medium sed quod pertingat ad aliquod medium: homo igitur in statu innocentiae ad aliquod medium pervenit, ad hoc scilicet ut notitiam Dei acciperet non ex sensibilibus creaturis sed revelatione interna; non autem ad hoc medium quod cognosceret essentiam angelicam, ad quod tamen medium angelus in sui creatione nondum beatus pervenit.

## Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum Adam in statu innocentiae errare sive decipi potuerit. Et videtur quod sic, quia ut dicit Ambrosius, omne peccatum est ex errore; sed Adam potuit peccare, igitur et errare.

2. Praeterea, voluntas non est nisi de bono vel extimato bono; cum autem voluntas est de bono, non peccatur: numquam ergo est peccatum nisi praecedat extimatio boni qua extimatur aliquid bonum et non est; omnis autem ta-

A 338 possibilis *in marg.* A] intelligibilis pA 346 diafono A 351 nos per intellectum] int (t *imp.*) *praem.* pA 356 quod... poterant] pot (*ut videtur*) *praem.* pA 371 effectus] f (*ut videtur*) *praem.* pA 372 inde] *idem in fine lin. praem.* pA 374 angeli essentiam] essentiam *praem.* pA 377-379 sicut...corporalem] quamvis natura angelica sit media inter naturam divinam et corporalem quod *praem.* pA 378 angelica est *inv.* pA 388 acciperet non] non *praem.* pA 391 essentiam] *idem conf. praem.* pA
6 Praeterea] Sed dicebat *praem.* pA 7 exstimato A

Φ 344 est *om.* Φ (-δ) 346 duobus *om.*Φ (-δ) 350 nobis coniungetur] coniungitur nobis Φ (-δ) in nobis coniungitur δ 359 vel] et Φ (-δ) 363 animae humanae *inv.* Φ (-δ) 366 essentias] substantias γ δ 369 etiam] et Φ (-$\delta^2$) 374 intellexerit] intellexit Φ (-δ) intelligeret δ 374 angeli essentiam *inv.* Φ 389 sed] ex *add.* Φ
5 igitur et] ergo et δ ergo potuit Φ (-δ) 7 extimato] de *praem.* $\delta^2$ de estimato $\delta^1$ estimato Φ (-δ) 9 extimatio] estimatio Φ (-δ) 9 extimatur] estimatur Φ (-δ) existimatur $\delta^1$

360 non...fidei: cf. ipse Thomas e. g. *De spir. creat.* a. 10.
1 Parall.: *Super Sent. II* d. 23 q. 2 a. 3; *I Pars* q. 94 a. 4.
362 *De anima* III 10 (430 a 10).
3 *Expos. in Ps. CXVIII* sermo 22 (PL 15, 1589 D).

lis extimatio deceptio quaedam est; ergo Adam antequam peccaret in statu innocentiae deceptus fuit.

3. Praeterea, Magister dicit in II Sententiarum XXI dist., quod ideo « mulier non horruit serpentem loquentem quia cum noverit creatum esse, etiam officium loquendi a Deo accepisse putavit »; hoc autem falsum erat; ergo mulier falsum opinata est antequam peccaret, ergo decepta fuit.

4. Praeterea, sicut Magister in eadem distinctione dicit et etiam Augustinus Super Genesim ad litteram « in tali specie venire permissus est diabolus in qua eius malitia facile posset deprehendi »; sed in quacumque specie venisset potuisset deprehendi si homo in statu innocentiae decipi non poterat; decipi igitur potuit.

5. Praeterea, mulier audita promissione serpentis speravit illam se consequi posse, alias stulte appetiisset cum tamen stultitia ante peccatum non fuerit; sed nullus sperat quod opinatur esse impossibile; ergo cum esset impossibile id quod daemon promittebat, videtur quod mulier ante peccatum hoc credens decepta fuerit.

6. Praeterea, intellectus hominis in statu innocentiae collativus erat et deliberatione indigens; non autem indigebat deliberatione nisi ad vitandum errorem; ergo errare poterat in statu innocentiae.

7. Praeterea, intellectus daemonis cum non sit corpori coniunctus, videtur esse multo perspicatior quam intellectus hominis etiam in statu innocentiae | qui erat corpori coniunctus; *126vb* sed daemon decipi potest, unde sancti dicunt quod quando videbant Christum daemones infirmitates patientem, extimabant eum purum hominem, quando autem miracula facientem, tunc extimabant eum Deum esse; ergo multo fortius homo in statu innocentiae decipi potuit.

8. Praeterea, dum homo primo peccato peccavit, in ipso actu nondum erat in statu culpae quia cum status culpae causetur ex peccato, ante primum peccatum fuisset aliud peccatum; sed in actu quo primo homo peccavit, deceptus fuit; ergo ante statum culpae homo decipi potuit.

9. Praeterea, Damascenus dicit in II libro « Haec », scilicet cognitio fallax, « Adae extiterat noviter plasmato »; sed quicumque habet fallacem cognitionem decipitur; ergo Adam deceptus fuit in ipsa novitate suae plasmationis.

10. Praeterea, speculativa cognitio est contra affectionem divisa; sed potest esse peccatum in affectiva sine hoc quod sit aliqua deceptio in speculativa parte, quia multoties habentes scientiam contra scientiam agimus; ergo et potuit esse in primo homine deceptio in parte speculativa antequam esset peccatum in affectiva.

11. Praeterea, sicut habetur in glosa I Tim. II[14] super illud ' Adam non est seductus ' etc., « Adam non fuit seductus eo modo quo mulier, ut putaret esse verum quod diabolus suggerebat; in eo tamen fuisse seductum credi potest quod commissum veniale putaverit quod peremptorium erat »; ergo Adam ante peccatum decipi potuit.

12. Praeterea, nullus liberatur a deceptione nisi per notitiam veritatis; sed Adam non omnia sciebat; ergo non in omnibus poterat a deceptione esse immunis.

13. Si dicatur quod servabatur per divinam providentiam a deceptione, contra: divina providentia maxime in necessitatibus subvenit; sed in maxima necessitate, quando fuisset ei utilissimum a seductione liberari, divina providentia non servavit eum a seductione illaesum; ergo

A 25 specie] *idem mac. praem.* pA 60 extiterat] extist *idem conf. inc. et casu non delet. praem.* A, *et delevimus* 64 speculativa *em.* A] *conf.* pA 68 ergo] adam *add.* pA 70 esset] *idem conf. praem.* pA

Φ 11 extimatio] estimatio Φ (-$\delta^2$) 14 in *om.* Φ (-δ) 15 XXI dist.] *inv.* α γ dist. xxxi β 24 est *ante* venire$^{23}$ Φ (-δ) 27 poterat] posset Φ (-δ) decipi igitur] ergo decipi Φ (-$\delta^2$) *inv.* $\delta^2$ 34 daemon] diabolus Φ (-δ) 46 daemon] diabolus Φ (-δ) 46 sancti dicunt *inv.* Φ (-δ) 47 videbant *post* daemones Φ (-δ) 47 infirmitates] infirmitatem δ infirma α γ 48 extimabant] existimabant Φ 50 tunc...esse] deum Φ (-δ) existimabant eum deum δ 53 ipso actu *inv.* Φ (-δ) 59 in *om.* Φ (-δ) 67 quia] enim *post* multoties Φ (-δ) 71 in glosa] super illud Φ (-δ) 77 peremptorium erat *inv.* Φ (-δ) 81 a deceptione *post* immunis Φ (-δ) 83 Si dicatur] Sed dicebat Φ

15 Cap. 4. 22 *Lib. Sent.* II d. 21 c. 2. 23 XI c. 3 (PL 34, 431) et ibid. cap. 27 (PL 34, 443). 46 sancti: sic Thomas etiam *III Pars* q. 41 a. 1 ad 1, ibid. q. 44 a. 1 ad 2. 59 *De fide* II c. 11 (PG 94, 917 B; Bt 110). 73 Cf. *Glossa* Petri Lomb. (PL 192, 341 B), verbotenus apud Petrum Lomb. *Lib. Sent.* II d. 22 c. 3.

multo minus in aliis fuisset divina providentia a deceptione liberatus.

14. Praeterea, homo in statu innocentiae dormivisset ut dicit Boetius in libro De duabus naturis, et eadem ratione etiam somniasset; sed in somnio quilibet homo decipitur cum aliqualiter similitudinibus rerum inhaereat quasi rebus ipsis; ergo Adam in statu innocentiae decipi potuit.

15. Praeterea, Adam in statu innocentiae sensibus corporalibus usus fuisset; sed in cognitione sensitiva frequenter accidit deceptio, sicut cum unum duo videntur et cum id quod a remotis videtur parvum videtur; ergo Adam in statu innocentiae non fuisset omnino a deceptione liber.

SED CONTRA, sicut dicit Augustinus, « approbare vera pro falsis non est natura instituti hominis sed poena damnati »; ergo in statu innocentiae non poterat decipi, quod est vera pro falsis approbare.

2. Praeterea, anima nobilior est corpore; sed in statu innocentiae homo nullum defectum pati poterat in corpore; ergo multo minus deceptionem quae est animae defectus.

3. Praeterea, in statu innocentiae nihil poterat esse contra hominis voluntatem quia sic potuisset ei inesse dolor; sed decipi est omnibus contrarium voluntati secundum Augustinum etiam his qui decipere volunt; ergo in statu innocentiae homo decipi non poterat.

4. Praeterea, omnis error vel est culpa vel poena, quorum neutrum in statu innocentiae esse poterat; ergo nec error.

5. Praeterea, quando id quod est superius in anima dominatur inferiori non potest esse error, quia per id quod est superius in anima, scilicet synderesim et intellectum principiorum, tota cognitio hominis rectificatur; sed in statu innocentiae id quod est inferius in homine erat omnino superiori subditum; ergo non poterat esse tunc deceptio.

6. Praeterea, secundum Augustinum « posse credere natura est hominum, credere vero gratia fidelium »; ergo eadem ratione posse decipi est naturae, decipi autem vitii; sed in statu innocentiae non erat vitium; ergo nec tunc poterat esse deceptio.

7. Praeterea, sicut dicit Damascenus in II libro, homo in statu innocentiae « dulcissimo fructu contemplationis lasciviens, hac », scilicet contemplatione, « nutritus est »; sed cum homo convertitur ad divina non decipitur; ergo Adam in statu illo decipi non poterat.

8. Praeterea, Ieronymus dicit quicquid mali patimur, peccata nostra meruerunt; sed deceptio est malum; ergo ante peccatum esse non potuit.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hoc est duplex opinio: quidam enim dicunt quod cum Adam non habuerit simpliciter omnium rerum scientiam sed quaedam cognoverit et quaedam ignoraverit, in his quorum notitiam habebat nullo modo decipi poterat ut in his quae naturaliter cognoscuntur et in his quae sibi divinitus revelabantur; in aliis autem quorum scientiam non habebat sicut sunt cogitationes cordium, futura contingentia et singularia a sensu *127ra*

A 92 ut *em.* A] *conf.* pA 93 naturis] natus *idem conf. inc. praem.* pA 99 cognitione] operatione *praem.* pA 101 unum] *idem conf. praem.* pA 103 innocentiae] *idem conf. praem.* pA 123 id...superius] su *praem.* pA 125 superius (*e* superior pA) *em.* A 127 in statu] adam *praem.* pA 128 id...inferius] inf (f *imp.*) *praem.* pA inferius] su *praem.* pA 132 natura...gratia; *cf.* q. 14 a. 10 *lin.* 219-220] naturam...gratiam *Augustinus* 134 vitii] a *praem.* pA 139 hac] et *praem.* pA 143-146 dicit... potuit *in appendice col.* 126$^{vb}$ 155 habebat] h *et quandam litt. imp. praem.* pA

Φ 90 deceptione] seductione Φ 93 et *om.* Φ (-δ) 94 somnio] sompno Φ 99 fuisset *ante* corporalibus Φ (-δ) 101 duo videntur] videtur duo Φ (-δ) 106-109 non est...falsis *hom. om.* δ$^2$ 108 poterat] potuit Φ (-δ) *def.* δ$^2$ 112 poterat] potuit Φ (-δ) 119-121 homo...innocentiae *hom. om.* β 119 homo *om.* Φ (-δ) *def.* β 129 subditum] subiectum Φ (-δ) 131-146 Praeterea...potuit (*scil. arg. sed. c.* 6-8) *om.* α 135 tunc poterat *inv.* β γ 142 decipi *post* poterat β γ 149 habuerit] habuit β δ 150 et *om.* Φ 155 cordium] et *add.* Φ (-δ)

93 Sive *Contra Eut. et Nest.* cap. 8 (PL 64, 1354 B). 94 in somnio...ipsis: August. *Super Gen. ad litt.* XII c. 25 (PL 34, 475) ut refert Thomas supra q. 12 a. 9 60. 101 cum unum duo videntur: cf. supra q. 1 a. 11 30 in nota; id...videtur: vide supra q. 8 a. 1 333 in nota. 105 *De lib. arb.* III c. 18 (PL 32, 1296) sec. litteram *Summae fr. Alexandri* I-II n. 520 (p. 773). 118 Cf. *Enchir.* cap. 17 (PL 40, 240). 120 omnis...poena: cf. Hugo de S. Victore [*De sacramentis* I p. VII c. 21 (PL 176, 301 C)] ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 23 q. 2 a. 3 sed c. 2. 131 *De praedest. sanct.* cap. 5 (PL 44, 968). 138 *De fide* II c. 11 (PG 94, 916 C; Bt 109). 143 *Comment. in Ez.* II c. 5 (PL 25, 57 A). 148 quidam: non invenimus, cf. tamen *Summa fr. Alexandri* I-II n. 520 (p. 773) et Bonaventura *Super Sent. II* d. 23 a. 2 q. 2 ubi eadem opinio citatur.

absentia, poterat quidem falsam extimationem habere, leviter in huiusmodi aliquod falsum opinando non autem ita quod praecise assensum praeberet. Et ideo dicunt quod in eum error cadere non poterat, nec iterum falsa pro veris approbaret quia in his designatur praecisus assensus ad id quod est falsum. Alii vero hoc dictum improbare nituntur ex hoc quod Augustinus omnem falsam existimationem errorem nominat, et dicit etiam omnem errorem malum esse, in magnis quidem magnum in parvis autem parvum. Sed in hoc non est multum insistendum quia cum de rebus agitur debet quaestio nominum praetermitti: unde dico quod non solum non potuit in statu innocentiae error esse sed nec etiam qualiscumque falsa opinio; quod sic patet.

Quamvis enim in statu innocentiae potuerit esse alicuius boni carentia nullatenus tamen esse poterat aliqua corruptio boni. Bonum autem ipsius intellectus est cognitio veritatis, et ideo habitus illi quibus intellectus perficitur ad cognoscendum verum virtutes dicuntur, ut dicitur in VI Ethicorum, utpote intellectus actum bonum reddentes. Falsitas autem non solum est carentia veritatis sed ipsius corruptio. Non enim sic se habet ad veritatem ille qui omnino caret veritatis cognitione, in quo est carentia veritatis quamvis contrarium non opinetur, et ille qui habet falsam opinionem cuius extimatio corrupta est per falsitatem. Unde sicut verum est bonum intellectus ita falsum est malum ipsius, propter quod habitus opinativus non est virtus intellectualis, quia eo contingit falsum dicere, ut dicitur in VI Ethicorum; nullus autem actus virtutis malus esse potest, ac si ipsa opinio falsa sit quidam malus actus intellectus. Unde cum in statu innocentiae non fuerit aliqua corruptio vel aliquod malum, non potuit esse in statu innocentiae aliqua falsa opinio. Dicit etiam Commentator in III De anima quod falsa opinio ita se habet in cognoscibilibus sicut monstrum in natura corporali; est enim falsa opinio proveniens praeter intentionem ipsorum principiorum primorum, quae sunt quasi virtutes seminales cognitionis, sicut et monstra eveniunt praeter intentionem virtutis naturalis agentis; et hoc ideo quia omne «malum est praeter intentionem», ut dicit Dionysius in IV cap. De divinis nominibus. Unde sicut in conceptione humani corporis in statu innocentiae nulla monstruositas accidisset ita etiam in intellectu eius nulla falsitas esse posset. Quod item patet ex hoc quod semper contingit inordinatio quando aliquid movetur a non proprio motivo, sicut si voluntas moveatur a delectabili sensus cum debeat moveri tantum modo ab honesto. Proprium autem motivum intellectus est id quod habet infallibilem veritatem, unde quandocumque intellectus movetur ab aliquo fallibili signo, est aliqua inordinatio in ipso, sive perfecte sive imperfecte moveatur. Unde cum nulla inordinatio in intellectu hominis in statu innocentiae esse potuerit, numquam intellectus hominis inclinatus fuisset magis in unam partem quam in aliam nisi ab infallibili aliquo motivo. Ex quo patet quod in eo non solum nulla falsa opinio fuisset sed penitus in eo nulla fuisset opinio, et quicquid cognovisset secundum certitudinem cognovisset.

1. Ad primum igitur dicendum quod error ille ex quo omne peccatum procedit est error electionis prout eligit quod eligendum non est,

A 163 id *em.* A] ad (*ut videtur*) pA 164 nituntur *scrips.*] *imperf.* (*scil.* nitutur) A 165 existimationem A 171 solum] errare *add.* pA 171 in statu] adam *praem.* pA (*cf. lin.* 127) 176 poterat] *idem mac. praem.* pA 190 contingit] *idem conf. praem.* pA 199 monstrum] non, *casu conf. inc., praem.* pA 204 et] nec *praem.* pA 215 id...veritatem] verum sicut bonum aff *praem.* pA 222 nisi] esset *add.* pA 224 falsa] *quandam litt. imp. add.* pA opinio] non *casu add.* A, *et delevimus*

Φ 157 extimationem] estimationem Φ (-$\delta^2$) 162 approbaret] approbare δ approbari Φ (-δ) 165 existimationem] estimationem Φ (-$\delta^2$) extimationem $\delta^2$ 171 non potuit *post* innocentiae Φ (-δ) 180 in *om.* Φ (-δ) 182 sed] etiam *add.* Φ (-δ) 201 principiorum primorum *inv.* Φ (-δ) 203 et] etiam Φ (-δ) 206 in *om.* Φ (-δ) 210 item] ratione $\delta^1$ idem γ $\delta^2$ 213 moveri *post* modo Φ 215 est] verum *add.* Φ (-$\delta^2$) infallibilem] infallibilitatem β δ 216 movetur] moveatur Φ (-δ) 219 in...hominis *post* innocentiae[220] Φ (-δ) 223 in eo *post* solum Φ (-δ] 224 opinio] non (*induc.* A) *add.* β γ $\delta^2$ 225 in eo] *post* opinio α *hic et post* opinio β γ

163 Alii: Bonaventura *Super Sent. II* d. 23 a. 2 q. 2. 165 Cf. *Enchir.* cap. 17 (PL 40, 239). 166 dicit: cf. *Enchir.* cap. 19 (PL 40, 241). 180 *Ethic.* VI 2 (1139 b 12). 188 verum...ipsius: Arist. *Ethic.* VI 2 (1139 a 27) ut dicitur supra q. 3 a. 4 31. 191 *Ethic.* VI 3 (1139 b 16). 198 Comm. 36 (VI[1], 186 F-187 A). 206 § 32 (PG 3, 732 C) sec. recens. Sarraceni (Dion. 306).

secundum quem omnis malus ignorans dicitur a Philosopho in III Ethicorum. Hic autem error praesupponit inordinationem in parte appetitiva; ex hoc enim quod appetitus sensibilis afficitur ad suum delectabile et appetitus superior ei non repugnat, impeditur ratio ne id quod habitualiter habet in electionem deducat: et sic patet quod iste error non omnino praecedit peccatum sed sequitur.

2. Ad secundum dicendum quod illud quod apprehenditur ut apparens bonum non potest esse omnino non bonum sed secundum aliquid bonum est, et secundum hoc ut bonum apprehenditur a principio; utpote cum cibus prohibitus apprehenditur ut visu decorus et delectabilis gustui et tunc appetitus sensibilis in huiusmodi bonum fertur sicut in proprium obiectum. Sed quando superior appetitus | inferiorem sequitur, tunc sequitur illud quod est bonum secundum quid ut bonum sibi simpliciter, et sic ex deordinatione appetitus sequitur postmodum error electionis, ut dictum est. *127rb*

3. Ad tertium dicendum quod haec ratio contra utramque opinionem videtur esse si intelligamus quod mulier crediderit ex natura sua serpentem accepisse usum loquendi, cum illi etiam qui hominem in statu innocentiae credunt falli potuisse, nullo modo credant eum potuisse falli in diiudicandis naturis rerum, cum rerum naturalium plenam cognitionem habuerit. Hoc autem est contra naturam serpentis quod usum loquendi habeat per naturam cum hoc sit solum animalis rationalis. Et ideo oportet dicere quod non credidit mulier serpentem usum loquendi accepisse secundum naturam suam sed secundum aliquam virtutem occulte interius operantem, nec contulit an esset a Deo vel daemone.

4. Ad quartum dicendum quod ratio illa sic intelligenda est, – quare in specie serpentis apparuerit –, non quia deprehendi non posset in quacumque specie appareret sed quia in tali specie apparens facilius poterat deprehendi.

5. Ad quintum dicendum quod mulier speravit se posse aliquo modo consequi quod serpens promisit, et credidit hoc aliquo modo esse possibile et in hoc seducta ⟨fuit⟩ secundum Apostolum I Tim. II[14]; sed istam seductionem praecessit quaedam mentis elatio qua suam excellentiam inordinate appetiit, quam concepit statim ad verba serpentis, sicut homines frequenter ad verba adulantium supra se ipsos efferuntur. Et haec quidem elatio praecedens fuit excellentiae propriae in generali, quae est primum peccatum, quod consecuta est seductio qua credidit esse verum quod serpens dicebat; et sic consecuta est elatio qua determinate hanc excellentiam appetiit quam serpens promittebat.

6. Ad sextum dicendum quod intellectus hominis in statu innocentiae indigebat deliberatione ne incideret in errorem sicut indigebat comestione ne corpus eius deficeret. Erat autem ita rectae deliberationis, ut deliberando posset omnem errorem vitare sicut comedendo omnem defectum corporalem. Unde sicut si non comederet peccaret omittendo, ita si non deliberaret cum tempus esset; et sic error peccatum sequeretur.

7. Ad septimum dicendum quod sicut homo in statu innocentiae defendebatur a passione corporali intrinseca sicut est febris et huiusmodi per efficaciam naturae, ab exteriori autem sicut est percussio et vulnus, non ex aliqua virtute interiori cum non haberet dotem impassibilitatis sed ex providentia divina quae eum ab omni nocumento servabat immunem, ita etiam ab illa deceptione quae interius contingit cum aliquis se ipsum paralogizat, defendebatur vigore propriae rationis, ab exteriori

A 276 ⟨fuit⟩ *suppl.*] *om.* A 292 Erat...deliberationis] del *praem.* pA 294 comedendo] comendendo *praem.* pA 300 statu...corporali] corpore *praem.* pA 300 defendebatur...corporali] corporaliter quidem de *praem.* pA (*cf. nota superior*) 303 sicut] *idem conf. praem.* pA 303 vulnus] *idem mac. praem.* pA 308 paralogizat] parag *idem conf. inc. praem.* pA

Φ 240 ut] non Φ (-δ) 242 est *om.* γ δ 243 prohibitus] vetitus Φ (-δ) 245 gustui] gustu Φ (-δ) 257 eum] eam Φ 260 habuerit] habebunt α habebant β γ habuit $\delta^1$ 262 sit solum] *inv.* α β *post* animalis γ 267 vel] vel a α γ $\delta^1$ 269 intelligenda est *inv.* Φ (-δ) 274 modo *ante* posse Φ (-δ) 281 adulantium] adulatoria α γ adulatoris β 303 et] vel Φ (-δ)

231 *Ethic.* III 3 (1110 b 28). 243 cibus...gustui: cf. Gen. III[6]. 278 praecessit...elatio: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 22 c. 1. 282 elatio...peccatum: vide diffinitionem superbiae apud ipsum Thomam e. g. *Super Sent. II* d. 5 q. 1 a. 3. 299 sicut...divina: cf. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 469-470 (pp. 631-636). 307 ab...divino: cf. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 520 (p. 774) et Bonaventura *Super Sent. II* d. 23 a. 2 q. 2.

autem deceptione defendebatur auxilio divino, quod sibi ad omnia necessaria tunc aderat: daemonibus autem non adest et propter hoc decipi possunt.

8. Ad octavum dicendum quod actus momentanei simul dum esse incipiunt suum effectum habent, sicut in eodem instanti quo aer illuminatur oculus videt. Unde cum motus voluntatis in quo primo consistit peccatum, sit in instanti, in eodem instanti quo peccavit fuit statu innocentiae destitutus, et sic decipi potuit in illo instanti.

9. Ad nonum dicendum quod Damascenus loquitur de fallacia primi hominis qua in ipso peccato deceptus est, quod quidem peccatum noviter plasmatus commisit: non enim diu in statu innocentiae perseveravit.

10. Ad decimum dicendum quod ex hoc quod anima hominis in statu innocentiae coniuncta erat summo bono, non poterat aliquis defectus in homine esse quandiu talis coniunctio continuaretur. Haec autem coniunctio facta erat principaliter per affectum, unde antequam affectiva corrumperetur nec deceptio in intellectu nec aliquis defectus in corpore esse poterat, quamvis e converso potuerit esse defectus in affectu non praeexistente defectu in speculativo intellectu, eo quod coniunctio non perficitur ad Deum in intellectu sed in affectu.

11. Ad undecimum dicendum quod illam falsam opinionem qua credidit esse veniale quod erat mortiferum, in Adam praecessit mentis
*127va* elatio | sicut et de muliere dictum est.

12. Ad duodecimum dicendum quod in his quorum notitiam non habebat, a deceptione defendi poterat partim ab interiori, quia eius intellectus in alteram partem inclinatus non esset nisi a sufficienti motivo, partim et principalius a divina providentia quae eum a deceptione servasset immunem.

13. Ad tertium decimum dicendum quod in statu quo peccavit divinum ei auxilium non defuisset ne seduceretur si ad Deum se convertisset; quod quia non fecit, in peccatum et seductionem decidit: et tamen illa seductio peccatum consecuta est, ut ex dictis patet.

14. Ad quartum decimum dicendum quod quidam dicunt quod Adam in statu innocentiae non somniasset, sed istud non est necessarium: somnii enim visio non est in parte intellectiva sed in parte sensitiva, unde deceptio non fuisset in intellectu qui liberum usum in somno non habuisset sed magis in parte sensitiva.

15. Ad quintum decimum dicendum quod quando sensus repraesentat secundum quod accipit non est falsitas in sensu, ut Augustinus dicit in libro De vera religione, sed falsitas est in intellectu qui iudicat hoc modo esse in rebus sicut sensus demonstrat; quod numquam in Adam fuisset, quia vel a iudicio cessasset intellectus, ut in somniis, vel in vigilando de sensibilibus iudicans verum iudicium habuisset.

## Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum pueri qui ex Adam in statu innocentiae nascerentur plenam rerum omnium scientiam haberent sicut et Adam habuit. Et videtur quod sic quia, secundum Anselmum, qualis fuit Adam tales etiam filios generasset; sed Adam habuit omnium naturalium plenam scientiam, ut dictum est prius; ergo et illam eius filii mox nati habuissent.

2. Praeterea, sicut affectus perficitur virtute ita intellectus scientia; sed Adam filii in statu innocentiae nati mox cum plenitudine omnium virtutum nati essent: transfudisset enim in eos

A 316 instanti (*ex* instantim pA) *em.* A 324 non] *idem mac. praem.* pA 331 antequam] ante quam A q *praem.* pA 334 esse] *idem mac. praem.* pA 338 illam *scrips.*] *conf.* (*scil.* inllam) A 342 duodecim] xij sA aliud pA 354 consequuta A 359 deceptio] illa *add.* pA
10 Adam *sic* A

Φ 319 fuit] in *add.* β $\delta^2$ sive in $\delta^1$ 340 mortiferum] mortale α γ mortalis β 353 decidit] cecidit Φ (-δ) 364 secundum *om.* Φ (-δ) 370 somniis] sompnis Φ sensibilibus] sensibus γ δ 371 iudicium] medium α β
3 haberent] habuissent Φ 5 generasset] genuisset Φ (-δ) 6 habuit (habuisset γ) *post* scientiam Φ (-δ) 10 Adam filii *inv.* Φ (-δ)

356 quidam: cf. *Summa fr. Alexandri* I-II n. 471 (p. 638) et Bonaventura *Super Sent. II* d. 23 a. 2 q. 2. 366 Cap. 33 (PL 34, 149).
1 Parall.: *Super Sent. II* d. 23 q. 2 a. 2; *I Pars* q. 101 a. 1. utrum...: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 20 c. 5. 5 Cf. *De conceptu virginali* cap. 23 (PL 158, 456). 7 prius: supra a. 4.

originalem iustitiam ut Anselmus dicit; ergo et similiter omnem scientiam habuissent.

3. Praeterea, secundum Bedam, infirmitas, concupiscentia, ignorantia et malitia consequuntur ex peccato; sed in pueris mox natis nulla fuisset concupiscentia, infirmitas vel malitia; ergo nec etiam ignorantia aliqua, et ita habuissent omnem scientiam.

4. Praeterea, magis decuit eos nasci perfectos in anima quam in corpore; sed in corpore absque omni defectu nati fuissent; ergo et in anima absque omni ignorantia.

5. Praeterea, homo in statu innocentiae, secundum Damascenum, fuit sicut alius angelus; sed angeli mox in sua conditione omnium naturalium notitiam habuerunt; ergo et eadem ratione homines in statu innocentiae.

6. Praeterea, eiusdem naturae fuit anima Adae et animae filiorum eius; sed anima Adae in sui principio condita fuit omni plena scientia naturali, ut dictum est; ergo et animae filiorum eius in eadem scientiae plenitudine conderentur.

7. Praeterea, maior perfectio cognitionis debetur homini quam aliis animalibus; sed alia animalia mox nata habent naturalem extimationem convenientis et nocivi, sicut agnus fugit lupum et sequitur matrem mox natus; ergo multo fortius pueri in statu innocentiae perfectam scientiam habuissent.

SED IN CONTRARIUM est auctoritas Hugonis de Sancto Victore qui dicit quod non fuissent nati perfecti in scientia sed ad eam per temporis spatium pervenissent.

2. Praeterea, cum anima sit corporis perfectio, oportet proficere proportionaliter animam et corpus; sed pueri in statu innocentiae non habuissent perfectam staturam in corpore sicut et Adam habuit in principio suae conditionis; ergo eadem ratione nec habuissent plenam scientiam sicut Adam habuit.

3. Praeterea, filiorum est accipere a patre esse, naturam et disciplinam; sed si filii Adam mox nati plenam scientiam habuissent, ab eo disciplinam non potuissent accipere; ergo non servaretur inter eos et primum parentem completus paternitatis ordo.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hoc est duplex opinio: quidam enim dicunt quod pueri in statu innocentiae, quantum ad ea quae sunt animae, perfecti fuissent sicut et Adam, et quantum ad virtutes et quantum ad scientiam; quod autem non essent perfecti secundum corpus hoc erat propter necessitatem materni uteri, quia oportebat nasci. Alii vero sequentes Hugonem dicunt quod sicut secundum corpus non statim accepissent perfectam staturam sed ad eam profecissent tempore, ita etiam ad perfectam scientiam tempore pervenissent.

Ut autem sciatur quae harum opinionum verior sit, sciendum est quod alia ratio est de Adam et de filiis eius mox natis: Adam enim quia instituebatur ut principium totius humani generis oportuit ut statim conditus non solum haberet id quod pertinet ad principium naturalis perfectionis sed id quod pertinet ad terminum. Filii autem eius, qui non constituebantur ut principium humani generis sed ut ex principio existentes, non oportebat in termino perfectionis naturalis institui; sufficiebat autem si habebant tantum de perfectione mox nati quantum initium naturalis perfectionis requirit. Initium autem naturalis perfectionis quoad cognitionem secundum duas opiniones

A 32 omni] oio (*inc.* omnino) *praem.* pA 36-42 Praeterea...habuissent *in marg. inf.* A] *om.* pA 48 proportionaliter *em.* A] *conf.* pA 52 habuissent *scrips.*] habuisset *casu compl. abbr. om.* A 55 Adam A 58 inter...completus] comp (p *imp.*) *praem.* pA 86 quoad] per *et quandam litt. imp. add.* pA

Φ 13 Anselmus dicit *inv.* Φ (-δ) 18 concupiscentia...malitia *inv.* Φ (-δ) 21-34 Praeterea...conderentur (*scil. arg.* 4-6) *om.* α 31-34 sed...eius *hom. om.* δ 38 extimationem] estimationem Φ (-$\delta^2$) 40 mox natus *ante* fugit Φ (-δ) 49 et] ad Φ (-δ) 51 et *om.* Φ (-δ) conditionis] cognitionis Φ (-δ) 56 plenam *post* habuissent Φ (-δ)

13 Cf. *De conceptu virginali* cap. 23 (PL 158, 456). 15 De hac sententia Bedae communiter adscripta, nihil invenimus. 26 *De fide* II c. 11 (PG 94, 916 C; Bt 109). 33 dictum est: supra a. 4. 39 agnus...natus: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 20 c. 4. 44 Cf. *De sacramentis* I p. VI c. 26 (PL 176, 279). 49 pueri...conditionis: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 20 c. 4. 54 filiorum...disciplinam: Arist. *Ethic.* VIII 11 (1161 a 16) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 42 q. 1 a. 2 ad 9. 61 quidam: opinio iam citata a Petro Lomb. *Lib. Sent.* II d. 20 c. 4-5. 67 Alii: Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 20 c. 5, *Summa fr. Alexandri* I-II n. 502 (p. 718) et Bonaventura *Super Sent. II* d. 20 dubia V-VI. 68 *De sacramentis* I p. VI c. 26 (PL 176, 278-279). 74 Adam$^2$: vide supra a. 4.

diversimode assignatur. Quidam enim, ut platonici, posuerunt quod anima ad corpus venit plena omnibus scientiis sed nube corporis opprimitur et impeditur ne scientia habita libere uti possit nisi quantum ad quaedam universalia, sed postmodum per exercitium studii | *127vb* et sensuum huiusmodi impedimenta tolluntur ut libere sua scientia uti possit: et sic discere dicunt esse idem quod reminisci. Quod si haec opinio vera esset tunc oporteret dicere quod pueri mox nati in statu innocentiae omnium scientiam habuissent, quia corpus in statu illo erat omnino animae subditum, unde per molem corporis non potuisset anima ita opprimi ut suam perfectionem quodam modo amitteret.

Sed quia haec opinio procedere videtur ex hoc quod eadem ponitur natura animae et angeli, ut sic anima in suae creationis principio plenam scientiam habeat sicut et intelligentia dicitur esse plena formis creata, – ratione cuius platonici dicebant animas fuisse ante corpora et post corpus redire ad compares stellas quasi quasdam intelligentias –, quae quidem opinio non est consona catholicae veritati, ideo secundum opinionem Aristotilis alii dicunt quod intellectus humanus est ultimus in ordine intelligibilium sicut materia prima in ordine sensibilium; et sicut materia secundum sui essentiam considerata nullam formam habet, ita intellectus humanus in sui principio est « sicut tabula in qua nihil est scriptum », sed postmodum in eo scientia per sensus acquiritur virtute intellectus agentis. Sic igitur principium naturalis humanae cognitionis est esse quidem in potentia ad omnia cognoscibilia, non habere autem a principio notitiam nisi eorum quae statim per lumen intellectus agentis cognoscuntur, sicut sunt prima principia universalia. Et sic non oportuit filios Adam mox natos omnem scientiam habuisse sed ad eam tempore proficientes pervenissent. Sed tamen aliquam scientiam in eis perfectam ponere oportet, scilicet scientiam eligendorum et vitandorum quae ad prudentiam pertinet, quia sine prudentia ceterae virtutes esse non possunt ut probatur in VI Ethicorum, quas oportebat pueros habere propter originalem iustitiam. Et haec opinio mihi videtur verior si consideretur id quod naturae integritas requirebat; si autem aliquid aliud ex divina gratia eis fuisset collatum ultra id quod requirit naturae integritas, hoc asseri non potest cum non habeatur ex auctoritate expressum.

1. Ad primum igitur dicendum quod qualis fuit Adam tales filios genuisset quantum ad ea quae sibi debebantur ex natura speciei; sed quantum ad ea quae sibi debebantur ut erat principium totius humani generis, non oportebat quod filii ei similes nascerentur.

2. Ad secundum dicendum quod ad perfectam coniunctionem cum Deo quam requirebat innocentiae status, omnes virtutes requiruntur, non autem omnes scientiae.

3. Ad tertium dicendum quod quamvis pueri mox nati non habuissent omnem scientiam, non tamen ignorantiam habuissent quae ex peccato consequitur, quae est nescientia eorum quae debent sciri; habuissent enim nescientiam eorum quae status eorum non requirebat ut scirent.

4. Ad quartum dicendum quod etiam in

A 115 considerata *hic transp.* A] *post* habet pA 133 Et haec opinio] § Ad primum igitur dicendum quod qualis fuit adam tales filios genui *praem.* pA (*cf. lin.* 140) 145 ei] *idem conf. praem.* pA 153 nescientia] st *praem.* pA

Φ 97 omnium] omnem Φ 98 corpus] illud *add.* Φ (-δ) 101 quodam modo] *om.* δ omnino α β γ 104 suae...principio] sui creatione Φ (-δ) 117 est scriptum *inv.* Φ (-δ²) 124 prima *om.* Φ (-δ) 125 omnem] omnium Φ (-γ) 128 perfectam ponere *inv.* Φ (-δ) 129 scientiam *post* vitandorum Φ (-δ) 131 in *om.* Φ (-δ) 132 quas] utique *add.* Φ (-δ) 137 requirit] requirebat *post* integritas α γ 138 ex auctoritate] *om.* δ auctoritate β 144 totius *om.* α δ 147 requirebat...status] status innocentie requirebat Φ (-δ) 157 etiam *om.* Φ (-δ)

88 platonici: cf. Tullius *Tuscul. disput.* I c. 24 n. 57-59, August. *De Trin.* XII c. 15 (PL 42, 1011) et *De quant. anim.* cap. 20 (PL 32, 1055), Macrobius *Comment. in somn. Scipionis* I c. 12 n. 6-10, Nemesius *De nat. hom.* cap. 2 (PG 40, 552; Bd [33], Boetius *De consol.* III metr. 11 (PL 63, 777 A). 105 intelligentia...creata: *Liber de causis* prop. 10 (9) ut refert Thomas e. g. supra q. 8 a. 5 60. 107 platonici: cf. Plato *Timaeus* Chalcidio interprete (ed. Waszink, pars II p. 37,9 sqq.) et Macrobius *Comment. in somn. Scipionis* I c. 11 n. 11-12 et cap. 12. Pro hac opinione cf. Albertus *Summa de homine* q. 5 a. 3. 110 non... veritati: cf. ipse Thomas *Cont. Gent.* II c. 83 versus finem. 111 alii: Averroes *De anima* III comm. 5 et 17 (VI¹, 139 B et 160 F) ut refert Thomas supra q. 10 a. 8 261. 116 « sicut...scriptum »: Arist. ut supra q. 8 a. 5 63. 122 statim...universalia: Arist. ut supra q. 10 a. 12 79. 132 *Ethic.* VI 11 (1144 b 32).

corpore puerorum non fuisset aliquis defectus quo privarentur bono tunc eis debito. Erat tamen in eorum corporibus carentia alicuius boni quod eis postmodum accessisset, sicut staturae perfectae et dotum gloriae: et similiter est dicendum ex parte animae.

5. Ad quintum dicendum quod angeli secundum gradum naturae sunt altiores animabus quamvis quantum ad beneficia gratiae animae eis esse possint aequales; unde non oportet de natura animae concedere quod angelo naturaliter debetur. In statu autem innocentiae dictus est homo quasi alius angelus propter plenitudinem gratiae.

6. Ad sextum dicendum quod quamvis anima Adae et animae filiorum eius sint eiusdem naturae non tamen eiusdem officii, quia anima Adae constituebatur ut quidam fons unde in omnes posteros disciplina proveniret, et ideo oportebat eam statim esse perfectam, quod non oportuit de animabus filiorum.

7. Ad septimum dicendum quod animalia bruta in sui principio accipiunt naturalem extimationem ad cognoscendum nocivum et conveniens, quia ad hoc ex propria inquisitione pervenire non possunt. Homo autem ad hoc et multa alia potest per rationis inquisitionem pervenire, unde non oportuit quod omnis scientia homini naturaliter insit. Et tamen scientia operabilium ad prudentiam pertinens est homini naturalior quam scientia speculabilium: unde quidam inveniuntur naturaliter prudentes, non autem naturaliter scientes, ut dicitur in VI Ethicorum; et propter hoc etiam prudentiam non obliviscuntur homines de facili sicut scientiam. Et ideo etiam pueri magis tunc fuissent perfecti in his quae pertinent ad prudentiam quam in his quae pertinent ad scientiam speculativam, ut dictum est.

## Articulus octavus

Octavo quaeritur utrum pueri mox nati in statu innocentiae usum rationis plenarie habuissent. Et videtur quod sic, quia si impediti fuissent, hoc non fuisset nisi propter defectum corporis; sed corpus in statu illo in nullo resistebat animae; ergo nec poterat usus rationis impediri. *128ra*

2. Praeterea, virtus vel potentia quae non utitur organo non impeditur in sua operatione propter organi defectum; sed intellectus est potentia non utens organo ut dicitur in III De anima; ergo actus intellectus non poterat tunc impediri propter defectum organi corporalis.

3. Si dicatur quod impediebatur propter defectum corporis in quantum intellectus accipiebat a sensibus, contra: intellectus est superior quam aliqua sensitiva potentia; sed hoc videtur esse inordinatum quod superius ab inferiori accipiat. Cum igitur nulla inordinatio fuerit in natura hominis in statu illo, videtur quod non oportuisset intellectum a sensibus accipere.

4. Praeterea, intellectus indiget sensibus ad hoc ut per eos scientiam acquirat; cum autem scientiam acquisierit non indiget eis, sicut nec homo equo postquam explevit iter suum ut dicit Avicenna; sed secundum unam opinionem, pueri in statu innocentiae habuerunt plenarie habitus omnium scientiarum; ergo non poterant impediri quin uterentur scientia habita propter imperfectionem organorum sensibilium.

5. Praeterea, defectus organorum corporalium magis impedit sensum quam intellectum; sed pueri non patiuntur tantum defectum corporalem quin possint videre et audire; ergo nec propter defectum corporalem eorum intel-

A 159 quo] etiam *add.* pA 165 sunt *conf.* A 167 esse possint] possunt *praem.* pA 168 concedere: *postea brevis rasura* A 175 fons *em.* A] *conf.* pA 187 ad...est] est *praem.* pA 12 poterat] potuit *praem.* pA 34 magis] natus *add.* pA

Φ 162 et² *om.* Φ (-δ) 166 beneficia] beneficium Φ (-δ) 167 eis] eius γ *post* possint δ possint] possunt Φ (-δ) 168 animae *om.* Φ (-δ) 172-178 Ad sextum...filiorum *om.* α 191 in VI *om.* Φ (-δ) 29 habitus *om.* Φ (-δ) 36 possint] possunt β possit δ

191 *Ethic.* VI 9 (1143 b 6).

1 Parall.: *Super Sent. II* d. 20 q. 2 a. 2; *I Pars* q. 101 a. 2. utrum pueri mox nati...: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 20 c. 5. 12 *De anima* III 7 (429 a 26). 27 *De anima* V c. 3 (f. 24ra A); secundum unam opinionem: cf. supra a. 7 61. 37 eorum...peccati: cf. supra a. 7 arg. 3.

lectus impeditur sed, ut videtur, propter poenam primi peccati: haec autem ante peccatum non fuisset; ergo tunc pueri plenum usum intellectus habuissent mox nati.

6. Praeterea, sicut se habent animalia bruta ad naturalem extimationem, ita se habet homo ad notitiam quam naturaliter habet; sed bruta animalia mox nata uti possunt naturali extimatione; ergo et pueri in statu innocentiae mox nati uti poterant naturali notitia ad minus primorum principiorum.

7. Praeterea, Sap. IX [15] dicitur « Corpus quod corrumpitur aggravat animam »; sed corpus hominis in statu innocentiae non erat corruptibile; ergo ex eo anima non aggravabatur quin liberum usum rationis haberet.

SED CONTRA, omnis actio quae est communis animae et corpori impeditur propter corporis defectum; sed intelligere est actio animae et corpori communis ut patet in I De anima; ergo ex defectu sive imperfectione quam patiebantur pueri in corpore, usus rationis poterat impediri.

2. Praetera, secundum Philosophum in III De anima, « nequaquam sine phantasmate intelligit anima »; sed usus phantasiae impeditur per defectum organi corporalis; ergo et usus intellectus, et sic idem quod prius.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hoc est duplex opinio: quidam enim dicunt quod pueri in statu innocentiae habuissent plenum usum omnium corporalium membrorum et quod ista ineptitudo membrorum quae in pueris nunc videtur, ut scilicet non possint uti pedibus ad incedendum et manibus ad scalpendum, et sic de aliis, totaliter ex primo peccato provenit. Alii autem considerantes huiusmodi ineptitudines ex principiis naturalibus causari, utpote ex humiditate quam necesse est in pueris habundare, dicunt quod etiam in statu innocentiae membra puerorum non fuissent omnino habilia ad suos actus, quamvis nec omnino ita deficientia sicut et modo sunt, quia nunc cum eo quod est naturae adiungitur id quod est corruptionis; quae quidem opinio probabilior videtur. Unde cum necesse sit humiditatem praecipue in cerebro habundare in pueris in quo vis imaginativa et extimativa et memorativa et sensus communis sua organa habent, harum virtutum actus praecipue necesse erat impediri, et per consequens intellectum qui immediate ab huiusmodi potentiis accipit et ad eas se convertit quandocumque est in actu; et tamen non tantum fuisset usus intellectus ligatus in pueris sicut nunc est. Si autem alia opinio esset vera, tunc in nullo usus intellectus in pueris ligatus esset.

1. Ad primum igitur dicendum quod anima dupliciter a corpore potest impediri: uno modo per modum contrarietatis, quod fit dum corpus animae resistit et eam obnubilat, quod quidem in statu innocentiae non fuisset. Alio modo per modum impotentiae et defectus in quantum scilicet corpus non est sufficiens ad omnia illa explenda ad quae anima quantum est de se sufficiens esset; et hoc modo animam a corpore fuisse impeditam in statu innocentiae nihil prohibuit. Sic enim constat quod per corpus impediebatur ne obstrusa transiret, ne tanta facilitate locum mutaret quanta cum est separata mutat; et per hunc modum impediebatur ne usum potentiarum perfecte habere posset. In hoc tamen nullus dolor fuisset quia anima propter sui or-

A 74 ineptitudines ex] e *praem.* pA 82 quae] . Si autem prima opinio vera est *praem.* pA (*cf. lin.* 92) 89 eas se] se *praem.* pA 93 tunc] *quandam litt. mac. praem.* pA 104 impeditam *em.* A] *conf.* pA prohibuit *scrips.*] prohibit *casu compl. abbr. om.* A 108 potentiarum] *idem mac. praem.* pA 110 propter sui ordinationem *infra lin. in marg. infer.* A] *om.* pA

Φ 43 extimationem] estimationem Φ (-$\delta^2$) 45 extimatione] estimatione Φ (-$\delta^2$) 46 in statu innocentiae *om.* Φ (-δ) 49 dicitur *om.* Φ (-δ) 50 aggravat animam] etc. Φ (-δ) 64 per] propter Φ 69 corporalium *om.* Φ (-δ) 71 ut scilicet *inv.* Φ (-δ) 72 et[1] *om.* Φ (-δ) scalpendum] palpandum δ 77 etiam] *om.* $\delta^1$ *ante* quod β 79 deficientia] deficerent Φ (-δ) 80 sunt *om.* Φ (-δ) 81 adiungitur] additur Φ (-δ) 83 necesse] necessarium Φ (-δ) 85 extimativa] estimativa Φ (-$\delta^2$) 86 sua organa *inv.* Φ (-δ) 87 praecipue *om.* Φ (-δ) 102-103 anima...modo *hom. om.* $\delta^2$ 102 est] esset (*ante* sufficiens $\delta^1$) Φ *def.* $\delta^2$ 103 a corpore...impeditam *post* innocentiae Φ (-δ) 104 prohibuit] prohibet Φ

44 bruta...extimatione: cf. Petrus Lomb. ut supra a. 7 39. 57 *De anima* I 10 (408 b 11). 62 Cap. 7 (431 a 16) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 344,8). 67 quidam: *Summa fr. Alexandri* I-II n. 503 (p. 721). 74 Alii: Bonaventura *Super Sent. II* d. 20 dub. 5. 84 in cerebro...habent: cf. e. g. Avicenna *De anima* V c. 8 (f. 28$^{va}$).

dinationem non imperasset nisi quod corpus exequi posset.

*128rb* 2. Ad secundum dicendum quod quamvis intellectus non utatur organo tamen accipit a potentiis quae organo utuntur, et ideo propter impedimentum vel defectum corporalium organorum eius actus impeditur.

3. Ad tertium dicendum quod species intelligibilis id quod in ea formale est, per quod est intelligibilis actu, habet ab intellectu agente qui est potentia superior intellectu possibili quamvis id quod in ea materiale est a phantasmatibus abstrahatur. Et ideo magis proprie intellectus possibilis a superiori accipit quam ab inferiori, cum id quod ab inferiori est non possit accipi ab intellectu possibili nisi secundum quod accipit formam intelligibilitatis ab intellectu agente. — Vel dicendum quod inferiores vires quantum ad aliquid etiam superiores sunt, maxime in virtute agendi et causandi ex hoc ipso quod sunt propinquiores rebus exterioribus quae sunt causa et mensura cognitionis nostrae. Et hinc est quod sensus non per se sed secundum quod est informatus specie rei sensibilis ministrat imaginationi, et sic deinceps.

4. Ad quartum dicendum quod secundum Philosophum in III De anima, intellectiva anima comparatur ad phantasmata sicut ad obiecta, unde non solum indiget intellectus noster converti ad phantasmata in acquirendo scientiam sed etiam in utendo scientia acquisita; quod patet ex hoc quod si laedatur organum imaginativae virtutis, ut fit in phraeneticis, etiam scientia prius acquisita homo uti tunc non potest dum anima est in corpore. Dictum autem Avicennae intelligitur de anima a corpore separata, quae habet alium modum intelligendi.

5. Ad quintum dicendum quod quia imaginativae virtutis organum, et memorativae et cogitativae, est in ipso cerebro quod est locus summae humiditatis in corpore humano, ideo etiam propter habundantiam humiditatis quae est in pueris, magis impediuntur actus harum virium quam etiam sensuum exteriorum: intellectus autem accipit immediate non a sensibus exterioribus sed ab interioribus.

6. Ad sextum dicendum quod quaedam alia animalia naturaliter sunt siccae complexionis, et ideo in principio suae creationis non est in eis tanta humiditatis habundantia quae multum actus sensuum interiorum impediat. Homo autem naturaliter est temperatae complexionis et oportet quod in eo habundet calidum et humidum; et ideo in principio suae generationis oportet quod proportionaliter in eo maior humiditas inveniatur: in omnibus enim generationibus animalium et plantarum principium ab humore sumitur.

7. Ad septimum dicendum quod corpus quod corrumpitur aggravat animam non solum per impotentiam sed etiam per resistentiam et obnubilationem; sed corpus hominis in statu innocentiae impediebat actus animae solum per imperfectionem virtutis vel dispositionis.

A 112 posset *in appendice col.* 128ra 128 vires] *quandam litt. imp. praem.* pA 134 quod est] q (*ut videtur*) *add.* pA 142 si laedatur: *coniunctim* A 143 freneticis A 148 quia] usus *add.* pA 159 creationis A: *fort. loco* generationis *e lapsu auditus* (*cf. lin.* 164 *et* 166) 161 impediat *scrips.*] impediant *casu* A 169 corpus...solum] sol *praem.* pA

Φ 120 qui] que Φ (-δ) 134 specie] speciei Φ (-δ) 135 imaginationi] -tionem Φ (-δ) -tivam δ1 148 quia] usus (*induc.* pA) β *om.* α γ 151 ideo] et *praem.* Φ (-δ) 156 ab *om.* Φ 159 creationis] nativitatis Φ 172 obnubilationem] obnubilionem γ δ1 obnubilonem δ2 174 per] propter Φ

137 *De anima* III 12 (431 a 14). 143 ut fit in phraeneticis: cf. August. *De Gen. ad litt.* XII c. 19 (PL 34, 470). 150 locus summae humiditatis: cf. Arist. *De part. animal.* II c. 7 (653 a 33) sec. transl. Scoti, apud Albertum *De animal.* XII tr. 2 c. 2 n. 120 (St I, 845), *De sensu* 5 (438 b 29) et 13 (444 a 30). 158 animalia...complexionis: e. g. caprae sec. Thomam *Super Sent. II* d. 20 q. 2 a. 1 ad 5. 161 Homo...complexionis: cf. e. g. Avicenna *Canon medic.* I fen 1 doctr. 3 c. 2. 166 in...sumitur: cf. Albertus *De morte et vita* tr. 2 c. 6.

## QUAESTIO UNDEVICESIMA

# De cognitione animae post mortem

1. *Utrum anima post mortem possit intelligere.*
2. *Utrum anima separata singularia cognoscat.*

## Articulus primus

Quaestio est de cognitione animae post mortem. Et primo quaeritur utrum anima post mortem possit intelligere. Et videtur quod non: nulla enim operatio communis animae et corpori potest remanere in anima post mortem; sed intelligere est operatio animae et corpori communis: dicit enim Philosophus in I De anima quod « dicere animam intelligere simile est ac si dicatur texere vel aedificare »; ergo anima post mortem non potest intelligere.

2. Sed dicebat quod Philosophus loquitur de actu intelligendi qui competit animae secundum faciem inferiorem, non autem de illo qui sibi competit secundum faciem superiorem. — Sed contra, facies superior animae est secundum quam ad divina convertitur; sed homo etiam cum intelligit aliquid ex divina revelatione suum intelligere dependet a corpore, quia oportet quod intelligere etiam illud sit per conversionem ad phantasmata, quae in organo corporali sunt; ut enim dicit Dionysius I cap. Caelestis hierarchiae « Impossibile est nobis aliter lucere divinum radium nisi varietate sacrorum velaminum circumvelatum », et appellat velamina ipsas corporales formas sub quibus spiritualia revelantur; ergo intelligere quod animae competit secundum superiorem faciem a corpore dependet, et sic nullo modo intelligere in anima post mortem manet.

3. Praeterea, Eccl. IX[5] dicitur ' Viventes sciunt se esse morituros, mortui vero nihil noverunt amplius ': glosa « quia non proficiunt amplius »; ergo videtur quod anima post mortem vel nihil cognoscat si li amplius temporaliter sumatur, vel quod saltim nihil possit intelligere eorum quae prius non intellexit, sic enim proficeret, quod est contra glosam.

4. Praeterea, secundum Philosophum in III De anima, sicut se habet sensus ad sensibilia, ita se habet anima intellectiva ad phantasmata; sed sensus nihil potest sentire nisi sensibilia ei praesententur; ergo nec anima humana aliquid potest intelligere nisi praesententur ei phantasmata; sed phantasmata non praesentabuntur ei post mortem, quia illa non praesentantur nisi in aliquo organo corporali; ergo anima post mortem non potest intelligere.

5. Sed dicebat quod Philosophus loquitur de anima secundum statum quo est in corpore.

A 16 contra] illud *add.* pA 22 cap.] p *imp. praem.* pA 24 varietate *em.* A] *conf.* pA 26 corporales *in marg.* A] spirituales pA 27 quod animae *inv.* pA 29 et *em.* A] *conf.* pA

Φ 5 et corpori] corporique Φ (-δ) 16 Sed *om.* Φ 18 intelligit aliquid *inv.* Φ (-δ) 23 nobis aliter *inv.* Φ (-δ) 28 animae competit *inv.* Φ (-δ) 32 nihil] non Φ noverunt] noverant Φ (-δ) 40-42 ad sensibilia...sensus *hom. om.* $\delta^2$ 41 anima intellectiva] intellectus α $\delta^1$ (*def.* $\delta^2$) 43 praesententur] represententur Φ (-δ) ergo nec...praesententur *hom. om.* $\delta^2$ 44 praesententur] represententur γ $\delta^1$ (*def.* $\delta^2$) 45 praesentabuntur] representabuntur Φ (-δ) 46 praesentantur] representantur Φ (-δ)

1 Parall.: *Super Sent. IV* d. 50 q. 1 a. 1; *I Pars* q. 89 a. 1; *De anima* a. 15; *Quodlib.* III q. 9 a. 1. 8 *De anima* I 10 (408 b 11). 16 facies superior animae: cf. Avicenna *De anima* I c. 5 (f. $5^{va}$), Algazel *Metaph.* p. II tr. 4 diccio 5 (ed. Muckle, p. 172), Gundissalinus *De immort. animae* (ed. Bülow, p. 19), Guill. Altiss. *Summa aurea* IV c. De damnatione reproborum q. 4 (f. $305^{vb}$). 23 § 2 (PG 3, 121 B) sec. transl. Eriugenae (Dion. 733). 25 appellat: ibid. § 3 (PG 3, 124 A; Dion. 738). 33 *Glossa interlin.* 35 li: vide supra q. 1 a. 1 206 in nota. 40 *De anima* III 12 (431 a 14).

— Sed contra, obiectum determinatur potentiae secundum naturam ipsius potentiae; sed eadem est natura animae intellectivae ante mortem | et post; ergo si anima intellectiva ante mortem ordinatur ad phantasmata sicut ad obiecta, videtur quod et post mortem similiter, et sic idem quod prius.

128va

6. Praeterea, anima non potest intelligere si ab ea potentia intellectiva removeatur; sed post mortem potentiae intellectivae, scilicet agens intellectus et possibilis, non manent in anima; huiusmodi enim potentiae competunt ei secundum unionem ad corpus: si enim non esset unita corpori non haberet huiusmodi potentias, sicut nec angelus habet; ergo anima post mortem non potest intelligere.

7. Praeterea, Philosophus dicit in I De anima quod « intelligere corrumpitur quodam interius corrupto »; istud autem interius de quo Philosophus loquitur corrumpitur in morte; ergo et intelligere post mortem non erit.

8. Praeterea, si anima post mortem intelligit, oportet quod intelligat per aliquam potentiam, quia omne quod agit agit per potentiam activam, et quod patitur patitur per potentiam passivam. Aut igitur per eandem potentiam quam habuit in via aut per aliam: si per aliam tunc videtur quod quando a corpore separatur novae potentiae ei aggenerentur, quod non videtur esse probabile; si autem per eandem, hoc iterum non videtur cum potentiae quas nunc habet insint ei ex ratione unionis ad corpus, quae quidem unio in morte cessat; ergo anima post mortem intelligere non potest.

9. Praeterea, si potentia intellectiva in ipsa maneat, aut manet solum secundum quod fundatur in substantia animae aut secundum quod comparatur ad actum; sed non secundum quod fundatur in substantia animae quia si solum sic remaneret tunc non posset intelligere aliud nisi se; nec iterum secundum quod comparatur ad actum quia secundum quod comparatur ad actum perficitur per habitus quos in corpore acquisivit, qui quidem habitus a corpore dependent; ergo videtur quod potentia intellectiva post mortem non remaneat et sic post mortem anima non intelliget.

10. Praeterea, omne quod intelligitur vel intelligitur per essentiam intelligentis vel per essentiam rei intellectae vel per similitudinem rei intellectae in intelligente existentis; sed non potest dici quod anima intelligat res solum per essentiam ipsius rei intellectae quia sic non intelligeret nisi se ipsam et habitus et alia quorum essentiae praesentialiter sunt in ipsa. Similiter non potest dici quod intelligat solum per essentiam sui intelligentis quia sic, si intelligeret alia a se, oporteret quod essentia sua esset exemplar aliarum rerum sicut essentia divina est exemplar omnium rerum, ratione cuius Deus intelligendo essentiam suam omnia alia intelligit, quod de anima dici non potest. Similiter nec per similitudines rerum intellectarum in anima existentes, quia maxime videretur quod intelligeret per species quas in corpore acquisivit. Nec potest dici quod per eas solum intelligat, quia sic animae puerorum quae nihil a sensibus acceperunt nihil post mortem intelligerent; ergo videtur quod anima nullo modo post mortem possit intelligere.

11. Praeterea, si dicatur quod cognoscet per species concreatas, contra: quicquid est animae concreatum, aequaliter competit ei existenti in corpore et a corpore separatae; si igitur animae humanae concreatae sunt species quibus cognoscere possit, cognoscere per huiusmodi species non solum competit ei postquam est a corpore separata sed etiam dum est in cor-

A 53 eadem] e *conf. praem.* pA 63 corpus] ergo anima *add.* pA (*cf. lin.* 65) si *em.* A] *conf.* pA 69 de quo] q *praem.* pA 73 oportet] aut *praem.* pA (*cf. lin.* 76) 90 posset *scrips.*] possit *potius* A 95 potentia] anima *praem.* pA 99 essentiam] sui *praem.* pA 99 intelligentis vel] vel *praem.* pA 101 existentis *sic* A: *mendum ipsius Thomae, ut videtur, e* rei intellectae *attractionem logicam accipientis* 104 intelligeret *scrips.*] intelliget *casu compl. abbr. om.* A 108 oporteret *scrips.*] oportet A 116 eas] species ac *praem.* pA 118 nihil[1]...post mortem] post mortem *praem.* pA 123 animae] *idem conf. et imp. praem.* pA ei] *idem conf. praem.* pA

Φ 56 et] *om.*δ *ante* quod β 66 intelligere] si ab ea potentia intellectiva removeatur *add. ex lin.* 59 β 75 patitur[2] *om.* Φ 79 aggenerentur] aggenerantur Φ (-δ) 82 nunc] non α $\delta^1$ numero β γ 97 anima *ante* post Φ 101 existentis (*induc.* A) Φ 122 concreatas] creatas Σ

68 Cap. 4 (408 b 24) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 107,18). 98 omne...existentis: August. ut supra q. 10 a. 9 80.

pore; et sic videtur quod superfluerent species quas a rebus accipit.

12. Si autem dicatur quod dum est coniuncta corpori impeditur a corpore ne eis uti possit, contra: si corpus impedit usum istarum specierum aut hoc erit ratione corporeae naturae aut ratione corruptionis; sed non ratione naturae corporeae quia nullam habet contrarietatem ad intellectum, nihil autem est natum impediri nisi a suo contrario; similiter nec ratione corruptionis quia sic in statu innocentiae quando huiusmodi corruptio non erat, homo huiusmodi innatis speciebus uti potuisset et sic sensibus non eguisset quibus mediantibus a rebus anima species acciperet: quod videtur esse falsum; ergo videtur quod anima separata per species innatas non intelligat.

13. Si autem dicatur quod intelligit per species infusas, contra: huiusmodi species vel sunt ei infusae a Deo vel ab angelo; sed non ab angelo quia sic oporteret quod huiusmodi species ab angelo in anima crearentur; similiter nec a Deo quia non est probabile quod Deus infunderet dona sua existentibus in inferno, unde sequeretur quod animae in inferno non intelligerent; et ita non videtur quod per species infusas anima separata intelligat.

14. Praeterea, Augustinus in X De Trinitate v capitulo, assignans modum quo anima *128vb* cognoscit, sic dicit | quia anima « non secum potest introrsus tamquam in regionem incorporeae naturae ipsa corpora inferre, imagines eorum convolvit et rapit factas in semet ipsa de semet ipsa; dat enim eis formandis quiddam substantiae suae, servat autem aliquid quo libere de specie talium imaginum iudicet et hoc est magis mens, id est rationalis intelligentia, quae servatur et iudicet, nam illas animae partes quae corporum similitudinibus informantur, etiam cum bestiis nos communes habere sentimus ». In quibus verbis exprimitur quod iudicium animae rationalis est de imaginibus quibus informantur potentiae sensitivae. Sed huiusmodi imagines non manent post mortem cum sint receptae in organo corporali; ergo nec animae rationalis iudicium, quod est eius intelligere, post mortem remanet in anima.

SED CONTRA, secundum Damascenum nulla substantia destituitur propria operatione; sed propria operatio animae rationalis est intelligere; ergo post mortem anima intelligit.

2. Praeterea, sicut aliquid ex coniunctione ad corpus materiale redditur passivum ita per separationem ab eodem redditur activum; calidum enim et agit et patitur propter coniunctionem caloris ad materiam; si autem esset calor sine materia, ageret et non pateretur; ergo et anima per separationem a corpore redditur omnino activa. Sed quod potentiae animae non possint per se ipsas cognoscere sine exterioribus obiectis, hoc eis competit in quantum sunt passivae, sicut Philosophus dicit de sensu in II De anima; ergo anima post separationem a corpore poterit per se ipsam intelligere non accipiendo ab aliquibus obiectis.

3. Praeterea, Augustinus dicit in IX De Trinitate quod « mens ipsa sicut corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit, sic incorporearum rerum per semet ipsam »; sed ipsa semper sibi praesens erit; ergo poterit ad minus intelligentiam habere de incorporeis rebus.

4. Praeterea, ut ex auctoritate Augustini inducta apparet, secundum hoc anima cognoscit res corporeas quod earum imagines convolvit et rapit in semet ipsa; sed hoc liberius facere

A 132 a corpore *hic transp.* A] *post* uti possit pA 137 nihil] contra *praem.* pA 141 uti *em.* A] *conf.* pA 152 in inferno] *idem conf. praem.* pA 156 Praeterea] § Preterea Augustinus dicit in x de trinitate (*primo deletum*) § Set contra secundum damascenum nulla substantia potest esse otiosa sive destituta propria operatione. set propria operatio anime rationalis est intelligere (*cf. lin.* 176-178) *praem.* pA: *totum deletur per* va-cat *et lineam transversam, ductam a* Preterea *ad* intelligere 179 intelligit] in *in fine lin. praem.* pA 180 aliquid] activum *add.* pA 181 materiale...passivum] p *imp. praem.* pA 194 IX] x *praem.* pA

Φ 135-139 sed non...corruptionis *hom. om.* $\delta^2$ 158 quia] quod $\gamma$ $\delta$ 161 convolvit] querit $\alpha$ $\delta^1$ queluit (*?*) $\delta^2$ 166 servatur] **servat** Φ (*def.* $\delta^2$) 186 per] post $\gamma$ $\delta$ 203 semet ipsa] se ipsa Φ (-$\delta$)

137 nihil...contrario: Arist. *De gen. et corr.* I c. 7 (324 a 2) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 44 q. 2 a. 1 qc. 1 arg. 3. 157 Cap. 5 (PL 42, 977). 176 *De fide* II c. 23 (PG 94, 949 B; Bt 142). 180 sicut...pateretur: cf. Arist. *De gen. et corr.* I c. 7 (324 b 4 sqq.). 191 *De anima* II 10 (417 a 2 sqq.) sec. interpretationem Averrois ibid. comm. 51 et 52 (VI$^1$, 76$^v$-77$^r$) ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 3 q. 2 a. 1 arg. 5. 195 Cap. 3 (PL 42, 963). 200 inducta: supra lin. 157.

poterit post separationem a corpore, maxime cum hoc de semet ipsa facere eam dicat Augustinus in auctoritate inducta; ergo a corpore separata poterit melius intelligere.

5. Praeterea, in libro De spiritu et anima dicitur quod anima a corpore separata trahit secum suas potentias; sed ratione suarum potentiarum dicitur cognoscitiva; ergo post mortem cognoscere poterit.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut dicit Philosophus in I De anima, si nulla operationum ipsius animae est ei propria, ut scilicet possit eam sine corpore habere, impossibile est ipsam animam separari a corpore: operatio enim cuiuslibet rei est quasi finis eius cum sit optimum in ipsa; unde, sicut firmiter secundum fidem catholicam sustinemus quod anima post mortem remaneat a corpore separata, ita etiam sustinere necesse est quod sine corpore existens intelligere possit. Sed modum intelligendi difficile est considerare, eo quod necesse est ponere eam habere alium modum intelligendi quam nunc habeat cum nunc manifeste appareat quod intelligere non possit nisi ad phantasmata convertatur, quae post mortem omnino non manent.

Quidam igitur dicunt quod sicut nunc a sensibilibus rebus species accipit mediantibus sensibus, ita tunc accipere poterit nullo sensu interveniente. Sed hoc videtur impossibile, quia ab extremo in extremum non fit transitus nisi per media; species autem in ipsa re sensibili habet esse maxime materiale, in intellectu autem summe spirituale, unde oportet quod in hanc spiritualitatem transeat mediantibus quibusdam gradibus, utpote quod in sensu habet spiritualius esse quam in re sensibili, in imaginatione autem adhuc spiritualius quam in sensu, et sic deinceps ascendendo.

Unde alii dicunt quod per species rerum a sensibus receptas dum erat in corpore et in ipsa anima conservatas, post mortem intelligit. Sed haec opinio a quibusdam sequentibus opinionem Avicennae improbatur. Cum enim anima intellectiva non utatur corporali organo ratione intellectus, non potest aliquid esse in parte intellectiva animae nisi in ratione intelligibilis. In virtutibus autem utentibus organo corporali potest aliquid conservari non in ratione cognoscibilis sed sicut in quodam subiecto corporali, ratione cuius contingit quod quaedam potentiae sensitivae sunt quae non semper actu apprehendunt species vel intentiones | in se conservatas, sicut patet de imaginatione et memoria: et sic videtur quod in parte intellectiva nihil conservetur nisi quod actu apprehenditur, et sic nullo modo per species prius receptas a rebus anima post mortem intelligere possit. Sed hoc non videtur verum, quia omne quod recipitur in aliquo recipitur in eo per modum recipientis. Cum autem substantia immaterialis habeat esse magis fixum et stabile quam substantia corporea, in parte intellectiva recipientur species firmius et immobilius quam in aliqua re materiali; et quamvis recipiantur in ea secundum rationem intelligibilis, non tamen oportet quod semper actu intelligantur, quia non semper sunt in ea in actu perfecto nec in potentia pura sed in actu incompleto qui est medius inter potentiam et actum, quod est esse aliquid habitualiter in intellectu. Unde etiam Philosophus vult quod anima intellectiva sit locus specierum in III De anima, utpote eas in se retinens et conservans. Sed tamen huiusmodi species receptae prius et conservatae non sufficiunt ad cognitionem quam necesse est ponere in anima separata, tum propter animas puerorum tum etiam propter hoc quod multa erunt cognita ab anima se-

*129ra*

A 222 existens *hic* A] *post* possit pA 235 media] ne *idem conf. inc. praem.* pA 248 intellectiva non] non *praem.* pA 253 subiecto *hic conf.* pA] *post* corporali *clare* A, *et ordinem dictatorum restituimus* 256 species *clare sub linea* A] *conf.* pA

Φ 228 convertatur] mutatur Φ (-δ) 229 manent] remanent Φ 239 utpote] ut potest Φ (-δ) 253 subiecto corporali *inv.* Φ

208 Cap. 15 (PL 40, 791). 214 *De anima* I 2 (403 a 10). 217 operatio...ipsa: Arist. *De caelo* II 4 (286 a 8) ut dicitur infra q. 24 a. 10 arg. 10. 219 secundum fidem catholicam: ps.-August. *De eccl. dogm.* cap. 16 (PL 58, 984 C-D) ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 79. 230 Quidam: Bonaventura ut videtur, cf. *Super Sent. IV* d. 50 p. II a. 1 q. 1 (p. 1046). 243 alii: Gundissalinus *De anima* cap. 10 (ed. Muckle, p. 97,12). 246 quibusdam: non invenimus. 247 *De anima* V c. 6 (f. 25$^{vb}$ sqq.) ut supra q. 10 a. 2 129. 248 corporali organo: Arist. *De anima* III 7 (429 a 26) ut dicitur supra q. 18 a. 8 12. 263 omne...recipientis: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota. 264 substantia...stabile: cf. *Liber de causis* prop. 9 (8) et ⟨Adam Pulchre-Mulieris⟩ *Liber de Intelligentiis* XLVI [4] (ed. Baeumker, p. 55). 277 Cap. 4 (429 a 27) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 303, 17).

parata quae nunc non cognoscuntur a nobis, ut poenae inferni et alia huiusmodi.

Et ideo alii dicunt quod anima separata quamvis a rebus non accipiat, habet tamen potestatem ut se ipsam rebus cognoscendis conformet apud rerum praesentiam, sicut videmus quod imaginatio aliquas formas componit ex se ipsa quas numquam per sensus accepit. Sed hoc etiam non potest stare, quia impossibile est quod sit idem aliquid quod educat se de potentia in actum; anima autem nostra est in potentia ad similitudines rerum quibus cognoscit, unde oportet quod efficiantur in actu non per ipsam animam sed per aliquid quod habet illas similitudines in actu vel per res ipsas vel per Deum in quo sunt omnes formae in actu. Unde nec etiam imaginatio aut intellectus aliquam formam de novo componit nisi ex aliquibus praeexistentibus sicut componit formam montis aurei ex praeexistentibus similitudinibus auri et montis.

Et ideo alii dicunt quod formae quibus anima separata intelligit sunt ei impressae a Deo ab ipsa sua creatione, per quas secundum quosdam etiam nunc intelligimus, ita quod per sensus non acquiruntur animae novae species sed tantum modo excitatur anima ad species quas in se habet intuendas, secundum quod platonici dixerunt, qui volebant quod addiscere nihil erat nisi reminisci. Sed huic opinioni experientia contradicit; videmus enim quod qui caret uno sensu caret una scientia, utpote carens visu non potest scientiam habere de coloribus, quod non esset si anima non indigeret a sensibus accipere species quibus cognoscat. Secundum alios vero per has species concreatas anima corpori coniuncta nihil intelligit, a corpore impedita; intelliget autem per eas cum erit a corpore separata. Sed hoc etiam durum videtur, ut species quae naturaliter inditae sunt animae totaliter a corpore impediantur cum tamen coniunctio corporis ad animam non sit accidentalis animae sed naturalis: non enim invenimus duorum quae sunt naturalia uni rei unum esse totaliter alterius impeditivum, alias alterum esset frustra. Dissonat etiam haec positio ab opinione Philosophi in III De anima, qui comparat intellectum humanae animae tabulae in qua nihil est scriptum.

Et ideo aliter dicendum est quod unumquodque recipit influentiam a suo superiori per modum sui esse. Esse autem animae rationali acquiritur quodam modo medio inter formas separatas et formas materiales. Formae enim separatae, scilicet angeli, recipiunt esse a Deo non dependens ab aliqua materia nec in aliqua materia; formae vero materiales esse a Deo accipiunt et in materia existens et a materia dependens, quia sine materia conservari non potest; anima vero rationalis acquirit esse a Deo, in materia quidem existens in quantum est forma corporis, ac per hoc secundum esse corpori unita, non autem a corpore dependens, quia esse animae sine corpore conservari potest. Et ideo etiam influentiam a Deo medio modo recipit anima rationalis inter angelos et substantias materiales. Recipit enim intellectuale lumen hoc modo ut eius intellectiva cognitio habeat ordinem ad corpus in quantum a corporeis potentiis accipit ⟨phantasmata⟩ et ad ea respicere habeat in actu considerando; in quo inferior angelis invenitur. Et tamen hoc lumen non est corpori obligatum, ut eius operatio per organum corporeum compleatur; in quo invenitur superior omni materiali forma, quae non operatur nisi operationem cui communicat materia. Sed quando anima erit a corpore separata, sicut esse suum habebit neque a

A 299 Unde *hic transp.* A] *post* etiam pA 309 ad] ut *praem.* pA 311 adiscere A 321 separata] sp *idem conf. inc. praem.* pA 324 animam *em.* A] ianimam pA 329 haec positio *hic transp.* A] *post* Philosophi pA 333 a suo] s *praem.* pA 334 esse[1]] *idem conf. in fine lin. praem.* pA 335 formas separatas] angelos *praem.* pA 347 medio *hic conf.* pA] *clare post* modo A, *et ordinem dictatorum restituimus* 352 ⟨phantasmata⟩ *suppl.*] *om.* A 354 invenitur] *idem conf. praem.* pA 359 erit] *idem conf. praem.* pA 360 esse] *idem mac. praem.* pA neque] *idem conf. praem.* pA

Φ 290 accepit] accipit Φ 300 de novo *post* componit Φ 307 etiam] et (*post* intelligimus β) Φ (-δ) 321 cum erit *om.* Φ 337 esse *post* Deo Φ 341-345 quia sine...corpore dependens] *hom. om.* α anima vero rationalis a deo esse recipit in materia existens tamen a materia non dependens δ 348 et substantias *om.* α β pγ 352 ⟨phantasmata⟩ *om.* Φ

285 alii: ⟨Adam Pulchre-Mulieris⟩ ut supra q. 10 a. 6 169 et Guill. Alvern. *De universo* I 2 c. 13 (ed. Opera omnia, Parisiis 1674, p. 703). 304 alii: platonici ut supra q. 10 a. 6 145 in nota. 311 platonici: ut hic supra 304 314 qui...scientia: cf. Arist. *Anal. post.* I 30 (81 a 38). 318 alios: non invenimus. 330 Cap. 4 (429 b 31) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 305,1). 333 per modum sui esse: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota.

corpore dependens neque in corpore existens, ita etiam influentiam intellectualis cognitionis re-
129rb cipiet ut nec | sit corpori obligata quasi per corpus exerceatur neque omnino aliquem ordinem ad corpus habeat. Et ideo quando anima primo creata corpori infunditur, non datur ei aliquid de intellectuali cognitione nisi per ordinem ad corporeas potentias, utpote quod per intellectum agentem possit facere phantasmata intelligibilia in actu, quae sunt potentia intelligibilia, et per intellectum possibilem recipere species intelligibiles sic abstractas. Et inde est etiam quod quandiu habet esse coniunctum corpori in statu huius viae non cognoscit etiam illa quorum species in ipsa reservantur nisi inspiciendo ad phantasmata. Et propter hoc etiam nec revelationes ei aliquae divinitus fiunt nisi sub speciebus phantasmatum, nec etiam ipsas substantias separatas intelligere potest, utpote quae sufficienter per sensibilium species cognosci non possunt. Sed quando habebit esse a corpore absolutum, tunc recipiet influentiam intellectualis cognitionis hoc modo quo angeli recipiunt sine aliquo ordine ad corpus, ut scilicet species rerum ab ipso Deo recipiat; nec oporteat ad intelligendum in actu per has species vel per eas quas prius acquisivit, ad aliqua phantasmata converti; possit nihilominus ipsas substantias separatas, scilicet angelos vel daemones, naturali cognitione videre quamvis non Deum, quod nulli creaturae conceditur sine gratia.

Ex quibus colligi potest quod anima post mortem tribus modis intelligit: uno modo per species quas recepit a rebus dum erat in corpore; alio modo per species in ipsa sua separatione a corpore sibi divinitus infusas; tertio modo videndo substantias separatas et in eis species rerum intuendo. Sed hoc ultimum non subiacet eius arbitrio sed magis arbitrio substantiae separatae quae suam intelligentiam aperit loquendo et claudit tacendo, quae quidem locutio qualis sit alibi dictum est.

1. Ad primum igitur dicendum quod operatio intellectus quae est communis animae et corpori est operatio quae modo animae intellectivae competit in ordine ad corporeas potentias, sive hoc accipiatur secundum superiorem partem animae sive secundum inferiorem. Sed post mortem habebit anima a corpore separata operationem quae nec fiet per organum corporale nec aliquem ordinem habebit ad corpus.

2. Et per hoc patet solutio ad secundum.

3. Ad tertium dicendum quod auctoritas illa loquitur de profectu meriti, quod patet ex alia glosa quae ibidem dicit « Quidam asserunt post mortem crescere et decrescere merita » ut intelligatur quod nihil proficiunt amplius in cognoscendo, ut scilicet sint maioris meriti vel praemii, vel quod limpidior cognitio eis debeatur, non autem sic quod nihil prius ignotum postea cognoscant. Constat enim quod poenas inferni quas nunc non cognoscunt tunc cognoscent.

4. Ad quartum dicendum quod Philosophus in III De anima non loquitur nisi de intellectu corpori coniuncto, alias enim consideratio de intellectu ad naturalem non pertineret.

5. Ad quintum dicendum quod quamvis eadem sit natura animae ante mortem et post mortem quantum ad rationem speciei, tamen non est idem modus essendi, et per consequens nec idem modus operandi.

6. Ad sextum dicendum quod in anima separata remanebit potentia intellectiva et intellectus agens et possibilis; huiusmodi enim potentiae non causantur in anima ex corpore, quamvis in anima corpori unita existentes aliquem ordinem habeant ad corpus quem non habebunt in anima separata.

7. Ad septimum dicendum quod Philosophus loquitur de intelligere quod nunc nobis competit in ordine ad phantasmata; hoc enim et impeditur impedito organo corporali et totaliter corrumpitur eo corrupto.

8. Ad octavum dicendum quod eaedem po-

A 363 ut nec] nec *praem.* pA 382 influentiam] *idem ante trans. ad lin. praem.* pA 388 possit A 402 tacendo] tam (*scil.* tã) *idem conf. inc. praem.* pA 403 est] *idem mac. praem.* pA 444 organo corporali] co (o *conf.*) *praem.* pA

Φ 395 a rebus *om.* α δ 444 et *om.* β γ $\delta^1$

403 alibi: supra q. 9 a. 4 et a. 7. 416 *Glossa ordin.* super Eccl. $IX^5$.

tentiae intellectivae quae nunc sunt in anima erunt in anima separata, quia sunt naturales; naturalia autem oportet manere, quamvis nunc habeant ordinem ad corpus quem tunc non habebunt, ut dictum est.

9. Ad nonum dicendum quod potentiae intellectivae remanent in anima separata et ex parte illa qua radicantur in essentia animae et ex parte illa qua comparantur ad actum; nec oportet quod habitus illi qui in corpore sunt acquisiti destruantur, nisi forte secundum opinionem praetactam quae dicit quod nulla species remanet in intellectu nisi dum actu intelligitur. Dato etiam quod habitus illi non remanerent remaneret potentia intellectiva ordinata ad actus alterius modi.

10. Ad decimum dicendum quod anima post mortem intelligit per aliquas species; et *129va* potest quidem intelligere per species quas | in corpore acquisivit, quamvis illae non usquequaque sufficiant ut obiectio tangit.

11-12. Alia duo concedimus.

13. Ad tertium decimum dicendum quod infusio donorum gratuitorum non pertingit ad eos qui sunt in inferno; sed eorum quae ad statum naturae pertinent participatione non privantur; « nihil enim est universaliter boni participatione privatum », ut Dionysius dicit in II capitulo Caelestis hierarchiae. Praedicta autem specierum infusio quae fit in separatione animae a corpore pertinet ad condicionem naturae substantiae separatae, et ideo huiusmodi infusione nec animae damnatorum privantur.

14. Ad quartum decimum dicendum quod Augustinus in verbis illis intendit ostendere quomodo anima sibi circumponat corporalium rerum similitudines, ut quandoque se extimet esse corpus, ut patet in opinionibus antiquorum philosophorum. Quod quidem ex hoc contingere dicit, quod anima intenta corporibus per sensus exteriores ad ea afficitur, ratione cuius ipsa corpora ad se introducere nititur quantum possibile est. Cum autem ipsa sit incorporea non potest ad se ipsa corpora introducere, sed similitudines corporum introducit quasi in regionem incorporeae naturae dum formae existentes in imaginatione sunt absque materia, nondum tamen pertingunt usque ad regionem incorporeae naturae, propter hoc quod nondum sunt ab appenditiis materiae absolutae. Has autem similitudines dicitur rapere in quantum eas quasi subito a sensibilibus abstrahit. Dicitur autem convolvere eas in quantum eas simplificat vel in quantum eas componit et dividit. In semet ipsa autem eas facit in quantum in potentia animae, scilicet imaginativa, recipiuntur. De semet ipsa autem eas facit quia ipsa anima est quae huiusmodi imagines in se ipsa format, ut li de denotet principium efficiens. Et ideo subiungit quod anima quiddam substantiae suae dat formandis huiusmodi speciebus, quia scilicet aliqua pars animae in substantia eius radicata huic formationis imaginum officio deputatur. Quia vero omne quod iudicat de aliquo oportet ab eo esse liberum, ratione cuius intellectus factus est purus et immixtus ut omnia iudicet secundum Philosophum, ideo ad hoc quod anima iudicet de talibus imaginibus, quod non sunt ipsae res sed rerum similitudines, oportet esse aliquid in anima superius quod istis imaginibus non occupatur et hoc est mens, quae de talibus imaginibus iudicare potest. Non tamen oportet quod mens de solis his imaginibus iudicet, sed etiam de his quae neque sunt corpora neque corporum similitudines interdum iudicat.

A 449 nunc] *idem conf. praem.* pA 453 ex parte] secundum *praem.* pA 456 in...acquisiti] ac *praem* pA 467 sufficiant *em.* A] *conf.* pA 470 ad eos] ei (*seu* eo *imp.*) *praem.* pA 473 universaliter *sic legimus* A, *etsi forma inscriptionis potius* universale *suggerit* 485 esse] *idem conf. praem.* pA 489 nititur] nitunt *praem.* pA 494 imaginatione] ymaginatione A y *in fine lin. praem.* pA 506 denotet] de notet *seiunctim* A de demo *praem.* pA 510 radicata *em.* A] *conf.* pA 511 imaginum officio] o *praem.* pA

Φ 464 et *om.* Φ (-δ) 466 non *ante* sufficiant Φ usquequaque] usquam α nusquam γ 467 obiectio tangit *inv.* Φ 473 universaliter] universale (*induc.* A) α β naturaliter $\delta^1$ 475 Caelestis] ecclesiastice Φ (-δ)

475 § 3 (PG 3, 141 C) sec. transl. Eriugenae (Dion. 764). 485 antiquorum philosophorum: cf. August. *De Trin.* X c. 6-7 (PL 42, 978). 506 li: cf. supra q. 1 a. 1 206 in nota. 515 *De anima* III 7 (429 a 18) ut refert Thomas supra q. 2 a. 3 173.

## Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum anima separata singularia cognoscat. Et videtur quod non, quia si cognoscit singularia aut hoc est per species concreatas aut per species acquisitas: non autem per acquisitas quia in intellectiva parte animae non recipiuntur species singulares sed universales, « et hoc solum animae ⟨genus⟩ separatur a corpore sicut perpetuum a corruptibili » secundum Philosophum; similiter nec per species concreatas quia cum singularia sint infinita, oporteret ponere infinitas species ei esse concreatas, quod est impossibile; ergo anima separata singularia non cognoscit.

2. Sed dicebat quod cognoscit singularia per speciem universalem. — Sed contra, species indistincta non potest esse distinctae cognitionis principium; sed species universalis est indistincta, cognitio autem singularium est distincta cognitio; ergo per species universales anima separata cognoscere singularia non potest.

3. Sed dicebat quod anima separata ad praesentiam singularis conformat se singulari et sic illud cognoscit. — Sed contra, quando singulare est praesens animae, aut aliquid a singulari transit in animam aut nihil: si aliquid, ergo anima separata aliquid a singularibus recipit, quod absonum videtur; si autem nihil, ergo species in anima existentes remanent communes et ita per eas non potest aliquid singulare cognosci.

4. Praeterea, nihil existens in potentia educit se de potentia in actum; sed anima cognoscitiva est in potentia ad res cognoscibiles; ergo ipsa non potest se educere in actum ut ipsamet eis se conformet; et ita videtur quod anima separata singularia non cognoscat apud singularium praesentiam.

SED ⟨CONTRA⟩ est quod Luc. XVI[23] dicitur quod dives in inferno cognovit Abraham et Lazarum, et etiam de fratribus suis adhuc viventibus notitiam retinebat; ergo anima separata singularia cognoscit.

2. Praeterea, dolor non est sine cognitione; sed anima ex igne et aliis poenis inferni dolorem sustinebit; ergo singularia cognoscet.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut dictum est, anima separata duobus modis cognoscit: uno modo per species sibi infusas in ipsa separatione, alio modo per species quas in corpore accepit. Et quantum ad primum modum attribuenda est animae separatae cognitio similis angelicae cognitioni, unde sicut angeli singularia cognoscunt per species concreatas ita et anima per species sibi in ipsa separatione inditas. Cum enim ideae in mente divina existentes sint factrices rerum quantum ad formam et materiam, oportet quod sint earum exemplaria et similitudines secundum utrumque. Unde per eas cognoscitur res non solum secundum naturam generis et speciei, quae penes principia formalia sumitur, sed etiam ⟨secundum⟩ suam singularitatem, cuius principium est materia. Formae autem mentibus angelicis concreatae, et quas animae in sua separatione adipiscuntur, sunt quaedam similitudines illarum idealium rationum quae sunt in mente divina, ita quod sicut ab illis ideis effluunt res ut subsistant in forma et materia, ita effluunt species in mentibus creatis quae sint cognoscitivae rerum et quantum ad formam et quantum ad materiam, id est et quantum ad naturam universalem et quantum ad singularem; et sic per huiusmodi species anima separata singularia cognoscit. *129vb*

Species autem quae sunt acceptae a sensibus

A 5 intellectiva parte animae *scrips.*] anima intellectiva parte pA anime intellectiva parte *em.* A, *casu non restituens rectum ordinem* 7 ⟨genus⟩ *suppl.*] *trans. ad lin. om.* A 29 eas] de (*ut videtur*) *add.* pA aliquid] fieri *add.* pA 31 educit se] in p (p *imp.*) *add.* pA 38 ⟨contra⟩ *suppl.*] *casu om.* pA 39 abraam A 48 sibi] sl *praem.* pA 60 secundum] quod *add.* pA 61 ⟨secundum⟩ *suppl.*] *om.* A 69 sint *clare* A 72 quantum] et *imp. add.* pA

Φ 2 cognoscat] cognoscere possit Φ (-$\delta^1$) cognoscere potest $\delta^1$ 7 ⟨genus⟩ (*ante* animae $\delta^1$) *suppl.* Φ 8 separatur] separat α β $\delta^1$ 11 ei esse *om.* Φ 20 cognoscere singularia *inv.* Φ 29 ita] sic Φ (-δ) 33 cognoscibiles] -scibilis Φ (-δ) 38 ⟨contra⟩ *suppl.* Φ 61 formalia] materialia Φ ⟨secundum⟩ *suppl.* Φ 69 sint] sunt Φ (-α) 71 id est *om.* Φ

1 Parall.: *Super Sent. IV* d. 50 q. 1 a. 3; *I Pars* q. 89 a. 4; *De anima* a. 20. 9 *De anima* II c. 2 (413 b 25) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 125,16). 21 Sed dicebat...: cf. ⟨Adam Pulchre-Mulieris⟩ ut supra q. 10 a. 6 169 et Guill. Alvern. *De universo* I 2 c. 13 (ed. Opera omnia, Parisiis 1674, p. 703). 43 dolor non est sine cognitione: cf. ipse Thomas *I-II* q. 35 a. 1. 46 dictum est: supra a. 1 394 ubi tres modos distinguit Thomas. 56 quantum ad formam et materiam: cf. supra q. 3 a. 8.

sunt similes rebus secundum hoc tantum quod res agere possunt, hoc est secundum formam: et ideo per eas non possunt singularia cognosci nisi forte in quantum recipiuntur in aliqua potentia utente organo corporali, in qua quodam modo materialiter et sic particulariter recipiuntur. In intellectu vero, qui est omnino a materia immunis, non possunt esse principium nisi universalis cognitionis, nisi forte per quandam reflexionem ad phantasmata a quibus intelligibiles species abstrahuntur. Quae etiam reflexio post mortem corruptis phantasmatibus esse non poterit; poterit tamen anima huiusmodi formas universales ad singularia applicare, quorum notitiam per aliam cognitionem habet.

1. Ad primum igitur dicendum quod anima separata non cognoscit singularia per species in corpore acquisitas nec per species concreatas sed per species sibi inditas in separatione. Nec tamen oportet quod tunc etiam ei species infinitae infundantur ad singularia cognoscenda, tum quia singularia quae ab ea sunt cognoscenda non sunt actu infinita, tum quia per unam similitudinem speciei possunt a substantia separata omnia individua illius speciei cognosci, in quantum illa similitudo speciei efficitur uniuscuiusque singularium propria similitudo secundum proprium respectum ad hoc vel illud individuum, sicut et de angelis dictum est in quaestione De angelis, et sicut patet de essentia divina, quae non solum individuorum unius speciei sed omnium entium est propria similitudo secundum diversos respectus ad diversas res.

2. Ad secundum dicendum quod species illae quibus anima separata cognoscit singularia, quamvis sint in se immateriales et sic universales, tamen sunt similitudines rei et quantum ad naturam universalem et quantum ad naturam singularem; et ideo nihil prohibet per eas singularia cognosci.

3-4. Alia concedimus.

A 76 similes] ill *praem.* pA 99 non] con *et quandam litt. imp. praem.* pA 109 diversas *em.* A] *conf.* pA 113 sic (*e* sicut pA) *em.* A 116 singularem *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA

Φ 89 formas universales] universalia Σ (-$\delta^2$) singularia $\delta^2$ singularia] universalia $\delta^2$ 98 sunt] et *add.* α β cognita et *add.* γ 113 sic] ideo α sint β γ ideo sint δ

106 in quaestione De angelis: supra q. 8 a. 11.

# QUAESTIO VICESIMA

# De scientia animae Christi

1. *Utrum in Christo sit ponere scientiam creatam.*
2. *Utrum anima Christi videat Verbum per aliquem habitum.*
3. *Utrum Christus scientiam aliam habeat de rebus quam illam qua cognoscit res in Verbo.*
4. *Utrum anima Christi sciat in Verbo omnia quae scit Verbum.*
5. *Utrum anima Christi sciat omnia illa quae Deus potest facere.*
6. *Utrum cognitione illa qua anima Christi scit res in propria natura sciat omnia.*

## Articulus primus

Quaestio est de scientia animae Christi. Et primo quaeritur utrum in Christo sit ponere scientiam creatam. Et videtur quod non: scientia enim est perfectio scientis; omnis autem perfectio est nobilior perfectibili; si ergo Christus est sciens secundum aliquam scientiam creatam, aliquid creatum erit anima Christi nobilius, quod videtur inconveniens.

2. Praeterea, operatio non attribuitur naturae sed hypostasi: sunt enim operationes suppositorum et particularium; sed personae Christi sufficit ad intelligendum scientia increata; ergo superfluum est in ipso ponere scientiam creatam.

3. Praeterea, quanto aliquid est nobilius tanto est Deo similius; sed anima Christi est nobilior quam calor corporalis; cum igitur calor corporalis agat sine medio et in hoc sit Deo similis qui sine medio operatur, videtur quod multo fortius anima Christi intelligat non mediante aliqua scientia creata.

4. Sed dicebat quod operatio caloris ab intra procedit, operatio autem scientiae ab extra cum sit secundum motum a rebus ad animam, unde non est simile. — Sed contra, in operatione cognoscitiva non solum est receptio sed iudicium de receptis; quamvis autem receptio sit ab exteriori, iudicium tamen ab interiori procedit; | ergo operatio scientiae non omnino est ab exteriori. *130ra*

5. Praeterea, Christus Filius Dei non assumpsit aliquam imperfectionem nisi quae ad nostram redemptionem valebat; sed imperfectio scientiae non valet ad nostram redemptionem; ergo imperfectionem scientiae non assumpsit. Omnis autem creata scientia ex hoc ipso quod creata est aliquid imperfectionis habet; ergo creatam scientiam non assumpsit.

6. Praeterea, quicumque est semper in actu considerationis secundum perfectissimam scientiam non indiget aliqua scientia minus perfecta, quia numquam secundum eam consideraret, et sicut frustra esset in eo; sed Christus semper est in actu considerationis secundum perfectis-

A 5 nobilior *em.* A] nobiliorum *casu* pA 16 anima Christi] *idem conf. et imp. praem.* pA 21 creata *em.* A] causata *potius* pA 24 ad animam *em.* A] *conf.* pA 31 Dei *em.* A] *conf.* pA 38 assumpsit] § preterea quilibet sapiens plures sci (plures sci *primo deletum*) si habeat aliquam perfectissimam scientiam secundum illam semper vel maxime est in actu *add.* A, *quod coni. primam et imperfectam formam argumenti proximi casu non deletam, et delevimus* A 42 eam *scrips.*] ea *casu compl. abbr. om.* A 44 considerationis] cons *conf. praem.* pA

Φ 5 est nobilior *inv.* Φ 34 scientiae *om.* Φ (-δ) 38 assumpsit] Preterea quilibet sapiens si habeat aliquam perfectissimam scientiam secundum illam semper et maxime est in actu (*induc.* A) – *omissis var. minus momenti* – *add.* Φ

1 Parall.: *Super Sent. III* d. 14 a. 1 qc. 1; *III Pars* q. 9 a. 1; *Comp. theol.* cap. 216. 10 sunt...particularium: cf. supra q. 16 a. 2 10 in nota. 31 Christus...valebat: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 15 c. 1.

simam scientiam quae est scientia increata; ergo in eo non est ponere aliam scientiam creatam.

7. Praeterea, natura non facit per duo quod per unum potest facere, et multo minus Deus qui ordinatius quam natura operatur; sed Christus poterat fieri sapiens si solam scientiam increatam haberet; ergo non est factus sapiens scientia creata.

8. Praeterea, I Cor. XIII[10] « Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est »; plus autem est imperfecta scientia creata in comparatione ad scientiam increatam quam specularis visio per comparationem ad visionem speciei; si igitur ratione imperfectionis visio fidei tollitur ubi supervenit visio speciei multo fortius tolletur scientia creata in Christo ubi fuit scientia increata.

9. Praeterea, Verbum unitum animae est magis ei intimum quam intellectus animae nostrae ut cum sit Verbum ei unitum non solum per essentiam, praesentiam et potentiam sicut ceteris creaturis, et per gratiam sicut iustis, sed etiam in unitate personae; sed anima nostra per potentiam intellectivam intelligit; ergo anima Christi poterat esse sapiens per sapientiam Verbi et ita non indigebat scientia creata.

10. Praeterea, scientia creata, si eam Christus habuit, non est sibi data nisi ad eius perfectionem; sed anima Christi unita Verbo et scientiam creatam habens non est nobilior quam si soli Verbo uniretur sine scientia creata, quia creatura adiuncta Deo nihil adicit bonitatis, sicut nec punctus additus lineae facit eam maiorem; ergo in Christo non est ponere scientiam creatam.

SED CONTRA est quod dicitur Luc. II[52] « Puer Iesus proficiebat sapientia » etc.; constat autem quod non secundum sapientiam increatam proficere poterat, quia illa nec proficit nec deficit; ergo in eo est ponere scientiam creatam.

2. Praeterea, secundum Damascenum omnia quae in natura nostra plantavit Dei Verbum, assumpsit; plantavit autem scientiam creatam; ergo et illam assumpsit.

3. Praeterea, sicut scientia divina est supra scientiam intellectivam creatam ita scientia intellectiva creata est supra scientiam sensitivam; sed scientia sensitiva non tollitur ab eo qui habet scientiam intellectivam creatam, ut patet in homine; ergo et scientia intellectiva creata potest manere superveniente intellectiva increata.

RESPONSIO. Dicendum quod sicut in Christo est ponere duas naturas ita etiam duas scientias, creatam scilicet et increatam; quidam tamen haeretici ⟨posuerunt⟩ in Christo solam scientiam increatam. Ut autem huius erroris videamus originem, sciendum est quod quidam unionem divinae et humanae naturae intellexerunt hoc modo factam esse quo anima corpori unitur; ut scilicet sicut anima est forma corporis ita etiam divinitas esset forma humanitatis in Christo. Et ideo quidam considerantes quod si Verbum uniretur corpori Christi sicut anima corpori nostro quod posset eum vivificare sicut anima corpus nostrum vivificat, posuerunt quod in Christo non fuerunt nisi duae substantiae, scilicet corpus et divinitas, quae corpus loco animae vivificabat: et hic fuit error Eunomii et sequacium eius. Quidam vero attendentes hoc esse divinitati indignum quod corpori uniretur ut ipsum vivificans, posuerunt in Christo animam vivificantem corpus et sensificantem, sensibilem videlicet et vegetabilem non autem

A 57 specularis visio] scientia *praem.* pA 59 fidei (*ex* ifidei pA) *em.* A 63 nostrae] *idem conf. praem.* pA 64 ut cum A 89 sicut] po *add.* pA 91 supra] *idem conf. et imp. praem.* pA 93 habet] a *praem.* pA 98 duas[2] *em.* A] *conf.* pA 100 ⟨posuerunt⟩ *suppl.* (*cf. lin.* 110 *et* 116)] *om.* A 104 anima] i (*?*) *praem.* pA

Φ 47 quod] que Φ (-δ) 57 per comparationem] in comparatione Φ 64 Verbum ei *inv.* Φ 86 natura nostra *inv.* Σ 88 illam] eam Φ 94 et *om.* Φ 95 superveniente] scientia *add.* Φ 98 etiam] et Σ ponere β 99 tamen] autem Φ 100 ⟨posuerunt⟩ *suppl.* Φ 104 esse] *ante* hoc modo α γ *ante* factam β 107 quod] quia α β δ

47 natura...facere: cf. Averroes *Metaph.* XII comm. 45 (VIII, 329 G). 57 specularis visio: cf. supra q. 13 a. 3 113 in nota. 64 Verbum...potentiam: Petrus Lomb. ut supra q. 10 a. 11 294 in nota. 77 nec...maiorem: Albertus ut supra q. 2 a. 3 85 in nota. 80 « Puer Iesus: haec auctoritas in eadem forma profertur *III Pars* q. 7 a. 12 arg. 3, cf. *Comp. theol.* cap. 216. 85 *De fide* III c. 6 (PG 94, 1005 A; Bt 188) sec. litteram Petri Lomb. *Lib. Sent.* III d. 2 c. 1. 100 haeretici: illi qui damnati sunt in Sexta Synodo ut refert Thomas *III Pars* q. 9 a. 1, cf. *Conc. Constantinop.* III actio 4 (Mansi 11, 274 sqq.) 113 error Eunomii: cf. ps.-August. *De eccl. dogm.* cap. 2 (PL 58, 981 D).

intellectualem, sed dicebant quod ipsum Verbum erat in Christo loco intellectualis animae: et hic fuit error Apollinaris et sequacium eius. Quo quidem errore supposito, planum esset in Christo non esse nisi scientiam increatam.

Praedictus autem modus intelligendi unionem ad hoc inducit ut credatur una quaedam natura ex divina et humana confecta, sicut ex anima et corpore non solum fit una hypostasis sed etiam una natura. Ex quo ulterius sequitur quod utriusque naturae veritas corrumpatur: cum enim hoc sit de ratione divinae naturae ut sit a rebus omnibus separata quantum ad esse, si ponatur esse alicuius corporis actus, a propria ratione decidet. Similiter etiam si a natura humana subtrahatur vel anima vel intellectus vel aliquid eorum quae ad integritatem naturae pertinent, non remanebit veritas speciei cum ita sit de rationibus specierum sicut de numeris, ut dicitur in VIII Metaphysicae, in quibus | unitate addita vel subtracta species numeri variatur. Et ideo secundum praedictum errorem Christus neque verus Deus neque verus homo esset. *130rb*

Ad hoc ergo quod Christus verus Deus et verus homo sit, oportet in ipso ponere omnia quae ad naturam divinam pertinent; et iterum seorsum secundum rationem naturae in eadem persona omnia quae speciem hominis constituunt. Et ut non solum verus homo sed etiam perfectus sit, oportet in eo ponere omnia quae nobis ad perfectionem necessaria sunt, sicut habitus scientiarum et virtutum. Sicut enim divinitas non potest esse actus corporis ut ea corpus formaliter vivat vel rationalis creatura fiat, ita non potest esse actus animae rationalis ut ea formaliter sit sciens vel virtuosus, sicut nos per habitum virtutis vel scientiae: et ideo oportet in Christo ponere scientiam creatam et virtutem creatam.

1. Ad primum igitur dicendum quod scientia creata est quidem secundum quid anima Christi nobilior, in quantum est actus eius, secundum quem modum et color eius corpore nobilior est, et quodlibet accidens suo subiecto, prout comparatur ad ipsum sicut actus ad potentiam. Simpliciter tamen subiectum est nobilius accidente, et sic anima Christi propria scientia.

2. Ad secundum dicendum quod quamvis operatio attribuatur hypostasi ut operanti, tamen attribuitur naturae ut operationis principio; operatio autem non recipit speciem ab operante sed a principio operationis, unde in uno operante sunt diversae operationes secundum speciem propter diversa operationum principia sicut in homine videre et audire. Quamvis igitur in Christo non sit nisi una hypostasis tamen sunt in eo duae naturae, et ideo etiam duae operationes, et oportet Christum esse perfectum ad utramque operationem. Et sic non solum est in eo scientia increata quae sufficit ad operationem naturae increatae, sed etiam scientia creata, quae exigitur ad perfectam operationem naturae creatae.

3. Ad tertium dicendum quod calor proprie loquendo non agit sed est medium quo ignis agit; unde ita se habet ad operationem calefactionis sicut se habet scientia creata ad actum considerationis.

4. Ad quartum dicendum quod quamvis in consideratione scientiae sit aliquid quod est ab intrinseco, tamen talis operatio non completur sine eo quod ab extrinseco est; et in hoc dissimilitudo attenditur.

5. Ad quintum dicendum quod quamvis esse creatum sit imperfectum comparatum ad eminentiam divinae perfectionis, unumquodque tamen in genere suo perfectum est et sui generis perfectionem quandam requirit; unde et natura creata in Christo quandam perfectionem creatam habuit, quae fuit scientia creata.

6. Ad sextum dicendum quod Christus sem-

A 121 Apolinaris A 134 intellectus *scrips.*] *conf.* A 165 subiectum] anima Christi *praem.* pA 169 hypostasi ut operanti] op (p *imp.*) *praem.* pA 176 in Christo] x (*inc.* xto *i.e.* Christo) *praem.* pA

Φ 133 etiam *om.* Φ 134 subtrahatur] abstrahatur Φ 141 Deus...homo *inv.* Φ 147 speciem] per *praem.* α β 148 ut] ubi α β $\delta^1$ 157 ponere *ante* in Christo Φ (-δ) 165 tamen] autem (actus *add.* δ) Φ 186 ita] sic Φ 187 se habet *om.*Φ 196 perfectionis] operationis Φ 200 creatam habuit *inv.* Φ (-δ)

121 error Apollinaris: cf. ps.-August. ut hic supra et August. *De haeres.* § 55 (PL 42, 40) ut refert Thomas *III Pars* q. 5 a. 3. 138 *Metaph.* VIII 3 (1043 b 36).

per est in actu considerationis secundum scientiam increatam; sed quia ei duae operationes competunt secundum duas naturas, ideo per hoc non excluditur quin etiam habeat considerationem scientiae creatae.

7. Ad septimum dicendum quod si Christus haberet tantum scientiam increatam esset quidem sapiens Deus sed, ut ita dixerim, non sapiens homo; unde ad hoc quod in humanitate sapiens esset oportuit quod scientiam creatam haberet.

8. Ad octavum dicendum quod verbum Apostoli intelligitur de perfectione quae imperfectioni opponitur: tunc enim perfecto adveniente imperfectum tollitur; perfectio autem divinae scientiae non opponitur imperfectioni scientiae creatae cum non sint circa idem, unde ratio non sequitur.

9. Ad nonum dicendum quod quamvis Verbum sit magis intraneum animae quam aliqua eius potentia, prout eam sustinet et in esse conservat, tamen intellectus vel aliqua alia potentia est magis unum cum anima quia non solum in persona sed in natura, secundum quod potentia est quaedam perfectio ipsius animae, non autem Verbum: unde anima Christi non potest formaliter loquendo intelligere per Verbum sicut per intellectum.

10. Ad decimum dicendum quod quamvis Verbum et scientia creata non sint melius quam solum Verbum, tamen anima unita Verbo et perfecta scientia creata est perfectior quam si Verbo uniretur sine hoc quod scientiam creatam haberet, quia scientia creata in aliqua habitudine se habet ad animam in qua non se habet Verbum, et ideo ratio non sequitur.

## Articulus secundus

Secundo queritur utrum anima Christi videat Verbum per aliquem habitum. Et videtur quod non: videre enim per habitum est videre per medium; sed anima Christi videt Verbum sine medio; ergo non videt per habitum.

2. Praeterea, | anima Christi in hoc beata est quod Verbum videt; beatitudo autem sive felicitas secundum Philosophum in I Ethicorum, non est secundum habitum sed secundum actum; ergo anima Christi non videt Verbum secundum habitum. *130va*

3. Praeterea, quanto aliquid est simplicius tanto est Deo proximius; quanto autem est aliquid Deo proximius tanto est nobilius; cum igitur anima Christi maxime in hoc nobilitetur quod Verbum perfecte videt, videtur quod in illa visione non accidat ei aliqua compositio, quod esset si per habitum aliquem sibi compositum intelligeret.

4. Praeterea, anima Christi est nobilior quam angeli, et maxime quantum competit ad visionem Verbi; sed angeli non vident Verbum per aliquos habitus quia, ut dicit Maximus in commento super VII cap. Caelestis hierarchiae, « non convenit arbitrari magnum Dionysium habitudines in divinis intellectibus more accidentium, quemadmodum et in nobis sunt, dixisse, et aliud in alio subiecto et ac si qualitatem quandam effectam: accidens enim omne illic depulsum est »; ergo nec anima Christi videt Verbum per aliquem habitum.

5. Praeterea, anima Christi non potest considerari nisi vel ut unita Verbo vel secundum suam naturam; sed in quantum est unita Verbo non competit sibi videre Verbum aliquo habitu mediante, quia non unitur Verbo aliquo medio habitu. Similiter etiam nec sibi secundum propriam naturam hoc competit, sicut enim omne totum est maius ⟨sua⟩ parte ita etiam est qualibet parte sua melius et perfectius; sed aliqua pars animae, ut intellectus agens, efficit suam operationem nullo habitu mediante, quod videtur ad nobilitatem eius pertinere; et ita multo

A 213 quae] quod *praem.* pA 221 aliqua] ala *idem conf. inc. praem.* pA
3 videre] ht (*inc.* habet *?*) *praem.* pA 29 si] su *praem.* pA 31 Verbum *in marg.* A] *om.* pA 33 anima] si anime christi competit *praem.* pA 38 sibi] *idem conf. et imp. praem.* pA 40 ⟨sua⟩ *suppl.* (*cf. lin.* 41)] *om.* A 41 parte] *idem mac. praem.* pA

Φ 214 perfecto] perfectio α β pγ perfectione δ sγ 216 imperfectioni] *om.* $\delta^2$ perfectioni Φ (-$\delta^2$) 220 eius potentia *inv.* Φ 223 secundum quod] sed quia Σ sed quod β
8 Verbum] deum Φ (*cf. lin.* 17) 11 ergo] quia α β 17 Verbum] deum Φ 18 ei *om.* Φ 34 vel ut] velut Φ (-δ)

1 Parall.: *Super Sent. III* d. 14 a. 1 qc. 2 et 3. 10 *Ethic.* I 12 (1098 b 31 sqq.). 25 *Scholia* in cap. 7 § 1 (PG 4, 65 B) sec. transl. Anastasii Bibliothecarii (ms. Paris B. N. lat. 17341, f. 66$^{va}$). 39 omne totum...: cf. supra q. 10 a. 12 160 in nota.

fortius anima tota non operatur habitu mediante: ergo nullo modo anima Christi videt Verbum per aliquem habitum.

6. Praeterea, sicut dicit glosa Hebr. II[9], «natura mentis humanae qualem Christus assumpsit, nihil post Deum est melius»; sed aliquae creaturae etiam insensibiles sine habitu medio suas operationes producunt, quod ad nobilitatem ipsarum pertinere videtur cum in hoc sint Deo similes; ergo multo fortius anima Christi habet suam operationem absque aliquo habitu, et sic idem quod prius.

SED CONTRA, nulla potentia passiva potest operari nisi perfecta per formam sui activi cum nihil operetur nisi secundum quod est in actu; sed intellectus possibilis quo anima Christi intelligebat erat potentia passiva; ergo non poterat intelligere nisi per formam sui activi – hoc est intelligibilis – perfecta. Sed habitus in intellectu non videntur aliud esse quam species intelligibilium in ipso; ergo anima Christi videbat Deum et intelligebat alia aliquo medio habitu.

2. Praeterea, non decuit quod Dei Filius potentiam intellectivam assumeret nisi perfectam; perficitur autem intellectiva potentia per habitum scientiae; ergo habitualem scientiam assumpsit.

RESPONSIO. Dicendum quod ad huius quaestionis evidentiam oportet scire quid est habitus et ad quid habitibus indigeamus. Quantum igitur in primo aspectu apparet habitus significare videtur aliquid potentiae superadditum quo perficitur ad suam operationem. Indiget autem aliqua potentia aliquo superaddito duplici ratione, et propter condicionem naturae et propter rationem ipsius potentiae; nec immerito, cum actio quae a potentia procedit, a natura etiam dependeat quae est potentiae origo. Ex parte quidem naturae indiget potentia aliquo superaddito ad operandum, quando scilicet operatio talis est quae facultatem et condicionem naturae excedit; sicut condicionem naturae humanae excedit ut ad Deum quasi sociali amore afficiatur, quasi hereditatis eius consors, unde ad hanc operationem indiget affectiva nostra potentia habitu caritatis. Ex parte autem potentiae, quando potentia est ad talia obiecta ordinata quorum nullatenus ex se ipsa potest perfecte actum habere, sicut potentia visiva est ordinata ad cognoscendum omnes colores; non fuit autem possibile ut essent in organo visivo omnes colores in actu, et ideo aliter est ordinatum, ut scilicet potentiae visivae possit superaddi similitudo cuiuslibet coloris, et sic in actum progrediatur visionis.

Sciendum tamen est quod illud quod additur potentiae quandoque recipitur in ea per modum habitus quandoque autem per modum passionis. Per modum passionis quando receptum non immanet recipienti, neque efficitur qualitas eius sed quasi quodam contactu ab aliquo agente immutatur et subito transit, sicut dicit Philosophus in Praedicamentis ruborem passionem et non passibilem qualitatem quando quis propter verecundiam in ruborem subito immutatur. Tunc vero recipitur | per modum *130vb* habitus quando illud receptum efficitur quasi connaturale recipienti; et inde est quod habitus a Philosopho dicitur qualitas difficile mobilis; inde est etiam quod operationes ex habitu procedentes delectabiles sunt et in promptu habentur et faciliter exercentur, quia sunt quasi connaturales effectae. Ea igitur quae superadduntur in potentiis sensitivis non superadduntur per modum habitus sed per modum

A 45 mediante] *verbum quoddam mac. (postea erasum) praem.* pA 53 nobilitatem] nu (*seu* mi) *praem.* pA 58 nisi] *idem conf. praem.* pA 75 ad quid] q *praem.* pA 81 nec] *idem mac. praem.* pA 98 superaddi *em.* A] *conf.* pA 101 est *rep.* A, *et alterum delevimus* 105 neque] ipsum *add.* pA 108 ruborem] eru *praem.* pA 113 est...habitus] h *praem.* pA 117 sunt] nature *add.* pA

Φ 58 formam] operationem Σ 70 intellectiva] activa *post* potentia Φ 90 affectiva nostra *inv.* Φ 103 autem *om.* Φ 106 qualitas eius *inv.* Φ 108 dicit Philosophus *inv.* Φ 111 recipitur] retinetur Φ (-δ)

48 *Glossa* Petri Lomb. (PL 192, 418 C). 59 nihil...actu: cf. supra q. 2 a. 3 237 in nota. 88 sociali amore: cf. August. *De Gen. ad litt.* XI c. 15 (PL 34, 437). 108 Cap. 8 (9 b 28). 114 *Praedic.* cap. 8 (9 a 4) ut dicitur infra q. 27 a. 1 arg. 9, ad verbum profert Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 3 n. 23. 115 operationes...sunt: Arist. *Ethic.* II 3 (1104 b 3) ut refert Thomas supra q. 10 a. 9 237. 116 in promptu...exercentur: Averroes *De anima* III comm. 18 (VI[1], 161 B) ut dicitur supra q. 12 a. 1 4.

passionis; in potentiis vero intellectivae animae per modum habitus, quia sensitiva pars animae agitur instinctu naturae magis quam agat, intellectiva autem pars est domina sui actus, et ideo competit ei habere promptitudinem ad actus, ut possit operari cum libet. Patet etiam ex praedictis quod potentia perfectior est quando recipit aliquid per modum habitus quam si recipiat solum per modum passionis. Et ideo illud quod superadditum est in anima Christi oportet ibi ponere per modum habitus.

Ex utraque autem praedictarum rationum oportet in anima Christi aliquid superadditum ponere: ratione quidem naturae quia videre divinam essentiam est supra condicionem cuiuslibet naturae creatae, unde nulla creatura potest ad hoc pertingere nisi aliquo lumine elevetur in illam beatam visionem; quod quidem lumen in aliquibus recipitur per modum passionis quia pertranseundo, ut in raptis; in Christo autem fuit ut habitus ipsam animam eius beatificans a principio suae creationis. Ratione vero potentiae intellectus animae humanae est in potentia ad omnia entia: impossibile est autem esse aliquod ens creatum quod sit perfecte actus et similitudo omnium entium, quia sic infinite possideret naturam entitatis. Unde solus Deus per se ipsum sine aliquo addito potest omnia intelligere; quilibet autem intellectus creatus intelligit per aliquas species superadditas vel acquisitas sicut in nobis accidit, vel concreatas sive infusas sicut in angelis. Et quod quidem angelis competit ex condicione naturae, hoc multo excellentius animae Christi fuit collatum ex plenitudine gratiae ut omnium rerum species inditas in se haberet a sui creatione: sed mediantibus his speciebus non cognoscebat Verbum sed solummodo res creatas. Sic igitur dicendum est quod anima Christi in cognitione qua Verbum videbat, indiguit habitu quod est lumen, non ut per quod fieret aliquid intelligibile actu sicut est in nobis lumen intellectus agentis, sed ut per quod intellectus elevaretur creatus in id quod est supra se; quantum vero ad cognitionem aliarum creaturarum habuit habitum qui est collectio specierum ordinatarum ad cognoscendum.

1. Ad primum igitur dicendum quod anima Christi videt Verbum sine medio quod sit similitudo rei visae, sicut species in oculo est similitudo visibilis, vel sicut speculum est similitudo rei speculatae; non autem videt sine medio quod sit dispositio videntis, ⟨unde non procedit⟩ ratio praedicta.

2. Ad secundum dicendum quod cum dicitur quod felicitas non est in habitu, intelligendum est de habitu a quo non procedit actus; qui enim est in habitu et non in actu similis est dormienti; oportet autem ut actus ille in quo felicitas consistit ab habitu aliquo progrediatur secundum sententiam Philosophi, alias operatio non esset delectabilis et perfecta.

3. Ad tertium dicendum quod secundum Dionysium in v cap. De divinis nominibus, aliter est in participationibus et in participantibus: participationes enim quanto sunt simpliciores tanto nobiliores, sicut esse quam vivere et vivere quam intelligere, ut fiat comparatio inter esse et vivere separato per intellectum esse a vivere; in participantibus autem quanto aliquid est magis compositum, non dico compositione materiali sed per receptionem plurium participationum, tanto est nobilius, quia tanto in pluribus Deo similatur; et huiusmodi assimilatio esse non potest nisi secundum aliqua a Deo accepta. Unde et anima quae supra naturam suam habet habitus eam perficientes nobilior est.

4. Ad quartum dicendum quod verbum Maximi intelligendum est de accidentibus separabilibus et pertinentibus ad naturam, quia si huiusmodi accidentia haberent essent muta-

A 135 cuiuslibet] si (*ut videtur*) *praem.* pA 157 sed] p *add.* pA 160 Verbum videbat] cognoscebat *praem.* pA indiguit *em.* A] *conf.* pA 164 in id] sic *praem.* pA 173 ⟨unde non procedit⟩ *suppl.* (*cf.* Φ)] *trans. ad lin. om.* A 192 participationum *em.* A] *conf.* pA 196 naturam] naturalem *praem.* pA 199 de accidentibus separabilibus] vel de accidentibus *add.* pA 200 et *in fine lin.* A] *sup. lin., ante* vel de accidentibus (*cf. nota superior*) pA

Φ 129 solum *post* passionis Φ 130 in anima] anime Φ 133 aliquid *post* ponere Φ 147 possideret] presideret *potius* Φ (-δ) precederet $\delta^1$ 163 intellectus elevaretur *inv.* Φ 165 quantum] quoniam *potius* α β γ 173 ⟨unde non procedit⟩] et sic non valet *suppl.* Φ 191 est magis *inv.* Φ (-δ) 195 secundum] per Φ 196 supra naturam] supra naturalem naturam Φ (-δ) supernaturalem naturam δ 197 eam perficientes *inv.* Φ

184 § 3 (PG 3, 817 A; Dion. 327).

131ra biles | et non immateriales et per se stantes essentiae. Unde subiungit « Si enim hoc esset, non utique maneret in semet ipsa horum essentia », et concludit « Habitudines ergo eorum atque virtutes sunt eis essentiales propter immaterialitatem »; et appellat essentiale id quod numquam essentiam derelinquit.

5. Ad quintum dicendum quod unio in Christo non terminatur ad operationem sed ad esse, et ideo animae in quantum est Verbo unita non competit vel videre Verbum vel aliqua alia operatio, sed hoc solum, scilicet esse in hypostasi Verbi, immediate loquendo; conveniunt autem ei operationes ratione suarum potentiarum et suae naturae. Quamvis autem tota anima sit perfectior quam intellectus agens, non tamen quaelibet alia potentia animae est nobilior intellectu agente. Unde non oportet quod si intellectus agens non indiget habitu quod intellectus possibilis habitu non indigeat. Quod enim intellectus agens habitu non indigeat ad suam operationem ex hoc contingit quod intellectus agens nihil recipit ab intelligibilibus sed magis formam suam eis tribuit faciendo ea intelligibilia actu; intellectus autem possibilis e contrario se habet.

6. Ad sextum dicendum quod potentiae naturales sunt determinatae ad unum, et ideo per se ipsas possunt in sua obiecta nec indigent aliquo superaddito ad agendum; potentiae autem rationales ad multa se habent et hoc ad earum nobilitatem spectat, et ideo non est simile.

## Articulus tertius

Tertio quaeritur, utrum Christus scientiam aliam habeat de rebus quam illam qua cognoscit res in Verbo. Et videtur quod non, quia ut dicitur I Cor. XIII[10] « Cum venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est »; scientia autem qua nunc res in se ipsis cognoscimus ex parte est, ut ibidem dicitur; ergo adveniente perfecta scientia gloriae, evacuatur, sicut et ibi expresse videtur velle Apostolus. Sed in Christo fuit cognitio gloriae ab initio suae conceptionis, qua scilicet cognovit res in Verbo; ergo non habuit aliam scientiam de rebus.

2. Sed dicebat quod scientia evacuatur adveniente gloria non quantum ad essentiam sed quantum ad modum quo nunc inquirendo et convertendo se ad phantasmata ⟨intellectus⟩ speculatur. — Sed contra, modus iste est de essentia scientiae: ablato autem aliquo essentiali non potest rei substantia remanere; ergo non potest ipsa scientia secundum suam substantiam remanere modo isto cessante.

3. Praeterea, secundum Philosophum in II Ethicorum, omnes habitus ex actibus acquisiti reddunt similes actus illis actibus ex quibus acquisiti sunt; sed scientia quam nunc habemus acquisita est ex talibus considerationibus quibus ad phantasmata convertimur et procedimus conferendo; ergo non potest talis scientia nisi tales actus reddere; frustra ergo remaneret scientia tali modo sciendi cessante.

4. Praeterea, impossibile est duas formas eiusdem speciei in uno et eodem subiecto esse; sed anima Christi videns res in Verbo habet similitudines rerum quas videt, cum nihil videatur nisi per suam similitudinem; ergo non est possibile quod earundem rerum habeat alias similitudines, et ita non potest esse alia scientia in Christo nisi illa qua cognoscit res in Verbo.

5. Praeterea, scientia ponitur in anima Christi propter eius perfectionem; sed anima Christi ex quo videt res in Verbo et Verbum ipsum non

A 217 agens *em.* A] *conf.* pA
6 qua *in appendice lin.* A] quam *in principio lin. seq.* pA 15 non *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA 17 ⟨intellectus⟩ *coni.*] *om.* A 26 nunc] numquam *praem.* pA 30 frustra *em.* A] *conf.* pA

Φ 211 Verbo] corpori α β 212 aliqua alia] aliqua Φ (-$\delta^1$) alia $\delta^1$ 213 scilicet] *om.* δ *post* esse Φ (-δ) 217 sit perfectior] *inv.* Φ (-α) perfectio sit α 221 habitu *om.* Φ 230 ipsas] ipsa Φ
4 XIII] xiiii (*seu* 14) Φ 5 quod ex parte est] etc. Φ 16 et *om.* Φ (-δ) 17 ⟨intellectus⟩ *ante* inquirendo *suppl.* Φ 19 autem] enim Φ (-δ) etiam δ 21 scientia *om.* Φ 24 omnes] omnis Σ 27 est *om.* Φ (-δ) 31 sciendi] scientie Φ 42 quo] qua Φ

203 subiungit: ut supra lin. 25. 205 concludit: ut supra lin. 25. 228 potentiae...unum: Arist. ut supra q. 14 a. 10 326 in nota.
1 Parall.: *Super Sent. III* d. 14 a. 1 qc. 5; *III Pars* q. 9 a. 3; *Comp. theol.* cap. 216. 14 sci entia...phantasmata: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 31 c. 2. 24 *Ethic.* II 2 (1104 a 27).

est perfectior vel minus perfecta sive habeat aliam scientiam sive non; ergo non est in eo ponere aliam scientiam. – Probatio mediae est per Augustinum qui dicit in IV Confessionum « Infelix homo qui scit omnia illa », scilicet creaturas, « te autem nescit; beatus autem qui te scit etiam si illa nesciat: qui autem te et illa novit non propter illa beatior sed propter te solum beatus ».

SED CONTRA, Christus fuit angelis perfectior, ut probat Apostolus Hebr. $1^4$; sed angeli praeter cognitionem rerum quam habent in Verbo habent etiam rerum cognitionem in propria natura, ut patet per Augustinum Super Genesim ad litteram; ergo multo fortius anima Christi praeter scientiam rerum quam habet in Verbo scit res in propria natura.

2. Praeterea, nulla naturalium perfectionum Christo debuit deesse; sed naturalis perfectio animae humanae est ut cognoscat res in proprio genere; ergo talem scientiam de rebus Christus habuit.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut prius dictum est, perfectio supernaturaliter conveniens Christo non excludit naturalem eius perfectionem, sicut vita increata non excludit animam vivificantem; | cognitio autem qua anima *131rb* Christi cognoscit Verbum et res in Verbo, est supernaturalis, ut dictum est; unde per hoc non excluditur quin anima Christi habeat omnem perfectionem naturalem. Cuiuslibet autem existentis in potentia perfectio naturalis est ut in actum educatur: intellectus autem possibilis naturaliter est in potentia ad intelligibilia; antequam in actum reducatur est imperfectus, perficitur autem cum in actum reducitur ut rerum notitiam habeat. Et ideo quidam philosophi attendentes perfectionem naturalem hominis dixerunt ultimam felicitatem hominis in hoc consistere quod in anima hominis describatur ordo totius universi. Habuit igitur Christus hanc perfectionem, ut per scientiam sibi divinitus infusam res in propria natura cognosceret, multo perfectius quam homo in statu innocentiae vel quam angeli secundum cognitionem naturalem.

1. Ad primum igitur dicendum quod circa scientiam est duplex opinio: una quod scientia hic acquisita remaneat quantum ad essentiam habitus sed tollatur modus quo hic scientia utimur; et secundum hanc procedit responsio / illa quae tacta est in obiciendo. Tamen oportet addere quod cum Christus esset comprehensor et viator, habuit utrumque modum considerandi; unum quo angelis conformabatur, ut sine discursu consideraret, alium per conversionem ad phantasmata: quod quidem Christo proprium est, ut scilicet utrumque hunc modum habeat, cui competit esse comprehensorem et viatorem simul. Alia vero opinio est quod etiam secundum essentiam habitus scientia hic acquisita evacuetur; et secundum hanc – quamvis non credam eam esse veram – potest responderi quod anima Christi non habuit scientiam a sensibus acquisitam sed infusam qualem angeli habent per species concreatas; et talem scientiam constat etiam in angelis remanere cum gloriae visione.

2. Ad secundum dicendum quod modus iste cognoscendi non est essentialis scientiae ex parte sui sed ex parte subiecti cui secundum statum viae talis modus intelligendi competit; hoc autem per se solum essentiale est scientiae secundum se ipsam, ut per eam scibilia cognoscantur, et ideo quando variatur status subiecti variatur modus intelligendi, non tamen habitus scientiae.

3. Ad tertium dicendum quod unus actus potest dici similis alteri dupliciter: uno modo

A 50 novit] et (*seu* etiam) *imp. praem.* pA 69 vivificantem *in appendice col.* 131ra *et temp. post. ab ipso* A] *trans. ad col. om.* pA 76 antequam *scrips.*] vnde (*fort. mendum scribae e lapsu auditus*) quam A 90 quod...hic] quod h *praem.* pA 93 hanc procedit] hoc competit *praem.* pA 116 scibilia] scita *praem.* pA

Φ 69 qua] quo α γ 76 antequam] unde antequam (*cf.* A) Φ 80 perfectionem naturalem *inv.* Φ 86 perfectius] fortius Φ 98 alium] quo *add.* Φ (-δ²) 112 essentialis scientiae *inv.* Φ 118 intelligendi] cognoscendi Φ 121 similis alteri *inv.* Φ

46 Rectius V c. 4 (PL 32, 708) sec. Thomam *I Pars* q. 12 a. 8 ad 4. 57 IV c. 22 (PL 34, 312) ut supra q. 8 a. 16 10. 66 dictum est: a. 1. 71 dictum est: a. 2. 79 quidam philosophi: Avicenna et Algazel ut supra q. 2 a. 2 127 in nota. 90 duplex opinio: opiniones citatae iam a Petro Lomb. *Glossa* super I Cor. XIII[10] (PL 191, 1661-1662). 95 comprehensor et viator: cf. supra q. 10 a. 11 231 in nota.

quantum ad speciem actus quam trahit a materia circa quam est; et sic habitus acquisitus semper reddit actum similem illi actui a quo generatus est, sicut fortia faciendo efficitur aliquis fortis, et fortis effectus fortia facit. Alio modo quantum ad modum qui sequitur dispositionem subiecti, et sic non oportet actus praedictos esse similes. Constat enim quod actus ex quibus fortitudo politica acquiritur sunt actus cum tristitia et sine delectatione effecti; actus autem qui sequuntur habitum sunt faciliores et cum delectatione vel saltem sine tristitia. Ita etiam videmus in scientia quod homo considerando aliqua acquirit scientiam illorum et sciens illa potest eadem considerare, tamen alio modo quam ante, quia iam non inquirit sed contemplatur quod prius inquisiverat: et sic etiam nihil prohibet actus qui redduntur ab habitibus in statu gloriae habere alium modum.

4. Ad quartum dicendum quod anima Christi et quaelibet alia anima non habet alias similitudines eorum quae cognoscit in Verbo quam ipsum Verbum, quantum ad hoc quod in Verbo cognoscere dicitur; quamvis ex hoc quod in Verbo videt possit sibi formare similitudines eorum quae videt; sicut qui videt aliquid in speculo videt rem per formam speculi. Dictum autem est de hoc plenius in quaestione De angelis.

5. Ad quintum dicendum quod beatitudo hominis consistit in cognitione Dei non autem in cognitione creaturarum, unde non est aliquis beatior propter creaturarum cognitionem sed solum propter cognitionem Dei. Nihilominus tamen ipsa creaturarum cognitio ad perfectionem animae naturalem pertinet, ut dictum est.

## Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum anima Christi sciat in Verbo omnia quae scit Verbum. Et videtur quod non: Deus enim scit infinita, ut dicit Augustinus; sed anima Christi non potest scire infinita cum sit finita; ergo anima Christi non potest cognoscere in Verbo omnia quae scit Deus.

2. Sed dicebat quod animae Christi ex unione ad Verbum confertur ut possit infinita cognoscere. — Sed contra, operatio animae Christi exit ab ea non mediante Verbo sed mediante potentia propria; potentia autem eius non est infinita cum essentia eius sit finita; ergo nec operatio eius potest se extendere ad infinita cognoscenda, quamvis Verbum cui unitur sit infinitum.

3. Praeterea, in unione humanae et divinae naturae, ut dicit Damascenus, « quod increatum est mansit increatum, et quod creatum mansit creatum »; sed cuiuslibet creati et capacitas et actio est finita; ergo ex unione Verbi ad animam Christi non habuit anima Christi quod posset cognoscere infinita. *131va*

4. Praeterea, Verbo, quia infinitum est, convenit non solum cognoscere infinita sed etiam comprehendere infinitum, scilicet Deum: si igitur ex unione ad Verbum hoc habuit ⟨anima Christi⟩ quod cognoscat infinita, pari ratione ex eadem unione habuit quod comprehenderet Deum, quod falsum esset.

5. Praeterea, operatio illa qua anima Christi infinita cognoscebat, aut erat creator aut creatura: si creator, procedebat autem ab anima Christi quae est creatura, ergo creator a creatura procedit, quod est impossibile. Si autem est creatura, omnis autem creatura est finita,

A 122 actus] *idem mac. praem.* pA 140 habere] esse *praem.* pA 142 quod] *idem praem.* pA 149 speculi] specil *idem conf. inc. praem.* pA 158 naturalem *in marg.* A] *om.* pA
1 Quarto...utrum] Tertio queritur utrum *praem.* pA 3 non *in marg.* A] *om.* pA 22 ad] p (*imp.*) *add.* pA 27 ⟨anima Christi⟩ *suppl.*] *om.* A 33 procedebat] c (*ut videtur*) *praem.* pA

Φ 136 eadem considerare *inv.* Φ (-δ) 150 autem est *inv.* Φ (-$\delta^2$)
8 animae] anima β γ $\delta^1$ 9 confertur] confortatur Φ possit infinita *inv.* Φ 12 potentia propria *inv.* γ δ 17 humanae...divinae *inv.* γ δ 24 est *om.* Φ (-δ) 27 ⟨anima Christi⟩ *suppl.* Φ (-$\delta^2$) 28 cognoscat] possit cognoscere Φ (*def.* $\delta^2$) 29 comprehenderet] possit (posset δ) comprehendere Φ 30 esset] est Φ

150 in quaestione De angelis: supra q. 8 a. 5.
1 Parall.: *Super Sent. III* d. 14 a. 2 qc. 2; *III Pars* q. 9 a. 2 et 3; *Comp. theol.* cap. 216. 4 Cf. *De civ. Dei* XII c. 18 (PL 41, 367). 18 *De fide* III c. 3 (PG 94, 993 C; Bt 178).

ergo operatio illa est finita; ergo per eam infinita non cognoscuntur.

6. Sed dicebat quod quamvis illa operatio sit finita habet tamen respectum ad infinita. — Sed contra, illa relatio qua ad infinita refertur aut est creatura aut creator, et proceditur post eodem modo ut supra.

7. Praeterea, si anima Christi scit infinita, cum omne quod cognoscitur per aliquam speciem cognoscatur, aut cognoscet illa infinita per speciem infinitam aut per finitam; sed non per speciem infinitam quia nulla species creata est infinita; si autem per finitam, finita autem species non est infinitorum ratio, impossibile erit quod anima Christi infinita cognoscat.

8. Sed dicebat quod species qua cognoscit anima Christi, quamvis sit creata habet tamen ex unione Verbi Dei quod sit infinitorum ratio cognoscendi. — Sed contra, unio Verbi Dei non elevat aliquam creaturam ultra terminos creaturae; quod enim est creatum nullo modo potest fieri increatum; sed hoc est ultra terminos creaturae quod aliquid sit infinitorum ratio; ergo ad hoc non elevatur per unionem aliqua species creata.

9. Praeterea, Isidorus dicit quod homo assumptus non aequabatur Verbo neque in scientia neque in aliquo alio; ergo nec in numero scitorum; ergo etc.

10. Praeterea, duae quantitates aequales secundum longitudinem quamvis non aequales secundum latitudinem, possumus aliquo modo dicere esse aequales; sed sicut ⟨quantum⟩ dicitur esse magnum pluribus dimensionibus ita scientia dicitur esse magna ex diversis rationibus, tum propter multitudinem scitorum tum propter claritatem cognitionis. Si igitur scientia animae Christi aequatur scientiae divinae in numero scitorum, quamvis non in limpiditate vel claritate cognitionis, poterit dici quod scientia animae Christi sit aequalis aliquo modo divinae scientiae: quod videtur absurdum, ut creatura in aliquo aequetur Creatori.

11. Praeterea, Christus cum natura nostra assumpsit illos defectus qui non impediebant finem assumptionis, scilicet nostram redemptionem; sed nescientia multarum rerum numquam impedivisset redemptionem nostram utpote si Christus nescisset quot lapilli sunt in fundo alicuius fluminis; ergo non est dicendum quod Christus omnia sciverit.

12. Sed dicebat quod quamvis talium cognitio non iuvet ad finem nostrae redemptionis tamen horum nescientia impediret Christi perfectionem. — Sed contra, sicut nescientia repugnat perfectioni animae, ita fames et sitis perfectioni corporis; sed Christus assumpsit famen et sitim propter hoc quod non obviabant nostrae redemptioni; ergo pari ratione multorum nescientiam assumere debuit.

13. Praeterea, Ambrosius dicit « Omnis natura suis certis limitibus comprehenditur »; sed nullum tale se extendit ad infinita; ergo anima Christi non cognoscit infinita.

14. Praeterea, sicut scientia dicitur esse infinita extensione, in quantum infinita cognoscit, ita intensive in quantum in infinitum limpide cognoscit; sed scientia Christi non fuit infinita intensive, quia sic in limpiditate aequaretur divinae scientiae; ergo nec fuit infinita extensive; ergo nec scivit infinita nec omnia quae Deus scit.

SED CONTRA est quod dicitur Apoc. $v^{12}$ super illud « Dignus est agnus accipere sapientiam », glosa ' omnium cognitionem ' quae Deus

A 37 infinita *em.* A] finita pA 44 scit infinita *scrips.* (*cf. lin.* 46)] sit finita (*mendum scribae e lapsu auditus*) A 47 sed non] finita autem species non est infinitorum ratio (*cf. lin.* 49) *praem.* pA 62 Ysidorus A 66 duae *sic* A: *fort. mendum ipsius Thomae e lapsu dictionis* 67 aequales *hic et post* latitudinem A, *et alterum delevimus* 69 ⟨quantum⟩ *suppl. cum* δ] *om.* A 71 rationibus] ratio *conf. praem.* pA 84 utpote *rep.* A, *et alterum delevimus* 91 Sed contra] § *signum novae paragraphi praem.* pA 91 sicut *trans. ad lin. rep.* A, *et alterum delevimus* 94 hoc *sup. lin.* A] *om.* pA

Φ 37 est *om.* Φ 42 proceditur post] procedere potest Φ (-δ) 44 infinita] finita (*cf.* A) Φ (-γ) 47 infinitam...finitam] finitam aut per speciem infinitam Φ 49 autem²] vero Φ (-γ) 52 qua] quam Φ (-δ) 55 Dei *om.* Φ 56 aliquam *om.* Φ 66 duae (*induc.* A) Φ 67 aequales *post* latitudinem (*cf.* A) Φ (-δ) 69 dicere *ante* aliquo modo Φ ⟨quantum⟩] *post* dicitur *suppl.* δ *om.* Φ (-δ) 79 in *om.* Φ 81 illos] naturales Φ 84 utpote] ut patet Φ (-δ) 103 intensive] intensione Φ 105 intensive] intensione Φ

62 Rectius *Glossa ordin.* super Ps. CXXXVIII⁸; ex Cassiodori *Super Ps.* CXXXVIII⁵ (PL 70, 985 D) sec. Petrum Lomb. *Lib. Sent.* III d. 14 c. 1. 78 creatura...Creatori: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 14 c. 1. 80 Christus...redemptionem: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 15 c. 1. 93 Christus...sitim: cf. Petrus Lomb. ut hic supra. 97 *De Spiritu sancto* I c. 7 (PL 16, 753 A) ut refert Thomas *I Pars* q. 50 a. 1 arg. 3. 111 *Glossa ordin.*

novit; ergo anima Christi scit omnia quae Deus scit.

2. Praeterea, uno infinito possibile est infinita cognoscere, quia et Deus sua essentia quae est infinita infinita cognoscit; sed anima Christi videt Verbum quod est infinitum, et per Verbum videt alia; ergo potest scire infinita.

3. Praeterea, Col. $1^{19}$ dicitur quod « in Christo placuit omnem divinitatis plenitudinem inhabitare »; sed hoc non esset nisi haberet omnium notitiam quae Deus novit; ergo anima Christi scit omnia quae Deus scit.

4. Praeterea, quicquid alicui creaturae communicari potest, animae Christi communicatum est; sed habere omnium notitiam est creaturae communicabile quia, secundum Philosophum, intellectus possibilis est in potentia ad omnia intelligibilia; ergo animae Christi communicatum est ut omnia videret in Verbo.

RESPONSIO. Dicendum quod ad evidentiam huius quaestionis oportet intelligere quid est dictu aliquid in Verbo videre. Sciendum igitur quod nihil potest videri in aliquo nisi illo modo quo est in illo. Contingit autem aliqua multa esse in uno dupliciter: uno modo divisim et pluraliter, sicut plures formae resplendent in speculo unaquaeque divisim, et sic plures homines sunt in domo; alio modo uniformiter et simpliciter, sicut plures effectus virtute sunt in causa, ut etiam conclusiones in principio et membra in semine. Quicumque igitur aliquid intuetur consequens est ut et illa videat | quae *131vb* in eo sunt multipliciter et divisim, eo quod unumquodque eorum sibi offertur sicut et illud unum in quo continentur; et pro tanto qui videt speculum videt formas in speculo resultantes. Sed qui videt aliquid unum non oportet quod videat omnia quae in eo sunt uniformiter sive unite, nisi quando totam virtutem illius unius comprehendit; sicut qui videt aliquod principium non oportet quod videat omnes conclusiones virtute in eo existentes, nisi forte illud comprehendat.

Res autem creatae sunt in Deo non quidem multipliciter sed unite, ut Dionysius dicit; unde cum dicitur res esse in Deo magis assimilatur illi modo quo effectus sunt in causa vel conclusiones in principio quam modo illi quo formae sunt in speculo. Et ideo non oportet quod quicumque videt Verbum videat omnia quae Verbum in se ipso videt, ut quidam dixerunt afferentes exemplum de formis speculi quae videntur speculo viso. Ipsum enim Verbum se comprehendit, unde omnia quae in eo virtualiter et unite sunt cognoscit se videns. Intellectus autem creati, qui Verbum non comprehendunt, non oportet quod videndo Verbum omnia videant quae in Verbo sunt. Sed tamen in hoc anima Christi maiori praerogativa gaudet quam intellectus aliquis creatus; videt enim in Verbo omnia praesentia, praeterita et futura.

Cuius ratio est quia cum Deus sit principium omnium rerum et finis, duplex habitudo ipsius ad creaturas invenitur: una secundum quam omnia a Deo procedunt in esse, alia secundum quam ad eum ordinantur ut in finem, quaedam per viam assimilationis tantum sicut irrationales creaturae, quaedam vero tam per viam assimilationis quam etiam pertingendo ad ipsam divinam essentiam. Cuilibet enim naturae procedenti a Deo inditum est ut in bonum tendat per suam omnem operationem, in cuiuslibet autem boni consecutione creatura Deo assimilatur; sed creaturae rationales super hoc habent ut sua operatione ad ipsum Deum cognoscendum et amandum pertingant, unde prae ceteris creaturis beatitudinis sunt capaces.

In utraque autem praedictarum habitudinum invenitur creaturas Creator excedere. Quantum ad primam quidem quia super omnia quae Deus fecit adhuc posset alia dissimilia facere, et no-

A 115 essentia] *idem mac. praem.* pA 128 est] quo est *add.* pA 135 in *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA 161 videat] verbum *add.* pA

Φ 112 scit] scivit Φ 116 infinita[2] *om.* Φ (-δ) 140 virtute sunt *inv.* Φ 143 ut et] *om.* $\delta^2$ ut Φ (-$\delta^2$) 145 sibi] ita Φ 158 vel] et Φ 162 afferentes] asserentes Φ (-$\delta^2$) 163 speculi *om.* Φ 164 s peculo] in *praem.* Φ 191 primam] primum Φ

120 divinitatis plenitudinem: cf. Col. $1^9$, et ipse Thomas *III Pars* q. 1 a. 6 arg. 2. 127 *De anima* III 10 (430 a 14) ut dicitur infra a. 6 13. 156 *De div. nom.* cap. 5 § 8 (PG 3, 824 C; Dion. 359). 162 quidam: Guill. Altiss. *Summa aurea* ut supra q. 8 a. 4 217 in nota.

vas species et nova genera et alios mundos; nec umquam id quod factum est facientis virtutem adaequare potest. Quantum vero ad secundam, quia creatura quantumcumque fiat boni particeps numquam tamen pertingit ad hoc quod Dei bonitatem adaequet; quantumcumque etiam creatura rationalis Deum cognoscat et amet, numquam tamen ita perfecte eum cognoscit et amat quantum ipse diligibilis et cognoscibilis est. Sicut autem creaturae imperfectae essent si a Deo procederent et in Deum non reordinarentur, ita imperfectus esset creaturarum a Deo exitus nisi reditio in Deum exitum adaequaret. Et ideo unaquaeque creatura quantumcumque participat de esse tantum participat de bonitate. Unde et oportet ut excellentissimi intellectus creati tantum Deum cognoscant ut eorum cognitio adaequetur processui creaturarum a Deo. Procedunt autem a Deo res et per viam naturae et secundum ordinem gratiae: unde intellectus creati qui sunt in summo creaturarum constituti secundum condicionem naturae, omnium naturalium in Deo et ex Deo cognitionem accipiunt, scilicet angeli.

Christus vero constitutus est super omnem creaturam etiam quantum ad dona gratiae, quia « de plenitudine eius omnes nos accipimus gratiam pro gratia » ut dicitur Ioh. 1[16]; et ideo in Deo ipse accepit cognitionem omnium eorum quae a Deo secundum quodcumque tempus procedunt, non solum secundum ordinem naturae sed etiam secundum ordinem gratiae. Scit igitur anima Christi omnes creaturas non solum quantum ad naturales proprietates quod et angeli habent sed etiam secundum quod substant divinae providentiae ordinatae in finem salutis humanae et donorum gratiae: et ideo scit omnia singularia et omnes singulares actus omnium et etiam cordis abscondita, quod de nulla alia creatura dicere oportet. Et tamen quia non pertingit ad comprehendendam ipsam divinam infinitatem adhuc remanet Deo facultas multa alia faciendi quam ea quae anima Christi cognoscit.

1. Ad primum igitur dicendum quod huic rationi communiter respondetur quod Deus scit quaedam scientia visionis, scilicet quae sunt, erunt vel fuerunt; et haec non sunt infinita, supposito principio et fine mundi, quae quidem Deus sola dicitur videre, quia visio est eorum quae in se subsistunt extra intellectum videntis. Quaedam vero scit scientia simplicis intelligentiae, scilicet illa quae potest facere quamvis numquam sint futura; et haec sunt infinita. Et dicitur ista intelligere ea ratione qua intellectus potest sibi formare quiditates eorum quae extra eum non existunt. Anima igitur Christi videt in Verbo omnia praesentia, praeterita et futura non tamen omnia quaecumque Deus potest facere, et ita non sequitur quod sciat infinita.

Sed ista responsio non solvit vim rationis. Supposito enim quod generatio in futurum in infinitum duraret, quod Deus facere posset, constat quod infiniti homines essent futuri et omnes Deus cognosceret scientia visionis. Unde si anima Christi sciret omnia quae Deus scit scientia visionis, sequeretur quod sciret infinita quamvis non cognosceret omnia quae Deus facere potest, quia Deus praeter infinita individua harum specierum finitarum potest facere infinitas alias species et in singulis speciebus | infinita individua, sicut patet praecipue in proportionibus numerorum. Si enim in una specie proportionis accipiantur individua, in infinitum multiplicantur, ut puta in specie dupli est proportio duorum ad unum, quatuor ad duo, sex ad tria et sic in infinitum; et iterum super proportionem dupli est alia species triplum, et deinde quadruplum, et deinde quintuplum, et sic in infinitum; et tamen unaquae- *132ra*

A 205 reditio] *idem conf. praem.* pA 242 dicitur videre] videtur *praem.* pA 244 videntis (*e* videntes pA) *em.* A 255 quod generatio] g *praem.* pA in futurum *clare* A 267 in *sup. lin.* A] *om.* pA 271 est] *idem praem.* pA 272 quintuplum] *idem conf. et imp. praem.* pA

Φ 198 adaequet] adequat Φ (-δ) 201 diligibilis... cognoscibilis *inv.* Φ 204 esset *om.* Φ 207 tantum *om.* Φ 217 est] *om.* $\delta^1$ *post* etiam Σ (-$\delta^1$) *post* creaturam β 219 nos *om.* Φ accipimus] accepimus Φ (-γ) gratiam...dicitur *om.* Φ 224 etiam *om.* Φ 234 adhuc...facultas] ideo facultas adhuc remanet deo Φ (-δ) ideo remanet facultas δ 242 videre] visione *praem.* Φ 251 omnia *om.* Φ 255 futurum] futuro Φ (-δ) 268 multiplicantur] -plicabuntur Φ 272 deinde...deinde] dimidium...dimidium Φ

238 communiter: cf. auctores supra laudati q. 2 a. 9 8 in nota et ipse Thomas e. g. *Super Sent. I* d. 39 q. 1 a. 3.

que illarum continet individua infinita in potentia. Unde si generatio etiam futura in infinitum secundum has species finitas quae modo sunt duraret, adhuc plura Deus posset facere, quia posset facere novas species et hoc in infinitum. Et sic patet quod non est eiusdem rationis dicere animam Christi cognoscere infinita et cognoscere omnia quae Deus potest facere.

Item. Deus cognoscendo scientia visionis omnes creaturas comprehendit eas, et sic scit quicquid est in creaturarum potentia. In potentia autem creaturarum est infinitum, sicut patet in divisione continui et in augmento numerorum. Unde cum anima Christi etiam creaturas comprehendat, scit infinita quae sunt in creaturis in potentia. Et praeterea, si animae damnatorum sunt perpetuae et in eis ' cogitationes erunt volubiles ', quarum nullam Deus ignorat, Deus etiam nunc scit scientia visionis infinita futura; unde si anima Christi sciat omnia quae scit Deus scientia visionis, oportet dicere quod sciat infinita.

Et ideo aliter dicendum est quod in rebus invenimus aliquid quod simpliciter est et modis omnibus infinitum, sicut Deus; aliquid autem quod est modis omnibus finitum, sicut res materiales; aliquid autem quod est modo quodam finitum et modo quodam infinitum, sicut quaelibet substantia immaterialis est quidem finita in quantum habet esse limitatum ad propriam naturam, eo quod nulla creata substantia quamvis immaterialis est esse suum, sed esse participat; est tamen infinita per remotionem illius terminationis secundum quam forma terminatur ex hoc ipso quod in materia recipitur, cum omne receptum sit in recipiente secundum modum recipientis. Secundum igitur quod aliqua res est infinita, secundum hoc per suam actionem comparatur ad infinitum.

Illud enim quod est infinitum secundum esse et propter immaterialitatem, ut Deus, per operationem suam comparatur ad infinitum et secundum materiam sive quantitatem, et secundum naturam speciei vel generis. Unde Deus potest cognoscere infinita individua et infinitas species, quia cognoscit omnia quae potest facere et potest in infinitum novas species facere. Et praeter hoc, cum aliquid secundum hoc agat quod est actu, sicut esse Dei est infinitum ita et eius actio habet efficaciam infinitam. Res autem materialis neutro modo habet comparationem ad infinita, neque scilicet ad infinita secundum quantitatem vel materiam, neque ad infinita secundum speciem, sicut patet in visu qui est virtus quaedam materialis et ideo non potest quamlibet speciem cognoscere sed determinatam, scilicet colorem; nec potest infinita cognoscere nisi per successionem eo quod cum sit materialis, actio eius materialis est et attingit ad ea quae sunt infinita secundum quantitatem continuam vel discretam, quae est infinitas materialis, eo modo quo sunt infinita, scilicet numerando partem post partem, et ideo impossibile est quod umquam perveniat ad cognitionem infinitorum etiam individuorum; et quia intellectus noster in statu isto a sensu accipit, inde est etiam quod nec ipse infinita hoc modo cognoscere potest.

Substantiae vero immateriales, quae sunt quodam modo finitae et quodam modo infinitae, quia esse finitum habent oportet quod earum operatio et sit efficaciae finitae et comparetur ad naturas finitas; quia vero immateriales sunt ideo earum operatio se extendit ad infinita materialiter. Unde etiam intellectus noster, ut dicit Commentator in III De anima, ostenditur quodam modo esse infinitus in quantum cognoscit universale, in quo infinita singularia cognoscuntur; sed hoc deficit quod species universalis quam intellectus apprehendit, ut puta hominis, non est perfecta ratio cognoscendi

A 274 continet] *idem conf. praem.* pA 291 damnatorum (*e* dampnate pA) *em.* A 293 visionis] sc *add.* pA 305 creata substantia] natura *praem.* pA 337 numerando] numera *idem inc. in fine lin. et casu non deletum praem.* A, *et delevimus* 340 in statu...a sensu] a sens *praem.* pA 350 ostenditur] *idem conf. praem.* pA 352 universale] sing *praem.* pA 354 quam *scrips.*] quem *casu* A

Φ 276 finitas *om.* Φ modo sunt] finite *add.* Φ (-δ) *inv.* δ 293 etiam] *om.* Φ (-δ) et δ 295 scit Deus *inv.* Φ (-δ) 295 oportet] etiam *add.* δ etiam *post* sciat *add.* Φ (-δ) 310 secundum] per Φ 315 per] et propter Φ 337 scilicet] materia (*induc.* A) *add.* Φ 351 esse *om.* Φ

291 ' cogitationes erunt volubiles ': August. ut infra a. 5 115. 310 omne...recipientis: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota. 322 aliquid...actu: cf. supra q. 2 a. 3 237 in nota. 350 Comm. 19 (VI[1], 162 B).

quodlibet singulare in sua singularitate; si autem esset, tunc intellectus noster, dato quod essent infiniti homines in actu, cognosceret infinita materialiter per unam naturam finitam quae est humana natura; in infinitis enim hominibus, quamvis sit infinitum secundum quantitatem vel materiam non est tamen infinitum secundum speciem, quod patet ex hoc quod adhuc extra infinitos homines possunt esse aliae species: proprium autem obiectum intellectus est natura speciei, non autem materia. Similiter qui cognosceret per animalis naturam omnes species animalis in sua specialitate, dato etiam quod species animalis essent in actu infinitae, adhuc cognosceret infinitas species sed finitam naturam quia praeter naturam animalis adhuc est natura lapidis. Ita igitur, cum anima Christi cognoscat Verbum, quod est sufficiens ratio cognoscendi omnia individua in sua singularitate et omnes species in sua specialitate, nihil prohibet, quamvis sit finita secundum esse, quin cognoscat infinita, non tamen comprehendere naturam infinitam.

2. Ad secundum dicendum quod | ex unione *132rb* ad Verbum anima Christi non elevatur ultra limites creaturae, unde nec fit infinita nec habens virtutem infinitam, nec eius operatio per se est infinita, quamvis infinita cognoscat; cognoscit enim illa infinita finita efficacia, unde non remanet infinita nisi materialiter.

3. Et per hoc etiam patet solutio ad tertium.

4. Ad quartum dicendum quod comprehensio infiniti non potest esse nisi per actionem quae sit efficaciae infinitae. Tunc enim ipse Deus comprehenditur ab intellectu aliquo quando intellectus tantam habet efficaciam in intelligendo quantam habet Deus ut intelligatur, unde non potest comprehendi nisi ab intellectu increato; sed cognitio infinitorum non requirit efficaciam infinitam in operatione intellectus, ut ex dictis patet, et ideo ratio non sequitur.

5-6. Ad quintum et sextum patet solutio ex dictis.

7. Ad septimum dicendum quod anima Christi cognoscit infinita modo praedicto per speciem increatam, id est per ipsam essentiam divinam; quae quidem cum infinita sit, nihil prohibet quin sit infinitorum ratio.

8. Ad octavum patet responsio ex dictis.

9. Ad nonum dicendum quod homo assumptus non aequatur Verbo in numero scitorum quamvis sciat infinita, quia adhuc non sequitur quod sciat omnia illa quae Deus potest facere, ut ex dictis patet. Dato etiam quod omnino sciret omnia quae scit Verbum, adhuc non aequaretur in numero scitorum quantum ad modum sciendi, quamvis esset aequalis numerus scitorum utrobique.

10. Ad decimum dicendum quod quantitati dimensivae quaelibet dimensio per se competit, et ideo secundum quamcumque unum corpus alteri aequetur, potest dici ei esse aequale. Sed scientiae quantitas quae attenditur penes numerum scitorum, est ei quasi per accidens et materialis; et praecipue quando in multis scitis est una ratio sciendi: secus enim esset si diversis rationibus cognoscerentur. Sed illa quantitas quae est ex efficacia cognitionis scientiae per se competit, quia quantitas talis attenditur secundum exitum operationis intellectualis ab intellectuali virtute, et ideo non est simile.

11. Ad undecimum dicendum quod Filius Dei non assumpsit omnes illos defectus qui ei potuerunt inesse sine impedimento humanae redemptionis; sed hoc est verum quod illos tantum assumpsit quorum assumptio ad redemptionem humani generis competens erat. Et tamen quaecumque nescientia esset defectus redemptionem humani generis impediens,

A 359 naturam] speciem *praem.* pA 365 proprium (*e* proprius pA) *em.* A 367 per *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA 376 sit (*e* sint pA) *em.* A 379 unione *sup. lin.* A] *idem conf.* pA 380 anima] *idem conf. praem.* pA 395 requirit: *per rasuram in fine em.* A] *non liquet* pA 398 et sextum] dicendum *praem.* pA 419 scientiae] scientia *praem.* pA

Φ 358 in actu] tamen (*induc.* A) Φ 362 est tamen] *inv.* α β tamen $\delta^1$ est $\delta^2$ *non liquet* γ 370 infinitas species] infinitam speciem Φ 376 sit finita] sint infinita Φ (-δ) sint finita δ 382 per se *post* est infinita Φ 386 etiam *om.* Φ 407 Verbo *om.* Φ (-δ) 414 scitorum *om.* Φ)

365 proprium...speciei: Arist. *De anima* III 11 (430 b 28) ut refert Thomas *III Pars* q. 10 a. 3 ad 2.

quia in Redemptore, per quem gratia et veritas in totum humanum genus diffundenda erat, requirebatur plenitudo gratiae et veritatis, cui quilibet scientiae defectus praeiudicare poterat.

12. Ad duodecimum dicendum quod Christus per infirmitatem corporis venit infirmitatem animae sanare, quae consistit in defectu gratiae et cognitionis; unde quamvis defectus corporales assumpserit, defectum tamen scientiae et gratiae nullo modo assumere debuit.

13. Ad tertium decimum patet responsio ex dictis.

14. Ad quartum decimum dicendum quod quantitas extensionis, ut ex dictis patet, est scientiae accidentalis; quantitas autem intensiva est ei essentialis, ut ex dictis patet, et ideo non est simile.

## Articulus quintus

Quinto quaeritur, utrum anima Christi sciat omnia illa quae potest facere Deus. Et videtur quod sic. Quicumque scit maius potest scire minus; sed Deus est maius quam quicquid ipse potest facere, quia quicquid ipse potest facere creatum est; ergo cum anima Christi cognoscat Deum multo magis potest cognoscere quicquid Deus potest facere.

2. Sed dicebat quod quamvis Deus sit maius, tamen anima Christi est ordinata ad cognitionem Dei non autem ad cognitionem omnium quae Deus potest facere. — Sed contra, Deus quamvis sit in se magis cognoscibilis quam aliqua creatura, tamen creatura est magis cognoscibilis quoad nos quam Deus; sed quicquid Deus potest facere est creatura; ergo anima magis est nata cognoscere quicquid Deus potest facere quam ipsum Deum.

3. Praeterea, anima Christi videt divinam virtutem sicut et divinam essentiam; dicitur autem quod videt essentiam totam sed non totaliter; ergo videt etiam virtutem totam etsi non totaliter; sed non potest videri tota virtus nisi videatur ad quaecumque se potest extendere; ergo anima Christi cognoscit omnia quae Deus potest facere.

4. Praeterea, quicquid Deus potest facere potest manifestare; sed quicquid potest manifestari alicui creaturae Christo manifestatum est; ergo quicquid Deus potest facere est manifestatum Christo.

5. Praeterea, illud est communicabile alicui quod non dicit defectum in communicante nec in eo cui communicatur; sed conferre animae Christi omnium scientiam quae Deus potest facere non dicit aliquem defectum in Deo cum hoc ad maximam ipsius liberalitatem pertinere videatur, nec etiam in anima Christi cum ad maximam perfectionem eius pertineat; ergo hoc communicabile fuit | animae Christi et ita fuit ei communicatum. *132va*

6. Praeterea, si anima Christi nescit omnia quaecumque potest facere Deus, dato quod Deus illud faceret, anima Christi nesciret illud nisi de novo addisceret; sed inconveniens est ponere quod anima Christi aliquid existentium ignoret vel quod aliquid de novo addiscat; ergo anima Christi scit omnia quae Deus facere potest.

SED CONTRA, si anima Christi scit quicquid Deus facere potest, omne illud quod Deus potest facere ad animam Christi terminatur; sed anima Christi est finita; cum ergo Deus infinita possit facere sequetur quod infinitum terminetur ad finitum, quod est impossibile; ergo et primum, quod scilicet anima Christi sciret quicquid Deus potest facere.

2. Praeterea, sicut essentia divina est infinita ita et divina virtus; sed anima Christi non potest comprehendere essentiam divinam ra-

A 436 per quem] q *imp. praem.* pA
2 Deus *sup. lin., temp. post. ab ipso scriba* A] *om.* pA 17 quicquid *em.* A] *conf.* pA 20 dicitur] utrumque *praem.* pA 23 virtus] *idem conf. et imp. praem.* pA 52 animam (*ex* ianimam pA) *em.* A

Φ 2 Deus *ante* potest Φ 5 ipse[1] *om.* Φ ipse[2] *om.* Φ (*def.* γ) 36 aliquem defectum *inv.* Φ 37 ipsius liberalitatem *inv.* Φ 51 facere potest *inv.* Φ 56 quod scilicet *inv.* Φ sciret] possit scire Φ

438 plenitudo...veritatis: cf. Ioh. 1[14].
1 Parall.: *Super Sent. III* d. 14 a. 2 qc. 2; *III Pars* q. 10 a. 2; *Comp. theol.* cap. 216. 21 totam sed non totaliter: cf. Bonaventura ut supra q. 8 a. 2 7 in nota.

tione suae infinitatis; ergo nec divinam virtutem; et sic non potest scire quicquid Deus potest facere.

3. Praeterea, quanto aliquid perfectius cognoscitur ab aliquo tanto in eo plura cognoscuntur: sed Deus perfectius cognoscit se ipsum quam anima Christi; ergo plura in se ipso cognoscit quam anima Christi cognoscat in Verbo; sed Deus nihil aliud cognoscit in se quam quod est vel erit vel fuit vel potuit esse vel futurum esse; ergo anima Christi non cognoscit omnia ista.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hoc diversimode aliqui opinati sunt: quidam enim dixerunt quod non solum anima Christi sed etiam quaelibet anima videt in Verbo quicquid in eo videri potest; hoc est non solum ea quae sunt vel erunt vel fuerunt sed etiam quaecumque Deus potest facere. Qui quidem in hoc decepti sunt quod extimabant modum videndi res in Verbo similem modo videndi res in speculo materiali, in quo imagines rerum secundum suam multitudinem et diversitatem resultant. In Deo autem rerum rationes sunt unite et simpliciter ut Dionysius dicit. Si autem essent in eo per viam multitudinis et diversitatis, tunc omne quod in eo cognosci potest eo viso cognosceretur, et ita ab omnibus videntibus Deum per essentiam omnia viderentur quae Deus potest facere, cum omnia ista in Deo cognosci possint.

Sed quia expresse aliqui videntium Deum per essentiam dicuntur aliqua nescire, sicut patet de angelis quorum unus ab alio illuminatur secundum Dionysium, inde est quod quidam hanc perfectionem cognitionis non omnibus Deum videntibus sed soli animae Christi attribuerunt, ut scilicet sola ipsa post Deum sciret omnia quae Deus facere potest. Sed quia non videbatur conveniens quod operatio infinita creaturae finitae attribueretur, nec hoc possit esse sine operatione infinita ut omnia videantur quae Deus potest facere, ideo quidam dixerunt quod anima Christi actu non videt omnia quae Deus potest facere, videt tamen in habitu. Ita enim perfecte Verbum cognoscit ut quicquid velit cognoscere convertendo se ad Verbum, eius cognitionem in Verbo accipiat, quamvis non semper omnia speculetur in actu quae in Verbo cognoscere potest. Sed istud non videtur verum, quia anima Christi et quilibet beatus, quantum ad visionem beatam qua videt Verbum et res in Verbo, non patitur successionem in intelligendo, quia secundum Augustinum in XIV De Trinitate, in patria ' non erunt volubiles cogitationes '. Unde oportet ponere quod anima Christi omnia quae habitu videt in Verbo, actu etiam in eo videat. Et huic consonat dictum Philosophi qui vult felicitatem non esse secundum habitum tantum sed secundum actum. Et praeterea, sicut est inconveniens ponere operationem creatam unam extendentem se ad omnia quae Deus potest facere, ita etiam est inconveniens ponere respectu eorundem habitum creatum.

Et ideo dicendum secundum alios quod anima Christi non cognoscit omnia quae Deus potest facere. Cuius ratio est quia in cognoscendo duo sunt consideranda, id quod cognoscitur et modus cognoscendi; in quorum uno contingit quandoque aliquos convenire qui in altero differunt, sicut cum unum et idem est quod a diversis cognoscitur, ab uno tamen minus et ab altero magis. Illud autem quod per se offertur ad cognoscendum, pertinet ad id quod cognoscitur; quod autem in alio cognoscitur pertinet ad modum cognoscendi eius in

A 70 vel² *in marg.* A] et (*seu* etiam) pA 80 quod] adssil (*?*) *add.* pA extimabant *scrips.*] exstimabant *em.* A *conf.* pA 84 unite] uniformi *praem.* pA 121 inconveniens] inconui *idem conf. inc. praem.* pA

Φ 62 scire] cognoscere Φ 70 erit vel fuit] fuit vel futurum est Φ potuit esse] vel fuisse *add.* Φ 77 est] *om.* Φ (-δ) *post* non δ² 92 videntium Deum *inv.* Φ 97 soli *post* Christi Φ 98 post Deum *om.* Φ 99 facere potest *inv.* Φ 102 ut] nisi Φ (-δ) 109 omnia] *om.* δ *ante* semper γ *post* speculetur β 110 cognoscere potest *inv.* Φ 129 id] scilicet *praem.* Φ

64 quanto...cognoscuntur: cf. supra q. 2 a. 3 176 in nota. 74 quidam: Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 5 q. utrum angeli videant omnia in speculo essentiali (f. 47$^{rb}$). 85 *De div. nom.* cap. 5 § 8 (PG 3, 824 C; Dion. 359). 95 *De eccl. hier.* cap. 6 pars 3 § 6 (PG 3, 537 B; Dion. 1404) sec. Thomam supra q. 8 a. 4 223; quidam: Gandulfus Bononiensis *Super Sent. III* § 76 (ed. De Walter, p. 325), Albertus *Super Sent. III* d. 14 a. 2. 103 quidam: Bonaventura *Super Sent. III* d. 14 a. 2 q. 3. 115 Rectius XV c. 16 (PL 42, 1079) ut dicitur supra q. 8 a. 4 100. 119 *Ethic.* I 12 (1098 b 31 sqq.) ut dicitur supra a. 2 10. 126 secundum alios: e. g. Gandulfus Bononiensis *Super Sent. II* § 45 (ed. De Walter, p. 185).

quo cognoscitur; sicut si aliquis cognoscat aliquod principium et in eo accipiat cognitionem aliquarum conclusionum, illarum conclusionum cognitio dependet ex modo cognoscendi principium. Quanto enim aliquis principium perfectius cognoscit, tanto conclusiones plures in eo intuetur; sed quantumcumque tenuiter principium cognoscat, semper tamen substantia ipsius principii remanet ei cognita; et ideo eius cognitio non determinat aliquem modum cognoscendi, sicut determinabat cognitio conclusionum quae in eo cognoscebantur. Et inde est quod eorum quibus offertur unum principium, omnes ipsam substantiam principii cognoscunt, non autem aequales numero vel easdem conclusiones; sed in hoc differunt sicut et in modo cognoscendi principium.

Omnes autem qui Deum per essentiam vident dicuntur totam essentiam Dei videre, quia nihil est essentiae quod ab aliquo eorum non sit visum, cum essentia divina partem non habeat; | non tamen omnes eam totaliter vident, sed ipse solus se totaliter videt, ut scilicet modus cognoscentis adaequetur modo rei cognitae; quanta enim est cognoscibilitas divinae essentiae tanta est efficacia divini intellectus in cognoscendo. Non autem hoc potest dici de aliquo intellectu creato, et ideo nullus intellectus creatus pertingit ad hoc ut ita perfecte videat divinam essentiam sicut ipsa visibilis est, ratione cuius nullus intellectus creatus eam comprehendere potest; sed inter intellectus creatos unus alio perfectius divinam essentiam videt. Et ita patet quod ex quo cognoscere aliquid in Verbo dependet ex modo cognitionis Verbi, sicut impossibile est quod pertingat ad perfectum modum cognoscendi Verbum ut cognoscibile est aliquis intellectus creatus, ita impossibile est ut aliquis intellectus creatus cognoscat omnia quae in Verbo cognosci possunt; et haec sunt omnia quae Deus potest facere.

*132vb*

Unde impossibile est quod anima Christi sciat omnia quae Deus potest facere, sicut impossibile est quod comprehendat virtutem divinam. Tunc enim unaquaeque res comprehenditur quando eius diffinitio scitur; diffinitio enim est terminus comprehendens rem. Cuiuslibet autem virtutis diffinitio sumitur ex his ad quae virtus se extendit. Unde si anima Christi sciret omnia ad quae virtus Dei se extendit, comprehenderet omnino virtutem Dei, quod est omnino impossibile.

1. Ad primum igitur ⟨dicendum⟩ quod quicquid Deus potest facere est minus quam ipse Deus, et facilius posset ab anima Christi cognosci si animae Christi per se offerretur quicquid Deus potest facere, sicut per se ei praesentatur ipse Deus. Nunc autem ea quae Deus potest facere vel quae fecit non offeruntur animae Christi in se ipsis sed in Verbo, unde ratio non procedit.

2. Ad secundum dicendum quod semper illud per quod alterum cognoscitur se habet in ratione magis noti, et ideo quamvis secundum aliquem modum cognoscendi creatura sit magis nota quoad nos quam Deus, tamen in illo modo cognitionis quo res videntur in Verbo, ipsum Verbum est magis notum quam res visae in Verbo, unde ratio non sequitur.

3. Ad tertium dicendum quod virtus dupliciter considerari potest: vel quantum ad ipsam substantiam virtutis, et sic anima Christi videt totam divinam virtutem sicut et totam essentiam; vel quantum ad ea ad quae se extendit virtus, ex quibus etiam quantitas virtutis consideratur, et sic non videt totam virtutem quia hoc esset comprehendere virtutem, ut dictum est.

4. Ad quartum dicendum quod sicut non potest esse quod sit factum quicquid Deus potest facere, quia sic Deus fecisset tot quod non

A 138 sicut] et *imp. praem.* pA 144 sed] et *add.* pA 172 Verbi] *idem conf. praem.* pA 173 pertingat...aliquis[175]] aliquis *praem.* pA 183 scitur *em.* A] *conf.* pA 188 omnino] omnia *praem.* pA 190 ⟨dicendum⟩ *suppl.*] *om.* A 194 praesentatur *scrips.*] *fort.* presentetur *conf.* A 195 Nunc] Sed sicut impossibile est quod sit factum quicquid deus potest facere quia sic sequeretur (*cf. lin.* 216-218) *praem.* pA, *quod deletur per* va-cat 202 creatura sit] s *imp. praem.* pA 212 ex *em.* A] *conf.* pA

Φ 144 tenuiter] tenuerit α β 145 tamen *om.* Φ 159 totaliter] *om.* δ totam Φ (-δ) 176 est *om* β δ 184 terminus] virtus Φ 190 ⟨dicendum⟩ *suppl.* Φ 197 unde...procedit] et ideo ratio non sequitur Φ

183 diffinitio²...rem: cf. Arist. *Metaph.* V 19 (1022 a 9).

posset plura, et sic eius potentia esset limitata ad creaturas actu existentes, ita non potest poni quod alicui creaturae sit manifestatum quicquid Deus potest manifestare.

5. Ad quintum dicendum quod ponere animam Christi cognoscere omnia quae Deus potest facere importat defectum ex parte ipsius Dei, scilicet ipsum Deum comprehendi ab anima Christi, quod derogat infinitati eius.

6. Ad sextum dicendum quod hoc modo oportet ad hanc rationem respondere sicut et ad argumenta de praedestinatione. Quamvis enim possibile sit eum qui est praedestinatus damnari, quam cito tamen ponitur esse damnatus simul cum hoc ponitur non fuisse praedestinatus, quia ista duo non possunt simul stare, quod sit praedestinatus et damnetur. Similiter dico quod cum anima Christi sciat omnia quae Deus praevidit se facturum, simul cum hoc quod ponitur Deum aliquid aliud facere, ponitur Deum illud praevidisse se facturum et animam Christi illud scire. Et sic non est necessarium quod ponamus in anima Christi alicuius rei ignorantiam vel quod addiscat de novo.

## Articulus sextus

Sexto quaeritur, utrum cognitione illa qua anima Christi scit res in propria natura sciat omnia. Et videtur quod sic: capacitas enim animae non determinatur ad certum numerum scibilium; si igitur capacitas animae Christi per scientiam rerum in proprio genere sufficienter impleta est, oportet ponere quod etiam secundum hanc scientiam omnia cognoscat.

2. Praeterea, omne illud quod est in potentia est imperfectum antequam ad actum reducatur; sed intellectus possibilis, qui animae Christi non defuit, est « quo est omnia fieri », ut dicitur in III De anima; ergo cum intellectus Christi non fuerit imperfectus, videtur quod omnium intelligibilium notitiam habuerit.

3. Praeterea, numquam pertinet ad perfectionem scientiae non posse in scientia proficere nisi secundum scientiam omnia cognoscantur; sed anima Christi quantum ad habitum scientiae proficere non potuit sicut communiter dicitur; ergo secundum scientiam qua cognoscit res in proprio genere omnia cognovit.

SED CONTRA, anima Christi res in propria natura cognovit per habitum scientiae creatum; sed habitus scientiae creatus non potest esse similitudo omnium; ergo anima Christi non potuit omnia cognoscere secundum istum modum scientiae.

RESPONSIO. Dicendum quod ista scientia rerum in proprio genere ideo ponitur in anima Christi, ut ex dictis patet, ut nulla naturalium perfectionum ei deesse inveniatur. Et ideo tantum per hanc scientiam scivit quantum naturalis animae cognitio se | extendere potest, non *133ra* solum in hac vita sed etiam post mortem, eo quod Christus simul fuit secundum animam viator et comprehensor. Sed quaedam sunt ad quae naturalis cognitio nullo modo se extendere potest, sicut est ipsa divina essentia, futura contingentia, cogitationes cordium et alia huiusmodi, et horum anima Christi non habuit scientiam per modum istum sed quia cognovit ea in Verbo; non autem cognitione prophetiae, quia prophetia est quaedam imperfecta participatio illius visionis qua videntur res in Verbo, quae cum in Christo perfecta fuerit, imperfectio prophetiae in Christo locum non habuit. Patet etiam quod Christus hanc scientiam habuit pleniorem quam Adam, quia Adam per hanc scientiam non cognoscebat substantias separatas creatas, anima vero Christi cognoscebat; ad hoc enim se extendit naturalis cognitio

A 220 ad creaturas] ad *add.* pA 225 ipsius] *idem ante trans. ad lin. praem.* pA
27 potuit] *idem conf. praem.* pA 41 horum anima] hec anima *praem.* pA 42 sed] p *praem.* pA

Φ 229 et *om.* Φ 239 Deum illud *inv.* Φ
17 in scientia *post* proficere Φ 21 cognoscit] cognovit Φ (-$\delta^2$) 30 ideo *om.* Φ (-δ) 36 animam] Christi *add.* Φ (-δ) secundum *add.* $\delta^2$

1 Parall.: *Super Sent. III* d. 14 a. 3 qc. 1; *III Pars* q. 11 a. 1; ibid. q. 12 a. 1; *Comp. theol.* cap. 216. 13 Cap. 5 (430 a 14) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 320,25). 20 communiter dicitur: auctores scholastici inde a Petri Lomb. *Lib. Sent.* III d. 13 c. unic. 31 dictis: supra a. 1 85. 37 viator et comprehensor: cf. supra q. 10 a. 11 231 in nota.

animae separatae non autem coniunctae corpori corruptibili.

1. Ad primum igitur dicendum quod capacitas animae humanae se extendit ad determinatum genus cognoscibilium, non autem ad determinatum numerum in illo genere.

2. Ad secundum dicendum quod intellectus possibilis est in potentia ad omnia intelligibilia recipienda quae possunt fieri per intellectum agentem, de quo etiam Philosophus dicit quod intellectus agens est « quo est omnia facere »; haec autem sunt quae a phantasmatibus abstrahuntur et in quorum cognitionem devenire possumus per principia naturaliter cognita; et ideo ad haec tantum intellectus possibilis est in potentia naturali. Horum autem omnium secundum hanc scientiam Christus notitiam habuit; unde in eius intellectu nulla imperfectio fuit.

3. Ad tertium dicendum quod pro tanto Christus etiam in hac scientia quantum ad habitum proficere non potuit, quia talis scientia secundum rationem sui generis ad plura se extendere non potest quam Christus per eam sciret; dicitur tamen in Evangelio « sapientia profecisse » quantum ad experientiam eorum quae habitu sciebat.

A 53 coniunctae] *idem conf. praem.* pA 74 talis] hec *praem.* pA 78 profecisse] *idem conf. et imp. praem.* pA 79 habitu (*ex* habitum pA) *em.* A 79 sciebat: *post finem quaestionis et ante initium alterius, spatium vacans sex linearum exstat in codice* A

Φ 64 haec] hoc *potius* Φ 67 haec] hoc *potius* Φ 69 secundum] per Φ (-δ)

62 Ibid. cap. 5 (430 a 15) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 320,26). 77 Luc. 11[52].